De, ein Wegnehmen von etwas: Themistocles noctu *de servis suis*, quem habuit *fidelissimum*, ad regem misit. N. 2, 4. Tenuis L. Virginius, *unusque de multis* **), virginem filiam sua manu occidit. C. Fin. 2, 20. Hic locus erat *extremus de sex partibus* orationis. Ad Herenn. 2, 2.

Inter, unter einer Zahl sich befindend, sich auszeichnend: In oratoribus Graecis admirabile est, quantum *inter omnes unus* excellat Demosthenes. C. Or. 2. Alexander non salutari, sed adorari se iubet. *Acerrimus inter recusantes* Callisthenes fuit. I 12, 7. Borysthenes *inter* Scythiae *amnes* est *amoenissimus*. Mela 2, 1.

In, in eine größere Anzahl eingeschlossen, darin enthalten: Thales *sapientissimus in septem* fuit. C. Leg. 2, 12.

Besonders werden ex und in gebraucht, um bei Zahlen eine Eintheilung oder Subtraction zu bezeichnen; so auf Inschriften, z. B. Mater filiorum VII, *ex quibus* reliquit II. — Vixit annis LV, *ex quibus* cum marito suo fecit ann. XXX. — Vixit annis XXXIX, *ex is* mecum ann . . . . Haec fuit in Lucesta annos XVII. m. X. dies XX. *in quib.* cum marito vixit dies centum.

Ante, einen Vorzug bei Vergleichungen: Romulus fuit longe *ante alios acceptissimus* militum animis. L. 1, 15.

Not. 6. Im Lateinischen bezeichnet dieser Genitivus den höchsten Grad des Superlativs. So heißen beneficia maxima sehr große, beneficiorum maxima die größten Wohlthaten. Ist hingegen in dem Partitivo nicht ein Theil der Zahl, sondern alle gemeint, so steht es mit seinem Nomen in gleichem Casu, wofür im Deutschen aber der Genitivus gebraucht wird.

Trecenti coniuravimus ***) principes iuventutis Romanae. L. 2, 12. Ex quinquaginta millibus Graecorum *supersumus pauci*.

---

†) statt duarum filiarum, welches aber wegen harum vermieden werden mußte.

††) statt multitudinis, oder: das Volk — davon lief ein Theil.

*) einer, wie man ihn aufs Gerathewohl aus der großen Menge herausnimmt, d. i. ein gewöhnlicher.

**) i. e. homo plebeius.

***) unser dreihundert.

20. Caesar *omnium fere oratorum* Latine loquitur *elegantissime*. C. Brut. 72. Trevirorum civitas longe *plurimum totius Galliae* *) equitatu valet. Caes. 5, 3. Mardonius erat *inprimis omnium Persarum* et manu fortis et consilii plenus. N. 4, 1.

c. Oder ein Substantivum vertritt die Stelle eines Partitivi: Iudiciorum ratio ex accusatione et defensione constat: *quarum* etsi laudabilior est *defensio* **), tamen accusatio probata persaepe est. C. Off. 2, 14. Duo Fannii, Caii et Marci filii, fuerunt, *quorum* Caii *filius* 1) consul cum Domitio fuit. C. Brut. 26. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: *quorum Charisius* multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares autem et orationes scripsit aliquot, et rerum historiam. Ib. 83.

Not. 3. Als Partitiva werden noch gebraucht:

a. *Omnes* und *cuncti* in der Bedeutung von singuli.

Attalus, ne desertam haberet insulam (Andrum), *Macedonum* fere *omnibus*, ut manerent, persuasit. L. 31, 45. Brutus ex senatus consulto ad populum tulit, ut *omnes Tarquiniae gentis* exsules essent. L. 2, 2. Baetica *cunctas provinciarum* diviti cultu et quodam fertili nitore praecedit. P. 3, 1.

b. Schon Livius braucht Participia häufiger partitive; Dichter und Spätere aber nach griechischer Sitte auch Adiectiva im Positivo und Substantiva, wenn sie einen Theil einer Gattung bezeichnen.

Hannibal cum *delectis peditum equitumque* 2) in Campaniam contendit. L. 26, 5. *Degeneres canum* caudam sub alvum flectunt. P. 11, 51. *Nigrae lanarum* 3) nullum colorem bibunt. P. 8, 48. Sequimur te, *sancte Deorum*. V. Aen. 4, 576. Othonianis victoria non incruenta fuit, *quorum* improvide *secutos* 4) conversi equites circumvenerunt. Tac. H. 2, 15. *Leguminum cicer* 5) eadem, quae far, desiderat. P. 18, 20. *Tribunorum Subrium et Cerium* milites adorti sunt minis. Tac. H. 1, 31. — O fons Bandusiae — fies *nobilium* tu quoque *fontium* 6). H. C. 3, 13, 13.

Not. 4. Bei Geschichtschreibern und Dichtern wird, bei Eintheilungen, dasjenige Wort, welches das Ganze bezeichnet, dem Partitivo in gleichem Casu beigesetzt.

---

*) statt validissima est totius Galliae.

**) statt quarum etsi *altera* laudabilior est, defensio; tamen etc. cf. C. Off. 2, 9, 34. pr.

1) statt quorum *alter*, Caii filius.

2) so delecti Patrum, expediti peditum etc. Drak. ad L. 30, 9, 1.

3) so avium loquaciores. P. 11, 51. cerasorum Aproniana. P. 15, 25. cohortium integra. Tac. H. 4, 79. cf. Ruhnken. ad Vellei. 2, 80. bei Dichtern Drak. ad Sil. 1, 564.

4) statt quorum *eos*, *qui secuti erant*, wie factorum descripta Tac. 6, 24.

5) so: pennatorum animalium bubo et otus. P. 11, 37. pilos habentium asinus. P. 11, 33.

6) scil. unus, cf. Plaut. Mil. 4, 2, 25. wie Ὕλας μακάρων ἐριθμεῖται. Theocrit. 13, 72.

Romani afflicti iam non *salutis spem* sed *exitii solatium* quaerunt. C. Caecil. 3. Deciis levabat omnem *vulnerum metum* nobilitas mortis et gloria. C. Tusc. 2, 24. vor. In culpa sunt, qui officia deserunt *laborum* et *dolorum fuga*. C. Fin. 1, 10. Viri Gallorum in uxores, sicut in liberos, *vitae necisque* habent *potestatem*. Caes. 6, 19. über. Mihi Telamon iratus furere *luctu filii* videbatur. C. Or. 2, 46. Zeuxis pictor *verissimum pulcritudinis* habere *iudicium* debuit. C. Inv. 2, 1. Nuntiabatur adventus Iubae Curioni, sed aliquamdiu fides fieri non poterat; tantam habebat suarum *rerum fiduciam*. Caes. C. 2, 37, auf. In homine *virtutis opinio* valet plurimum. C. Top. 19. die Meinung von: opinio timoris, Caes. 3, 17. 5, 57. cf. 6, 24. 7, 59. exercitus, 4, 16. Mucius augur *iuris civilis intelligentia* praestitit. C. Brut. 26. Einsicht in. Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus: non erit ista amicitia, sed *mercatura quaedam utilitatum suarum*. C. N. D. 1, 44. mit.

b. Entferntere Beziehungen auf einen passiv genommenen Gegenstand.

Quam civitati carus fuerit Scipio, *moerore funeris* *) indicatum est. C. Lael. 3. Conscientia rectae voluntatis maxima *consolatio* est *rerum incommodarum* **). C. Fam. 6, 4. Fuit mihi et *laudis nostrae gratulatio tua* iucunda, et *timoris consolatio* grata. C. Att. 1, 17. L. Paullus *tanti belli* ***) *victor* non dispoliatus est triumpho. L. 45, 36. Philoctetes propagabat vitam *aucupio sagittarum* †). C. Fin. 5, 11. Quid est aliud tollere e vita vitae societatem, tollere *amicorum colloquia* ††) absentium? C. Phil. 2, 4. *Bello Helvetiorum* confecto, totius fere Galliae legati ad Caesarem gratulatum convenerunt. Caes. 1, 30. cf. C. 2, 23. Appius Claudius senatum a *Pyrrhi pace* revocavit. C. Brut. 14. cf. Caes. 1, 37. Quid mihi erat utilius, quam *hominis nobilissimi atque honoratissimi coniunctio*? C. Fam. 10, 3, 27. cf. 10, 4. Verres a Diocle *abăci* †††) *vasa* omnia, ut exposita fuerant, abstulit. C. Verr. 4, 16. In urbibus Graeciae conservatores populi prope ad

---

*) Bei seinem Leichenbegängniß.

**) In Widerwärtigkeiten.

***) In einem so großen Kriege.

†) durch Vogeljagd mit Pfeilen.

††) Unterredungen abwesender Freunde, oder unter, mit abwesenden Freunden, Caes. C. 1, 26.

†††) Auf dem Tische, wie membrana tabellae. Iuvenal. 7, 23. oder die zu dem Tische gehörten.

Curt. 5, 11, 5. Vos, cum praesertim tam *pauci sitis*, volui esse quam coniunctissimos. C. Fam. 14. 1 Numerate, *quot ipsi* sitis. L. 6, 18. *Nostri* in primo congressu circiter *septuaginta* †) ceciderunt. Caes. C. 1, 46. Reges attingere nolaimus. quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque tamen *hi* admodum sunt *multi*. N. 21, 1. Canianius quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod *eos nullos* ††) videret. C. Off. 3, 14. Hominibus opus est eruditis, *qui* adhuc, in hoc quidem genere, *nostri nulli* fuerunt. C. Or. 3, 24. De vera amicitia et perfecta loquor, qualis eorum, *qui pauci* †††) nominantur, fuit. C. Lael. 6. Tarquinius exaugurare fana sacellaque statuit, *quae aliquot* a Tatio rege consecrata, inaugurataque postea fuerant. L. 1, 55. Quaeritur, quot sint species rerum publicarum, *quas tres* accipimus, quae populi, quae paucorum, quae unius potestate reguntur. Q. 5, 10, 63.

IV. Der Genitivus Obiecti bezeichnet einen passiven Gegenstand neben einem Nomen, welches eine auf ihn übergehende Thätigkeit, oder auch eine entferntere Beziehung auf ihn andeutet, und wird im Deutschen meist durch eine Präposition, nie aber durch ein Adjectivum, ausgedrückt. Dieser Genitivus steht auch als Apposition. 106

a. Nähere Beziehungen einer Thätigkeit auf einen leidenden Gegenstand:

Lucullus delectabatur mirifice *lectione librorum*, de quibus audiebat. C. Acad. 2, 2. Nonnulli laesam a Timoleonte pietatem putabant, et invidia *laudem virtutis* obterebant. N. 20, 1. Iucunda est *memoria* praeteritorum *malorum*. C. Fin. 2, 32. an. Insitus est menti *cognitionis amor*. Ib. 4, 7. zu. Catoni *studium modestiae, decoris*, sed maxime *severitatis* erat. Sall. C. 54. Epaminondas orbis terrarum divitias accipere nolebat pro *patriae caritate*. N. 15, 4. Nullam habet *spem salutis* aeger, quem ad intemperantiam medicus hortatur. S. Ep. 123. Nulli animalium longum *foetus sui desiderium* est, nisi homini. S. Marc. 7. nach. Animi morbi sunt *cupiditates* immensae *divitiarum, gloriae, dominationis, libidinosarum* etiam *voluptatum*. C. Fin. 1, 18. Lepidus declaravit, quantum haberet *odium servitutis*. C. Phil. 5, 14. gegen. *Hominum caritas et amicitia* gratuita est. C. N. D. 1, 44. Leve est onus *beneficii gratia*. C. Planc. 32. für. *Sceleris poena* tristis et per se ipsa maxima est. C. Leg. 2, 17. Difficilis est *cura rerum alienarum*. C. Off. 1, 9. Socii populi

---

†) cf. Liv. 2, 16, 9. Die Stellen bei Cäsar s. bei Held ad Caes. C. 1. 19.
††) keine von ihnen.
†††) deren oder dergleichen nur wenige genannt werden.

vini *) propino. Plaut. Stich. 3, 1, 24. Homo Phryx *arborem fici* nunquam viderat. C. Flacc. 17. cf. Liv. 24, 3, 4. Cassius in *oppido Antiochiae* est cum omni exercitu. C. Att. 5, 18. cf. V. Aen. 1, 247, 3, 293. Tiberius, mutatis saepius locis, tandem apud *promontorium Miseni* consedit. Tac. 6, 50. *Eridani amnis*. V. Aen. 6, 659.

Not. 1. Substantiva, die einen Genit. Obiecti regieren, können meist auch einen Genit. Subiecti bei sich haben, z. B. laus Hectoris das Lob, welches dem Hector ertheilt wird (passive), und welches Hector ertheilt (active); metus hostium die Furcht vor Feinden, und der Feinde; invidia aliorum das Verhaßtseyn bei andern, und der Neid andrer; offensio alicuius der Verstoß bei jemand, C. Caecil. 13, 41. und die Beleidigung, die etwas verursacht; und in diesem doppelten Sinn werden auch die Possessiva meus, tuus etc. gebraucht. Nicht so oft umgekehrt.

Ut expiarentur *legatorum iniuriae, regisque caedes* **), foedus inter Romam Laviniumque urbes renovatum est. L. 1, 14. Consules queruntur *iniurias suas*, vim plebis. L. 2, 55. Animadvertis, Cn. Pompeium nec *nominis sui*, nec *rerum gestarum* gloria ***) esse tutum. C. Fam. 9, 9. *Metus hostium* recte dicitur, et quum timent hostes, et quum timentur. *Iniurias* itidem dicimus tam *illorum*, qui patiuntur, quam qui faciunt. Gell. 9, 12. *Invidiam* duplicem intelligi volo; namque altera invidum, altera invidiosum facit. Q. 6, 2, 21.

Non sinam, ut adversarii tum nobis denique respondeant, cum accusatio nostra in *oblivionem diuturnitatis* †) adducta sit. C. Verr. A. 1, 18. Atticus honores non petiit in tam effusis *ambitus largitionibus*. N. 25, 6.

Not. 2. Manche dieser Genitive können mit ihrem Substantiv durch deutsche Composita ausgedrückt werden, z. B. arbor fici Feigenbaum; andre nur durch Umschreibung.

Maximus in re publica nodus est *inopia rei pecuniariae* ††). C. ad Brut. 1, 18. Epicurus ait: ridiculum esse currere ad mortem *taedio vitae* †††). S. Ep. 24. Thrasybulo pro magnis meritis *honoris corona* 1) a populo data est. N. 8, 4. Crassus privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut *rei publicae dignitate* 2). C. Or. 3, 2.

---

*) So: ἀσκὸς οἴνοιο. Hom. Odyss. ι, 196. ἐν ἀσκῷ αἵματος. Lucian. Charon. §. 38.

**) die den Gesandten zugefügten Beleidigungen und der am König verübte Mord; iniurias suas, die ihnen zugefügten Beleidigungen, Drak. ad L. 5, 3, 4. Dagegen Turni iniuria. V. Aen. 9, 108. sc. quam inferebat. Servius h. l.

***) durch das Prahlen (gloria, *active*) mit seinem Namen (Magnus) und seinen Thaten, cf. C. Fam. 8, 15.

†) i. e. quam diuturnitas affert, wie reliqui temporis spem. C. Caecil. 22. pr.

††) Geldmangel.

†††) aus Lebenüberdruß.

1) ein Ehrenkranz. So: veterem *belli gloriam*. Caes. 7, 1.

2) durch die Würde, die er sich durch Verwaltung öffentlicher Aemter erworben hatte.

immortalitatis 1) et *religionem* et *memoriam* consecrantur. C. Mil. 29.

Mina *merces* erat *dialecticorum* 2). C. Acad. 2, 30. Timotheus mille et ducenta *talenta praedae* 3) in publicum detulit. N. 13, 1. Accusatores interdum *odio inimicitiarum* 4) ad accusandum descendere solent. C. Mur. 27. Mors *laborum* ac *miseriarum quies* 5) est. C. Cat. 4, 4. Druides *militiae vacationem, omniumque rerum* habent *immunitatem*. Caes. 6, 14. Quidam omnes *vias pecuniae* 6) norunt, et omnia pecuniae causa faciunt. C. Q. Fr. 1, 1, 5. *Semita* certe *tranquillae* per virtutem patet unica *vitae*. Iuvenal. 10, 363. *Aditus laudis* semper optimo cuique maxime patuit. C. Manil. 1. Iis, qui de vita, gloriae causa, dimicant, hoc maximum et *periculorum incitamentum* est, et *laborum*. C. Arch. 10. Terra nobis *malorum* 7) *remedium* genuit; nos illud *vitae* fecimus *venenum*. P. 2, 63. Romani omnem *apparatum oppugnandarum urbium* 8) muris Syracusarum admoverunt. L. 24, 33. Socrates praebuit aliquando Aristophani *materiam iocorum* 9). S. Vit. b. 27. Pina cum parva squilla quasi *societatem* coit *comparandi cibi* 10). C. N. D. 2, 48. Gracchus augur in campo Martio *comitia consulum* 11) habuit. C. Q. Fr. 2, 2. Epicurus non intelligit interdum, quid sonet *vox voluptatis* 12). C. Fin. 2, 2. *Germaniae vocabulum* recens et nuper additum. Tac. G. 2. *Auri navem* 13) evertat gubernator, an *paleae*; in re aliquantulum, in gubernatoris inscientia nihil interest. C. Par. 3, 1. *Cadum* tibi veteris

---

1) auf Ewigkeit hin, auf immer. cf. C. Phil. 2, 13. extr.
2) für den Unterricht in der Dialectik.
3) als Beute.
4) aus Haß, der von Feindschaft herrührt. So: Cumulus commendationis meae. C. Fam. 13, 15. 55. i. e. ex commend. mea, cf. Ern. h. l. aditus commendationis. Caes. 5, 41. C. 1, 74. Mei consilii fructum voluptatemque capio. C. Fam. 5, 2, 6. Lectionis voluptas. ib. 5, 12, 18.
5) von Arbeiten und Mühseligkeiten, cf. Tac. H. 5, 13.
6) zum Gelde.
7) gegen.
8) zu Städtebelagerungen, cf. Tac. H. 1, 88.
9) zu Spässen. So: venit *hora cibi*. O. Pont. 1, 10, 8.
10) zur Herbeischaffung ihrer Nahrung.
11) Versammlungen zur Wahl der Consuln.
12) das Wort Wollust. So: amicitiae nomen. C. N. D. 1, 44, 122. Fin. 2, 24, 78. Fam. 1, 9. pr.
13) ein Schiff mit Gold — mit Spreu, cf. C. Fin. 4, 27, 76. scrinium unguentorum. P. 13, 1.

N. 25, 2. cf. C. Planc. 29, 71. Ab his initiis noster *in te amor* profectus est. C. Fam. 13, 29.

Cives potiores, quam peregrini, et propinqui, quam alieni; *cum his* enim *amicitiam* natura ipsa peperit. C. Lael. 5. Cum Scipione mihi coniuncta *cura de re publica* et *de privata* fuit. Ib. 4. Appius senex tenebat non modo auctoritatem, sed etiam *imperium in suos* *). C. Sen. 11. Maximo *de nobis timore* afficiuntur amici nostri. C. Fam. 11, 2. cf. ad Brut. 1, 4. extr. Non solum *in homines obsequia*, sed etiam *in deos* **) *caerimoniae religionesque* tolluntur. C. Leg. 1, 15.

Anmerkungen.

107 1. Ein Genitivus kann den andern regieren; nur muß ihre Rection durch ihre Stellung deutlich unterschieden werden.

Non alia ulla fuit causa *intermissionis epistolarum*, nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. C. Fam. 7, 13. Vitanda est *ingenii ostentationis* suspicio. C. Or. 2, 82. Morbus et aegrotatio ex *totius valetudinis corporis* conquassatione et perturbatione gignuntur. C. Tusc. 4, 13. Peucestes *corporis* custos fuerat *Alexandri*. N. 18, 7. Iuvabit *rerum gestarum* memoriae *principis terrarum populi* pro virili parte et (me) ipsum consuluisse. L. praef. Antonius *Attici* memor fuit *officii*. N. 25, 10.

2. Zwei oder mehr Genitivi verschiedener Art können von Einem Substantivo regiert werden, wobei aber ebenfalls durch ihre Stellung Undeutlichkeit vermieden werden muß.

Themistoclis vitia *ineuntis adolescentiae* magnis sunt emendata
4 virtutibus. N. 2, 1. Gallos hortabatur *superiorum dierum Sabini* cunctatio. Caes. 3, 18. Caesar pro veteribus *Helvetiorum* iniuriis *populi Romani* ab iis poenas bello repetiit. Caes. 1, 30. Cupio ab hac *hominum* satietate *nostri* discedere. C. Att. 2, 5. Celeritas ingenii etiam laus habetur propter *animi multarum rerum* brevi tempore percursionem. C. Tusc. 4, 13. Epicurus multa *Platonis*, *Aristotelis*, *Theophrasti orationis* ornamenta neglexit. C. Fin. 1, 5. Labor est functio quaedam, vel *animi*, vel *corporis*, *gravioris operis* et *muneris*. C. Tusc. 2, 15. Adiuvat oratorem *vultus pudoris* significatio. C. Or. 2, 43. Nos, qui religionem violari ab impiis passi non sumus, iudicia *senatus*, *Italiae*, *gentium* denique *omnium conservatae patriae* consecuti sumus. C. Leg. 2, 17. Quidam ex dediticiis, *eorum dierum* consuetudine *itineris nostri exercitus* perspecta, nocte ad Nervios pervenerunt. Caes. 2, 17. Plancius vixit coniunctissime cum Cn. Saturnino, *cuius* quantam *honoris huius* cupiditatem fuisse creditis, quum videtis luctus societatem? C. Planc. 12. cf. C. Fam. 1, 7, 7. Expositae sunt omnes copiae, *quarum* erat summa *veteranarum trium legionum uniusque tironum et equitum octingentorum*. Caes. C. 3, 29.

---

*) So: retinent caritatem in pastores. C. Lael. 19. extr. (erga parentem. Tac. 16, 30.) Quid dicam — de pietate in matrem? ib. 3, 11. Uni Antonio vir ac potestas in utrumque exercitum fuit. Tac. H. 3, 11.

**) caerimoniae deorum. C. Inv. 3, 22, 66.

Not. 3. Hinter diesem Genitivo stehen die Ablativi *causa*, *gratia*, oder statt dessen mit den Possessivis *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra* in der Bedeutung wegen, und in derselben Bedeutung das alterthümliche *ergo* (ἔργῳ durch die Wirkung) und bisweilen *nomine*, z. B. mea causa meinetwegen, verbi causa, exempli gratia zum Beispiel. C. Verr. 2, 52, 129. Off. 3, 12.

Sophistae appellabantur ii, qui *ostentationis*, aut *quaestus causa* *) philosophabantur. C. Acad. 2, 23. Multi ex urbe *amicitiae causa* **) Caesarem secuti erant. Caes. 1, 39. Si unusquisque ad se rapiat commoda aliorum *emolumenti sui gratia*, societas hominum et communitas evertatur necesse est. C. Off. 3, 5. Cum Metellis, Serviliis, Scipionibus erat Roscio hospitium, quas, ut aequum est, familias *honestatis amplitudinisque gratia* nomino. C. S. Rosc. 6. Demosthenes corona aurea donatus est *virtutis ergo benevolentiaeque*, quam erga populum Atheniensem haberet. C. Opt. 7. cf. N. 4, 1, 3. Gemina victoria duobus bifariam proeliis parta, maligne senatus in unum diem supplicationes *consulum nomine* ***) decrevit. L. 3, 63.

Vestra magis hoc *causa* volebam, quam *mea*. C. Or. 1, 35. cf. C. Acad. 2, 38, 120. Filium tuum ea esse opinione, et *tua*, et *ipsius*, et in primis *mea causa* gaudeo. C. Fam. 12, 15. Dumnorix oderat etiam *suo nomine* †) Caesarem et Romanos. Caes. 1, 13.

*) Dieser Genitivus kommt in einigen Stellen ohne *causa* vor; sehr gewöhnlich beim Gerundio und Gerundivo. Naves, quas *sui* quisque *commodi* fecerat, amplius DCCC uno erant visae tempore. Caes. 5, 8. cf. Oudend. ad 4, 1. Mihi togato senatus, non, ut multis, *bene gestae*, sed, ut nemini, *conservatae rei publicae* singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit. C. Pis. 3. wenn man diesen Genitiv nicht lieber zu supplicationis ziehen will.

Not. 4. Statt des Genit. Obiecti werden Präpositionen gebraucht, wenn er in der Nähe eines andern Genitivs oder eines Pronominis possessivi undeutlich werden würde, oder überhaupt durch die Präposition der Ausdruck deutlicher wird.

Antonii *colloquium cum heroibus nostris* pro re nata non incommodum. C. Att. 14, 6. Quaedam aegrotationes animi nasci putantur a metu: ut *odium mulierum*, quale Attili est; ut *in hominum universum genus*, quod accepimus de Timone. C. Tusc. 4, 11. Nihil est tam flexibile, quam *voluntas erga nos*, sensusque civium. C. Mil. 16. cf. C. Cat. 4, 1, 1. Rem publicam hodierno die, deorum immortalium summo *erga vos amore* conservatam ac restitutam videtis. C. Cat. 3, 1. Sext. Claseno Pontifici — — VI viri ob *amorem* eius *erga singulos* universosque Grut. 388, 3. Intelliges, additum potius aliquid ad meum *erga te studium*, quam quidquam esse detractum. C. Fam. 3, 13. Abs te hoc petam, ut si quid in te residet amoris *erga me*, id omne in Pomponii negotio ostendas. C. Fam. 5, 5. Hannibal Antiocho multa de fide sua et *odio in Romanos* commemoravit.

*) der Prahlerei oder des Gewinnsts wegen.
**) st. propter amicitiam, wie timoris causa. Held. ad Caes. C. 1, 33.
***) der Consuln wegen, oder den Consuln zu Ehren.
†) seinetwegen, oder aus Privatinteresse.

molestissima. C. Caecil. 11. Verba oratoris non tam acrem *curam diligentiamque* desiderant, quam est *illa poetarum*, quos necessitas cogit verba versu includere. C. Or. 3, 48. — Scio extremum malorum omnium esse civilis belli *victoriam*, *quam* quidem ego etiam *illorum* timebam, ad quos veneramus. C. Fam. 9, 6.

4. Bisweilen steht der Genitivus statt des Dativus, aber in einem verschiedenen und bestimmtern Sinne.

Qualis ista philosophia est, quae non interitum afferat *pravitatis*, sed sit contenta mediocritate vitiorum. C. Fin. 2, 9.

5. In andern Stellen sind die Casus des regierenden und des regierten Worts vertauscht.

Dabuntur *dotis* tibi inde *sexcenti logi* *). Plaut. Pers. 3, 1, 66. Pollicetur L. Piso Censor, sese iturum ad Caesarem; item L. Roscius Praetor, qui de his rebus eum doceant: *sex dies* ad eam rem conficiendam *spatii* **) postulant. Caes. C. 1, 3.

b. Bei Adiectivis.

108. Bei den Adiectivis relativis, die eine Kraftäußerung der Seele, eine Thätigkeit oder eine Eigenschaft angeben, die auf einen Gegenstand bezogen werden kann, wird dieser Gegenstand durch den Genitivus Obiecti ausgedrückt, der hier ein wesentliches Merkmal des Begriffs, nicht, wie andre Casus, nur zufällige Beziehungen desselben andeutet. Solche Relativa, die sich dadurch von den absolutis, wie albus, pulcher, die nur neutrale Eigenschaften (wie die Verba neutra §. 48, A, III.) angeben, unterscheiden, sind:

1. Diejenigen, die eine Kraftäußerung der Seele bedeuten, nämlich

a. eine Begierde oder Abscheu: avidus, cupidus, studiosus, fastidiosus; und aemulus, amicus, inimicus, invidus, die auch den Dativus haben:

Avida est *periculi* virtus, et quo tendat, non quid passura sit, cogitat. S. Prov. 4. Graeculi sunt *contentionis cupidiores*, quam *veritatis*. C. Or. 1, 10. Pythagoras *sapientiae studiosos* appellat philosophos. C. Tusc. 5, 3. *Graecarum literarum* Cato *perstudiosus* fuit in senectute. C. Sen. 1. Memmius orator fuit perfectus literis graecis, *fastidiosus latinarum*. C. Brut. 70.

Zenonis *inventorum aemuli* Stoici nominantur. C. Mur. 29. cf. C. Phil. 2, 12, 28. Viros fortes et magnanimos *veritatis amicos* esse volumus. C. Off. 1, 19. Temperantia est *libidinum inimica*, Ib. 3, 33. Caprarum dentes *inimici sa-*

*) Statt: Dabitur dos sexcentorum logorum.
**) Statt sex dierum spatium.

tionis. Varr. R. R. 2, 3, 7. Populus est acer, suspicax, mobilis, adversarius, *invidus* etiam *potentiae* *). N. 13, 3.

b. ein Wissen oder Unwissenheit: conscius, gnarus, certus, consultus, peritus, memor, providus, prudens; inscius, nescius, ignarus, imperitus, imprudens, rudis, immemor.

Conscia mens *recti* famae mendacia ridet. O. Fast. 4, 311. In omnibus rebus est aliquid optimum, etiamsi latet, idque ab eo potest, qui *eius rei gnarus* est, iudicari. C. Or. 11. Pompeius me *certiorem sui consilii* **) fecit. C. Att. 9, 2. Cato et agricola solers, et *rei publicae peritus*, et *iuris consultus*, et magnus imperator, et probabilis orator et cupidissimus literarum fuit. N. 24, 3. Ser. Sulpicius non magis *iuris consultus*, quam *iustitiae* fuit. C. Phil. 9, 5. Milites Sullani, *rapinarum et victoriae veteris memores*, civile bellum exoptabant. Sall. C. 16. Mundi natura a Zenone dicitur consultrix et *provida utilitatum, opportunitatumque omnium*. C. N. D, 2, 22. Conon erat *prudens rei militaris*. N. 9, 1. Apud Platonem Socrates se *omnium rerum inscium* fingit, et rudem. C. Brut. 84. *Nescia* mens hominum *fati, sortis*que *futurae*. V. Aen. 10, 501. Constat hominem *ignarum astrologiae*, Aratum, optimis versibus de coelo stellisque dixisse. C. Or. 1, 16. Vir bonus et *civilis officii* non *ignarus* utilitati omnium plus, quam suae consulit. C. Fin. 5, 19. *Imperitus morum* est agricola et rusticus. C. S. Rosc. 49. Dianae *imprudentes legis* nautae vitulum immolaverunt. C. Inv. 2, 31. Euander Latium regebat, venerabilis vir miraculo literarum, rei novae inter *rudes artium* homines. L. 1, 7. cf. C. Or. 52, 115. Omnes *immemorem beneficii* oderunt. C. Off. 2, 18.

Nota. Conscius hat auch den Dativus, und peritus, consultus den Ablativus bei sich; in einem andern Sinn stehen die Präpositionen ad und in dabei.

Huic facinori tanto tua mens liberalis *conscia* esse non debuit. C. Coel. 21. cf. V. Aen. 4, 167. Architectus *pluribus artibus* debet esse *peritus*. Vitruv. 1, 1. cf. Hirt. b. Afr. 31. Gell. 4, 8. et Gron. h. l. Tertullianus fuit *omni genere* literarum peritus. Lactant. 5, 1, 23. C. Valerium *iureconsultum* valde tibi commendo. C. Fam. 3, 1. cf. O. Mus. 12, 26. 15, 28. Gell. 6, 12. *iureconsulti*. Grut. 652, 6. (Rudis z. B. Ennius ingenio maximus, *arte rudis*. O. Trist. 2, 424. Hic adolescens erat *studiis*

---

*) laudis invidus. C. Flacc. 1, 2. omnium invidi. C. Planc. 25, 57.

**) Nur in dieser Redensart, cf. C. Fam. 11, 2. Att. 3, 10. und 8. pag. 769. Ern. Tac. H. 1, 70. aber auch certiorem facere *de re*, C. Fam. 1, 9, 73. Att. 10, 3. Caes. 5, 37. Sonst steht certus im Positivo nur bei Spätern mit dem Genitiv.

rudis, sermone barbarus. Vell. 2, 73. Heins. ad O. Met. 7, 213. gehört eben so wenig hierher, als: Quis Balbo *ingenio prudentior*, *iure peritior*, officio diligentior? C. Cluent. 38, 107.) — Mihi et in publica re socius, et *in privatis omnibus conscius* esse soles. C. Att. 1, 18. Atilius *prudens* esse *in iure civili* putabatur. C. Lael. 2. Carbo erat ignarus legum, *rudis in iure civili*. C. Or. 1, 10. cf. 1, 8, 32. C. Fin. 1, 2, 5. *Rudis ad pedestria bella* Numidarum gens erat. L. 24, 48. cf. Drak. ad L. 6, 18, 4.

2. Die Participia Praesentis, in so fern sie als Adjectiva bleibende Eigenschaften bedeuten, §. 75, 3, b., nicht vorübergehende Zustände zu einer gewissen Zeit, in welchem Fall sie als Participia den Casus ihres Verbi behalten. So heißt patiens *frigoris* einer, der Kälte vertragen kann; patiens *frigus* einer, der sie jetzt eben aushält. Hiernach richten sich auch die Adiectiva verbalia auf *ax*, die nur den Genitivus haben, doch nie bei Cicero.

Epaminondas erat adeo *veritatis diligens*, ut ne ioco quidem mentiretur. N. 15, 3. Romani semper *appetentes gloriae* praeter ceteras gentes atque avidi laudis fuerunt. C. Manil. 3. Cyrenaici philosophi virtutem ob eam rem laudarunt, quod *efficiens* esset *voluptatis*. C. Off. 3, 33. Alphenus est eques Romanus locuples, *sui negotii* bene *gerens*. C. Quint. 19. cf. C. Sext. 45, 97. Vatin. 5, 12. Via, qua omnes commeabant, erat copiosa *omniumque rerum abundans*. N. 18, 8. Erat in oppido Utica multitudo *insolens belli*, diuturnitate otii. Caes. C. 2, 36. Quis famulus *amantior domini*, quam canis. Colum. 7, 12. Sumus natura *appetentissimi honestatis*. C. Tusc. 2, 24. *amantissimum sui* fratrem. C. Fam. 15, 2. So: corpus *patiens inediae*. Sall. C. 5. cf. Cort. ad 7, 4. Drak. ad L. 5, 37, 4. *frigoris impatiens*. P. 8, 43. Colum. 7, 3, 8. *fugiens laboris*. Caes. C. 1, 69. *contemnens religionis*. C. Leg. 2, 17, 43. *religionum colens*. C. Planc. 33. *perferens iniuriarum*. C. Or. 2, 43, 184. *sui despiciens*. Ib. 2, 89, 364. *sitiens virtutis*. C. Planc. 5. cuiusvis *generis intelligens*. C. Fin. 2, 20. *tui observans*. C. Fam. 14, 4. *Deorum metuens*. L. 22, 3. *religionis negligens*. L. 5, 46.

Phasis *magnarum navium capax* est. P. 6, 4. cf. Tac. H. 1, 49. Papirium Cursorem *cibi vinique capacissimum* fuisse ferunt. Illa aetate nulla *virtutum feracior* fuit. L. 9, 16. Tempus *edax rerum*. O. Met. 15, 234. Sanctus haberi, *iustitiaeque tenax*, factis dictisque mereris. Iuvenal. 8, 25. cf. H. C. 3, 3, 1.

3. Die Adiectiva, die eine Aehnlichkeit, Gleichheit, Gemeinschaft, ein Eigenthum oder das Gegentheil bedeuten, in so fern eine solche Eigenschaft als wesentlich und von ihrem

Subject unzertrennlich gedacht ist, als: similis, consimilis, dissimilis, aequalis, par, dispar; proprius, publicus, sacer, affinis, communis, socius, vicinus, alienus (im Gegensatz von proprius), insuetus, auch superstes überlebend, und supplex. Ist hingegen nur von zufälliger Aehnlichkeit, Gleichheit ꝛc. die Rede, und in so fern sie an einem Subject bloß wahrgenommen wird oder erscheint, so steht bei diesen Wörtern der Dativus.

Est vis tanta naturae, ut homo nemo velit nisi *hominis similis* esse, formica *formicae*. C. N. D. 1, 28. Quo audacior res erat, minus *similis veri* *) visa est. L. 26, 38. cf. Caes. 3, 13. Dux ille Graeciae nusquam optat, ut *Aiācis similes* habeat decem, at ut *Nestŏris*. C. Sen. 10. Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum *similem sui* quaerere. C. Lael. 22. P. Crassus, dum *Cyri* et *Alexandri similis* esse voluit, qui suum cursum transcurrerant, et L. *Crassi* et *multorum Crassorum* inventus est *dissimillimus*. C. Brut. 81. Et Creticus et *eius aequalis* Paeon commodissime putatur in solutam orationem illigari. C. Or. 64. Vis iuris non modo senior est, quam aetas populorum et civitatum, sed *aequalis illius* coelum atque terras *tuentis* et *regentis dei*. C. Leg. 2, 4. Dionysius Syracusiorum tyrannus fuit, et Philistus *aequalis temporum illorum* **). C. Div. 1, 20. Q. Metellum, *cuius* paucos *pares* haec civitas tulit, cum Pisone non conferam. C. Pis. 4. cf. Phaedr. 4, 15, 6. Iuvenal. 8, 98. Simplex animi natura est, neque habet in se quidquam admixtum *dispar sui* atque dissimile. C. Sen. 21.

Viri propria ***) maxime est fortitudo. C. Tusc. 2, 18. Perpaucae Siciliae civitates sunt bello subactae, quarum ager quum esset *publicus populi Romani* †) factus, tamen illis est redditus. C. Verr. 3, 6. Proditum est memoriae, Latonam confugisse Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperisse, qua ex opinione hominum illa insula *eorum deorum sacra* putatur. C. Verr. 1, 18. Solent accusatores iudicibus persuadere, *affinem* esse *alicuius culpae* ††) eum, qui accusetur. C. Inv. 2, 44. Calamitas *communis* est *utriusque* nostrum, sed culpa mea propria est. C. Fam. 14, 3. Memoria *communis* est *multarum artium*. C. Or. 17. Vos imploro, Albano-

*) selten vero similis. L. 8, 26.
**) ein Zeitgenoß. Die Person hingegen steht in dieser Bedeutung im Dativ. §. 117, c.
***) braucht Cicero nie mit dem Dativ.
†) nur mit dem Genitiv.
††) derjenige habe Antheil an einer Schuld.

rum arae, *sacrorum* populi Romani *sociae* et aequales. C. Mil. 31. cf. Or. 1, 7, 24. 55, 236. Planc. 42, 104. Fidem in Capitolio *vicinam Iovis Optimi Maximi* maiores nostri esse voluerunt. C. Off. 3, 29. cf. C. Or. 6, 21. Quis *alienum* putet *suae* esse *dignitatis* *), quod in omni munere vitae optimum et verissimum sit, exquirere? C. Fin. 1, 4. Galli sunt homines *insueti laboris*. Caes. 7, 30. cf. 5, 6. C. 3, 49. ad Herenn. 4, 4, 6. L. 6, 34, 6.

Utinam te, frater, non solum *vitae*, sed etiam *dignitatis meae superstitem* reliquissem! C. Q. Fr. 1, 3. Pausanias Argilium *supplicem dei* vidit in ara sedentem. N. 4, 4.

Not. Den Unterschied bei similis zwischen wesentlicher und zufälliger Aehnlichkeit (nicht zwischen innerer und äußerer, wie die Grammatiker lehren), beweiset auch folgende Stelle: *Plectri similem* linguam nostri solent dicere, *chordarum* dentes, nares *cornibus iis*, qui ad nervos resonant in cantibus. C. N. D. 2, 59.

4. Die Adiectiva *copiae et inopiae*, die außerdem den Ablativ bei sich haben, als: plenus, refertus, fertilis, inops, inanis, ieiunus; selten haben den Ablativus: compos, particeps, expers, exheres; den Genitivus allein: potens, impotens, consors, princeps. Ueber reus, manifestus, noxius s. §. 110.

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. T. Eun. 1, 2, 25. Solitudo et vita sine amicis *insidiarum* et *metus plena* est. C. Fin. 1, 20. *Referta* quondam Italia *Pythagoreorum* fuit. C. Or. 2, 37. Gallia adeo *frugum hominumque fertilis* fuit, ut abundans multitudo vix regi posse videretur. L. 5, 34. *Inops* senatus *auxilii humani* ad deos populum ac vota vertit. L. 3, 7. Quid? exactis regibus, omnia nonne plena consiliorum, *inania verborum* videmus? C. Or. 1, 9. *Ieiunas multiplicis* et aequabiliter in omnia genera *fusae orationis* **) aures civitatis accepimus. C. Or. 30.

Certe omnes *virtutis compotes* beati sunt. C. Tusc. 5, 13. Postquam Pompeius et Consules ex Italia exierunt, non sum, mihi crede, *mentis compos*. C. Att. 9, [illegible] Est animus in partes tributus duas, quarum altera *rationis* est *particeps*, altera *expers*. C. Tusc. 2, 21. Non est illa fortitudo, quae *rationis* est *expers*. C. Tusc. 4, 22. Potestne *paternorum bonorum exheres* esse filius, quem pater testamento non scripsit nominatim? C. Or. 1, 38. Tarquinius ex quo *sui potens* fuit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigravit. L.

---

*) seiner Würde fremd, mit seiner Würde unvereinbar.
**) Corpora *suco* ieiuna. Lucret. 2, 845.

1, 35. cf. 26, 13, 14. Perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, credidisse, ea efficere *rerum omnium praepotentem* Iovem. C. Div. 2, 18. Cum mihi de Hortensii morte esset allatum, dolebam, quod socium et *consortem gloriosi laboris* amiseram. C. Brut. 1. Graecia semper *eloquentiae princeps* esse voluit. C. Or. 1, 4. cf. 3, 17, 63. Arch. 1, 1.

Not. Mehr Adiectiva mit dem Genitivo kommen bei den bewährtesten Prosaikern des goldnen Alters nicht vor; wohl aber ähnliche und eine Menge andrer, auch Participia Praeteriti, die einer Bestimmung fähig schienen, bei den Geschichtschreibern und Dichtern. Besonders häufig ist hier der Genitivus *animi*, z. B. aeger animi geisteskrank.

Galba erat pecuniae alienae non adpetens, *suae parcus*, *publicae avarus*. Tac. H. 1, 49. Mithridates, maximus regum, fuit *medicinae curiosus*. P. 25, 2. Vetera extollimus, *recentium incuriosi*. Tac. 2, 88. Calamitosus est animus *futuri anxius*. S. Ep. 98. Sapiens vivit praesentibus laetus, *futuri securus*. S. Vit. b. 26. Nolim *ceterarum rerum* te *socordem*, T. Ad. 4, 5, 61. Olim senatus et optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, *callidi temporum* et sapientes credebantur. Tac. 4, 33. Levissimus quisque et *futuri improvidus* spe vana tumet. Tac. H. 1, 88. Germania fuit quondam *frugiferarum arborum impatiens*, *pecorum fecunda*. Tac. G. 5. Romani circa viam haud procul Capua *omnium egeni* corpora humi prostraverunt. L. 9, 6. Propter bella Colophonii cohortes canum habuere. Haec erant fidissima auxilia, nec *stipendiorum indiga*. P. 8, 40. Non adeo *virtutum sterile* saeculum, ut non et bona exempla prodiderit. Tac. H. 1, 2. Atlantes *degeneres* sunt *humani ritus*. P. 5, 8. Opperiebatur Otho nuntium pugnae, *consilii certus*. Tac. H. 2, 46. Tubero, antiquus scriptor, nonnunquam *incertus veri* est. L. 4, 23. Eripite isti gladium, qui *sui impos* est *animi*. Plaut. Cas. 3, 5, 7. Ex insolentia, quibus nova fortuna est, *impotentes laetitiae* insaniunt. L. 30, 42. Paullus Aemilius, si quid legionibus accideret, se *omnis culpae exsortem* fore dicebat. L. 22, 44. Quid Perseus, novus rex, *omnis iniuriae insons* meruit? L. 41, 24. *Vinculorum profugus*. P. 7, 28. *urbanae militiae impiger*, *bellorum insolens*. Tac. H. 1, 87. *acer militiae*. Ib. 2, 5. colonia, *virium et opum valida*. Ib. 2, 19. *strenuus militiae*. Ib. 3, 42. sermonis *nimius*. Ib. 5, 75. *vetus militiae*. Ib. 4, 20. etc.

Antistius *legum* atque *morum* populi Romani, *iurisque civilis doctus* apprime fuit. Gell. 13, 12. *Indoctus pilae discive*. H. Art. 380. Romanis, *Gallici tumultus assuetis*, etiam vanitates notae sunt. L. 38, 17. Miles vetus *expertusque belli*. Tac. H. 4, 76. *Insolitos eius tumultus* equos. L. 10, 28. Genus *servitii insolitum*. Sall. Hist. Fr. I. p. 936.

Animi anxius. Sall. I. 55. firmatus. Id. Hist. fragm. 3. aeger. L. 1, 58. cf. Drak. ad 30, 15, 9. certus, confusus 1, 7. nimius 6, 11. stupens. 6, 36. territus. 7, 34. aversus. Tac. 14, 26. captus. H. 3, 73. ferox. 1, 32. ingens. 1, 69. laetus. 2, 26. immodicus. H. 1, 53. promptus. H. 2, 23. turbidus. H. 4, 48. validus. 15, 53. versus. H. 4, 84. caecus. Q. 1, 10, 29. confidens. Suet. Dom. 12. etc.

c. Bei Verbis.

109 I. Bei den Verbis schätzen, als: aestimo, facio, pendo, duco, puto, habeo, und geschätzt werden, als: aestimor, fio, pendor, sum, stehen als *Genitivi Pretii:*

a. die *Adiectiva neutra:* magni hoch, pluris höher, maximi, plurimi sehr hoch, am höchsten, parvi gering, minoris geringer, minimi sehr gering, tanti, tantidem, quanti, quantivis, quanticunque, bisweilen mit pretii;

b. die *Substantiva:* nihili für nichts; flocci, auch nauci, pili, pensi, teruncii, assis, für eine Kleinigkeit;

c. das *Pronomen* huius.

Sextilius *magni aestimabat* pecuniam legibus partam. C. Fin. 2, 17. Nulla vis auri et argenti *pluris,* quam virtus, *aestimanda* est. C. Par. 6, 2. Est hominis magni atque sapientis, *maximi aestimare* conscientiam mentis suae. C. Cluent. 58. Summum bonum est *plurimi aestimandum.* C. Fin. 3, 10. cf. C. Att. 5, 12. Ille finis amicitiae est deterrimus, ut, *quanti* quisque se ipse *faciat, tanti fiat* ab amicis. C. Lael. 16. Pravi homines sua *parvi pendere,* aliena cupere solent. Sall. C. 12. Ego a meis me amari et *magni pendi* postulo. T. Ad. 5, 4, 25. Laelius non eo dictus est sapiens, quod non intelligeret, quid suavissimum esset, sed quia *parvi* id *duceret.* C. Fin. 2, 8. Ego pro Pompeio lubenter emori possum: *facio pluris* omnium hominum neminem. C. Att. 8, 2. Hephaestionem unum Alexander *plurimi fecerat* *). N. 18, 2. *Pluris putare,* quod utile videatur, quam quod honestum, turpissimum est. C. Off. 3, 4. Commii regis auctoritas in Britannia *magni habebatur.* Caes. 4, 21. Agere considerate *pluris est,* quam cogitare prudenter. C. Off. 1, 45. Aesopi tragoedi, nostri familiaris, Licinius servus aufugit. Noli spectare, *quanti* homo *sit: parvi* enim *pretii est,* qui iam *nihili sit.* C. Q. Fr. 1, 2, 4. Intellectum est, iudices rem publicam *flocci* non *facere.* C. Att. 4, 15. Non *habeo nauci* Marsum augurem. Ennius ap. C. Div. 1, 58. M. Porcius Cato L. Flaminium e numero senatorum sustulit, quia in provincia quendam damnatum securi percusserat, nec *pensi duxerat* **) regis Philippi supplices manus. Val. Max. 2, 9, 3.

---

*) Auch: Merito te semper *maxumi feci,* Chreme. T. Andr. 3, 3, 42. cf. 1, 5, 68. *Plurimi fieri.* C. Fam. 3, 4. *Minoris aestimare.* C. Fam. 4, 5, 3. *putare.* C. Planc. 20, 50.

**) keine Rücksicht auf die Fürbitte des Königs genommen hatte. *Pensi* kommt nur mit Negationen vor, oder doch in negativem Sinn, wie Sall. C. 52, 34. So gewöhnlich auch nauci, pili, teruncii.

Not. 1. a. Der Genitivus Pretii ist nur eine Modification des Genit. Qualitatis, §. 103. Da aber Werth nicht ein intensives, sondern ein quantitatives Prädicat ist, so kann es auch nur nach Zahl gesteigert werden, daher der Römer nur *pluris* esse, aestimare, facere sagte; *minoris*, weil für parvi kein regelmäßiger Comparativ vorhanden war. Wenn nun auch magni und maximi facere quantitativen Sinn haben können, so würde doch *maioris* aestimare eben so unpassend seyn, als *magis* valere mehr gelten, für plus valere. Ist die einzige hierher gehörige Stelle echt: Antiquorum villae rusticae *erant maioris*, quam urbanae. Varr. R. R. 1, 13, 6. so muß pretii, welches auch ein Codex hat, hinzugedacht werden (wie agrum *pretii maioris* nemo habet. T. Heaut. 1, 1, 12. cf. §. 103.), welches einen andern Sinn gibt, als das allgemeinere Adiect. neutrum; Ursinus wollte dafür maiores lesen. In andrer Bedeutung steht: Multo *maioris* alapae mecum veneunt. Phaedr. 2, 5, 25. um einen viel bedeutendern Preis, d. i. wenn einer etwas viel Größeres, Strafwürdigeres, verbrochen hat, vgl. Bentl. h. l. — Hieraus ergiebt sich auch der Unterschied zwischen aestimare *maximi* am höchsten, und *plurimi* am meisten: in ersterm wird auf Größe Rücksicht genommen, in so fern sie keines Zuwachses mehr fähig ist; in letzterm auf andre Gegenstände, die weniger geachtet werden.

b. Existimare nach Abwägung der Gründe (aestimatione rei facta) urtheilen, dafür halten, ist durch seine Bedeutung von aestimare sehr verschieden, und in den Stellen: Magni eius opera existimata est — quod non minoris existimamus. N. 24, 1, sehr unsicher, cf. Intpp. h. l. und Cort. ad Sall. C. 2, 8. Handschriften und Metrum sichern es wohl nur in folgender: Satin' abiit, neque quod dixi *flocci existumat*. Plaut. Most. 1, 1, 73.

c. Bei der Stelle: Quod te purges, hanc iniuriam mihi nolle factam esse, *huius* non *faciam*. T. Ad. 2, 1, 9. ist eine Gesticulation des Schauspielers hinzu zu denken, der hier eine Kleinigkeit, z. B. einen Strohhalm, vorzeigte, oder that, als ob er etwas vom Nagel des Fingers hinwegstreichen wollte. Dasselbe ist der Fall bei der Formel: *est mihi tanti:* Video, quanta tempestas invidiae nobis impendeat. Sed *est mihi tanti!* dummodo ista privata sit calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. C. Cat. 1, 9. Ferner: Quod tu si *tanti facies*, quanti ego semper iudicavi faciendum esse, facies sapienter. C. Fam. 5, 10. i. e. so wenig, vgl. §. 104. Not. 3.

d. Bei aestimare stehen auch die Ablativi: *magno*, *permagno*, *nihilo* um einen hohen Preis anschlagen, für Nichts rechnen, und der Accusat. *nihil*; ferner *pro nihilo* bei putare, ducere, esse.

Si callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam *magno aestimant*; quanti est aestimanda virtus? C. Par. 6, 3. cf. C. Fin. 3, 3. extr. Verr. 4, 7, 15. Stoici valetudinem bonam expetendam negant esse, eligendam dicunt; non quia bonum sit valere, sed quia sit non *nihilo aestimandum*. C. Fin. 4, 23. Emori nolo; sed me esse mortuum *nihil aestimo*. C. Tusc. 1, 8. Qui magno est animo atque forti, omnia, quae cadere in hominem possint, despicit et *pro nihilo putat*. C. Fin. 3, 8. Dii immortales, quam mihi ista *pro nihilo!* C. Att. 14, 9. So: *levi momento aestimare*. Caes. 7, 39.

Not. 2. Die Verba emo, mercor, vendo, veneo, liceo, und aestimare, taxare anschlagen, stare, constare, esse zu stehen kom-

men, und ähnliche Prädicate, die eine Angabe des Werths verlangen, haben eben so die Genitive pluris, minoris, quanti, tanti, maximi, und genauere Werthsangaben (aber nie magni, parvi) bei sich.

Vendo meum frumentum non *pluris*, quam ceteri, fortasse etiam *minoris*, cum maior est copia. C. Off. 3, 12. *Emit* Canius hortos *tanti*, *quanti* Pythius voluit. Ib. 3, 14. Spectari oportet, quanti res aestimentur, *quanti venire* soleant. C. Verr. 4, 7. Antonius aiebat, se frumentum *tantidem aestimasse*, *quanti* Sacerdotem. C. Verr. 3, 92. *Tanti* quodque malum *est*, *quanti* illud taxavimus. Senec. Marc. 19. Nulla pestis humano generi *pluris stetit*, quam ira. S. Ira 1, 2. Balnearibus ambulatiuncula addenda est, quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio *minoris constabit* isto loco. C. Att. 13, 29. Nemo dabit, *quanti* subsellia *constent*. Iuvenal. 7, 45. Expedit aratori, decumas *esse quam maximi*. C. Verr. 3, 63. Agellus *erat*, quum donarem, *centum millium nummum*. P. Ep. 6, 3. De Drusi hortis *quanti licuisse* tu scribis, id ego quoque audieram; sed *quanti quanti* *), bene emitur, quod necesse est. C. Att. 12, 23. Camillus quum a tribulibus clientibusque responsum tulisset, se collaturos, *quanti damnatus esset*, absolvere eum non posse, in exsilium abiit. L. 5, 32.

Not. 3. Hierher gehören auch die Redensarten aequi consulo, boni consulo, aequi boni oder aequi bonique facio etwas für gut halten, sich etwas gefallen lassen, etwas gut seyn lassen; z. B. Consul est a consulendo vel a iudicando; unde adhuc remanet illud: Rogat, *boni consulas*, id est, bonum iudices. Q. 1, 6, 32. Hoc munus, rogo, qualecunque est, *boni consulas*. S. Benef. 1, 8. Si vos, Aetoli, nec cura Argorum civitatis, nec periculum movet; nos, Romani, *aequi bonique* facimus. L. 34, 22.

110 II. Bei den Verbis beschuldigen, anklagen, überführen, verdammen, lossprechen und ähnlichen steht die Benennung des Verbrechens im Genitivo Obiecti. Hierher gehören vorzüglich: arguere, coarguere, insimulare, (increpare, increpitare, urgere) beschuldigen, accusare, agere, deferre anklagen, arcessere, postulare vorladen, belangen, interrogare (lege) zur Verantwortung ziehen, se alligare, se adstringere sich schuldig machen, teneri (obstringi, obligari) schuldig seyn, convincere, (captare) überführen, iudicare, damnare, condemnare verurtheilen, absolvere, solvere, liberare, purgare lossprechen, frei sprechen, und die Adjectiva: reus, manifestus, noxius, compertus.

Nonne intelligis, quales viros mortuos *summi sceleris arguas*? C. C. Rabir. 9. Cicero Verrem *avaritiae nimiae coarguit*. C. Verr. 5, 59. Cannensem quisquam exercitum *fugae* aut *pavoris insimulare* potest, ubi plus quinquaginta millia

*) um einen wie hohen Preis sie auch immer feil seyn mögen.

hominum ceciderunt? L. 26, 6. Galba etiam *saevitiae* populum *increpuit* edicto. Suet. Galb. 15. Labeo *male administratae provinciae aliorumque criminum urgebatur.* Tac. 6, 29. Miltiades *accusatus est proditionis*, quod, cum Parum expugnare posset, infectis rebus discessisset. N. 1, 7. Qui alterum *incusat probri*, eum ipsum se intueri oportet. Plaut. Truc. 1, 2, 58. Mimus quidam nominatim Accium poetam compellavit in scena. Cum eo Accius *iniuriarum agit.* ad Herenn. 1, 14. Caesar, composita seditione civili, Dolabellam *repetundarum postulavit.* Suet. Caes. 4. Cilicum legati Capitonem *repetundarum interrogant.* Tac. 16, 21. Quis non frangeret inferiorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, *cupiditatis eiusdem tenerentur.* C. Leg. 3, 13. Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, *furti obstringitur.* Gell. 11, 18. *Furti se obligavit.* Id. 7, 15. Haec duo *levitatis* et *infirmitatis* plerosque *convincunt*; si aut in bonis rebus contemnunt, aut in malis deserunt. C. Lael. 17. Tu si me *impudicitiae captas*, non potes capere. Plaut. Amph. 2, 2, 189. Themistocles absens *proditionis est damnatus.* N. 2, 8. Milites Caesar edocet, *summae* se *iniquitatis condemnari* debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem. Caes. 7, 19. Caelius iudex *absolvit iniuriarum* eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat. ad Herenn. 2, 13. *Legum* solvere. C. Sext. 7, 16. Senatus nec *liberavit eius culpae* Regem, neque arguit. L. 41, 19. Teii *purgabant* civitatem *omnis dicti factique hostilis* adversus Romanos. L. 37, 28. Auch: *damni infecti promittere.* C. Top. 4, 22.

Ille dives, qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit, *reus* est *iniuriarum.* Q. 4, 2, 100. Silanus *saevitiae captarumque pecuniarum* tenebatur *reus.* Tac. 3, 67. De *manifestis rerum capitalium* more maiorum supplicium sumendum. Sall. C. 52. Regulus Trionem, ut *noxium coniurationis*, ad disquisitionem trahebat. Tac. 5, 11. Iussi consules ferre ad populum, ut *pecuniae creditae* bona debitoris, non corpus *obnoxium* esset. L. 8, 28. Homo non usque eo Sthenio erat inimicus, ut eum *rei capitalis affinem* esse diceret. C. Verr. 2, 38. cf. C. Sull. 5. extr. Praetor homines *sacrilegii compertos* in vinculis Romam misit. L. 32, 1.

Not. 1. Allgemeine Bestimmungen stehen bei diesen Verbis im Ablativo, daher nur *crimine* (Beschuldigung), *nomine*, *scelere*, *ignominia*, *lege*, *iudicio*, auch mit Pronominibus, oft neben den speciellern Genitiven des Verbrechens, und nur für solche steht *criminis* selbst im Genitiv mit einem Adjectiv oder Pronomen.

Alcibiades postulabat, ne absens *invidiae crimine accusaretur.* N. 7, 4. Servi Leonidae *nomine sceleris coniurationisque*

damnati sunt. C. Verr. 5, 5. cf. C. Cluent. 42. extr. An non intelligis, quales viros *summi sceleris arguas?* C. C. Rabir. 9. P. Autronius et P. Sulla, designati consules, *legibus ambitus interrogati* poenas dederunt. Sall. C. 18. Si iniquus es in me iudex, *condemnabo eodem* ego te *crimine.* C. Fam. 2, 1. cf. C. Caecil. 10, 30. Cluent. 38, 105. Phil. 13, 12, 27. Milo, Clodio interfecto, *eo nomine erat damnatus.* Caes. C. 3, 21. Nulla facultas dicendi Verris vitam, *tot vitiis flagitiisque convictam*, potest defendere. C. Verr. A. 1, 4. Latae deinde leges, quae regni *suspicione* consulem *absolverent.* L. 2, 8. Quis fuit, qui non hominis improbi voce miaculari rempublicam, seque, si eum audiret, *scelere adstringi* arbitraretur? C. Sext. 50. Carsidius sacerdos, reus, tanquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, *absolvitur*, *eiusdem*que *criminis* *) C. Gracchus. Tac. 4, 13. Dolabella *magnis se obstrinxit parricidiis.* C. Phil. 11, 6. cf. 11, 12, 29. Uterque *reus* est ob eandem causam et *eodem crimine.* C. Vatin. 17.

Not. 2. Statt des Genitivs ist auch *de* mit dem Ablativo bei accuso, defero, anquiro, arguo, postulo, damno, condemno, absolvo, purgo gewöhnlich:

Non committam posthac, ut me *accusare de* epistolarum *negligentia* possis. C. Att. 1, 6. Sunt, qui per duumviros, qui *de perduellione anquirerent*, creatos, auctores sint damnatum Manlium. L. 6, 20. Pilius *de repetundis* M. Servilium *postulavit.* C. Fam. 8, 8. Lex vetat eum, qui *de pecuniis repetundis damnatus sit*, in concione orationem habere. ad Herenn. 1, 11. Roscium *de luxuria purgavit* Erucius. C. S. Rosc. 14. Non oportuit Sextium *de vi reum* fieri. C. Vatin. 17. cf. L. Sext. 55, 75.

Ferner bisweilen *in* mit dem Abl. bei accuso, coarguo, convinco, teneor, deprehendor; auch sagt man nur *inter sicarios* des Meuchelmords wegen: Primum me tibi excuso in eo ipso, *in quo* te *accuso.* C. Q. Fr. 2, 2. Multi Christianorum haud perinde *in crimine* incendii, quam odio humani generis, *convicti sunt.* Tac. 15, 44. Olim nemo ita *in manifesto peccato tenebatur*, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. C. Verr. 2, 78. Sexcenti sunt, qui *inter sicarios* et de veneficiis *accusabant.* C. S. Rosc. 32. Q. Sergius senator *inter sicarios damnatus est.* C. Cluent. 7.

Not. 3. Außerdem werden mehrere Verba dieser Art mit dem Accusativo des Verbrechens und dem Genitiv der Person verbunden (wie κατηγορεῖν τινός τι), wie accuso sich über etwas beschweren, incuso, arguo, coarguo. So werden auch excuso (entschuldigen und als Entschuldigung vorbringen), castigo, increpo, reprehendo besser, als mit dem Genitiv gebraucht.

Haec spes mihi scribenti veniebat in mentem, me eum esse, *cuius* tu *desperationem accusare* solitus esses. C. Fam. 6, 1. Tribuni plebis nunc *fraudem*, nunc *negligentiam consulum accusabant.* L. 4, 11. Samnites ultro *incusabant iniurias Romanorum.* L. 8, 23. Tribuni plebis *arguebant* in C. Caesare regni *voluntatem.* Vellei. 2, 68. Philo negat, duas Academias esse, *errorem*que *eorum*, qui ita putarunt, *coarguit.* C. Acad. 1, 4.

---

*) Eiusd. criminis steht hier statt des speciellen Verbrechens.

Varroni memineris *excusare tarditatem literarum mearum.* C. Att. 15, 26. Ser. Sulpicium videbatis re magis *morbum*, quam oratione *excusantem.* C. Phil. 9, 4. *Castigemus* etiam *segnitiem* hominum atque *inertiam.* C. Or. 1, 41.

Not. 4. *Capitis* accusare, arcessere heißt auf Gefahr des Lebens oder der bürgerlichen Wohlfahrt anklagen, *capitis* absolvere von der Todesstrafe lossprechen; dagegen sagte man anquirere, damnare, condemnare *capitis* und zugleich *capite* einem die Todesstrafe im Voraus bestimmen, dazu verurtheilen, und damnari voti, selten voto, zur Bezahlung eines Gelübdes verbindlich gemacht, oder seines Wunsches gewährt werden. Andre Benennungen der Strafe, zu welcher einer verurtheilt wird, werden gewöhnlich im Ablativo, seltner im Genitivo, bisweilen auch im Accusativo mit ad ausgedrückt, im Dativo aber nur bei Dichtern.

Inimicitias hominum more gerere poteratis, non ficto crimine *capitis arcessere.* C. Deiot. 11. Miltiades *capitis absolutus*, pecunia multatus est. N. 1, 7. In Fulvium tanta ira accensa est, ut *capite anquirendum* concio subclamaret. L. 26, 3. Fulvium quum tribunus bis *pecunia anquisisset* *), tertio *capitis se anquirere* dixit. Ib. Multi animos, quasi *capite damnatos*, morte multant. C. Tusc. 1, 22. Socratis responso sic iudices exarserunt, ut *capitis* hominem innocentissimum *condemnarent.* C. Or. 1, 54. Furius Dictator inter ipsam dimicationem aedem Iunoni Monetae vovit; *cuius damnatus voti* quum victor Romam revertisset, dictatura se abdicavit. L. 7, 28. cf. N. 20, 5, 5. H. C. 2, 14, 19. *Damnabis* tu quoque *votis.* V. E. 5, 80. Camillus absens *quindecim millibus* gravis aeris *est damnatus.* L. 5, 32. Frusinates *tertia parte* agri *damnati sunt.* L. 10, 1. Ab aratoribus Siculis Verres multo plus, quam decumas, abstulit. Cedo mihi unum, qui *octupli damnatus sit.* C. Verr. 3, 12. Nympho *condemnatur. Quanti?* fortasse quaeritis. *frumenti eius omnis*, quod in areis esset. Ib. 3, 21. Caligula multos honesti ordinis *ad metalla et munitiones* viarum, aut *ad bestias condemnavit.* Suet. Calig. 27. *Stygio*que caput *damnaverat Orco.* V. Aen. 4, 699. *Morti damnatus.* Lucret. 6, 1231.

Noch gehört hierher der Genitivus damni infecti in einigen juristischen Formeln: Qui redemerit, *satisdet damni infecti* ei, qui a vetere redemtore acceperit. C. Verr. 1, 56. Si quis in pariete communi demoliendo *damni infecti promiserit*, non debebit praestare, quod fornix vitii fecerit. C. Top. 4. cf. Ulpian. in Digg. XXXIX, 2, 7. *damni infecti* stipulari. Ib. 9. repromittere. Ib. 9. §. 1, 4. cavere. Ib. 9. §. 5. u. 12. etc.

III. Memini, recordor, reminiscor ich erinnere mich, obliviscor ich vergesse, und moneo, admoneo, commoneo, commonefacio ich erinnere einen, haben den Gegenstand, an welchen man sich oder einen andern erinnert und den man vergißt, im Genitivo oder Accusativo bei sich, je nachdem es die Deutlichkeit erfordert. 111

Somno animus *meminit praeteritorum*, praesentia cernit,

*) Auf Erlegung einer Geldstrafe angeklagt hatte.

futura praevidet. C. Div. 1, 50. Pothinus Achillam, *cuius* supra *meminimus*, omnibus copiis praefecit. Caes. C. 3, 108. Homo nefarius certe aliquando cum dolore *flagitiorum suorum recordabitur*. C. Pis. 6. Divico, Helvetiorum legatus, monuit Caesarem, ut *reminisceretur* et *veteris incommodi* populi Romani, et *pristinae virtutis* Helvetiorum. Caes. 1, 13. Est proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, *oblivisci suorum*. C. Tusc. 3, 30. *Vivorum memini*, nec tamen *Epicuri* licet *oblivisci*. C. Fin. 5, 1.

Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. C. Lael. 20. Boni sunt cives, qui patriae *beneficia meminerunt*. C. Planc. 33. Non omnes possunt esse Scipiones, aut Maximi, ut urbium *expugnationes*, ut *pedestres navalesve pugnas*, ut *bella* a se *gesta*, ut *triumphos recordentur*. C. Sen. 5. Nunquam liberos meos adspicio, quin Plancii *meritum* in me *recorder*. C. Planc. 28. Alcibiades lacrimans magnam benevolentiam civium suorum accipiebat, *reminiscens* pristini temporis *acerbitatem*. N. 7, 6. Homines interdum *res praeclarissimas obliviscuntur*. C. Mil. 23.

Caecina milites *temporis ac necessitatis monet*, unam in armis salutem. Tac. 1, 67. Res adversae *admonuerunt religionum*. L. 5, 51. cf. C. Top. 1, 5. Tac. H. 4, 17. 45. Grammaticos *officii sui commonemus*. Q. 1, 5, 7. cf. ad Herenn. 4, 33. Iugurtha viritim, uti quemque extulerat, *commonefaciebat beneficii sui*. Sall. I. 49. cf. ad Herenn. 4, 24, 33. C. Verr. 5, 43, 112. — *Eam rem* locus *admonuit*. Sall. I. 79. Discipulos *id unum moneo*, ut praeceptores suos non minus, quam ipsa studia ament. Q. 2, 9, 1. Ego te quoque *aliquid admoneam* de nostris cautionibus. C. Fam. 1, 13. *Multa* ostentis, *multa* in extis *admonemur*. C. N. D. 2, 66. und so jedesmal die Neutra: *hoc, id, illud, quod, quid, quae*, cf. ad Herenn. 4, 27, 37. C. Or. 1, 7, 28. Lael. 24. pr.

Not. 1. Flavius Caper bemerkt p. 2239. Putsch. *Oblitus ne sis nostri*, non, *nos;* veteres tamen et hoc modo dixerunt. Demnach würde memento *mei*, *nostri*, besser seyn, als me, nos, wenn auch Facito, ut *me* memineris. Plaut. Curc. 1, 2, 54. vorkommt.

Memini ich denke an etwas und ich erwähne, recordor und moneo mit seinen Compositis haben auch *de* mit dem Ablativo bei sich.

De Herode et *de Mettio meminero*, et *de omnibus*, quae te velle suspicabor. C. Att. 15, 27. *De homine importunissimo* ne *meminisse* quidem volo. C. Fam. 5, 3. Ego non commemini, antequam sum natus, me miserum; tu, si meliore memoria es, velim scire, ecquid *de te recordere*. C. Tusc. 1, 6. Terentiam *moneatis de testamento*. C. Att. 11, 16. Pervetere in epistola

de porticu Catuli me *admones.* C. Q. Fr. 3, 1, 4. Te neque praesens filius *de* liberorum *caritate*, neque absens pater *de indulgentia patria commonebat?* C. Verr. 5, 42.

Not. 2. Hierher gehört auch die Redensart: venit mihi in mentem *haec res*, und *huius rei* es fällt mir ein. Prisc. XVII, 21, 166. XVIII, 27, 276. 30, 297.

Non venit in mentem *pugna* apud Regillum lacum? L. 8, 5. *Quae* mihi veniebant in mentem, existimavi me ad te oportere scribere. C. Fam. 2, 18. cf. Manut. h. l. Venit mihi *Platonis* in mentem. C. Fin. 5, 1. Quotiescunque gradum facies, toties tibi *tuarum virtutum* veniat in mentem. C. Or. 2, 61.

IV. Misereor, miseresco ich habe Mitleiden, erbarme mich, haben den Genitivus, aber miseror, commiseror ich bedaure, bemitleide, den Accusativus bei sich. Pendeo *animi* sagt Cicero; andre Schriftsteller brauchen diesen Genitivus auch bei andern Verbis der Affecten, statt des gewöhnlichern Ablativs animo. 112

Phocion ubi Athenas pervenit, multi reminiscentes veteris famae, *aetatis miserebantur*. N. 19, 4. *Eorum misereri* oportet, qui propter fortunam, non propter malitiam in miseriis sunt. C. Inv. 2, 36. *Arcadii*, quaeso, *miserescite regis*. V. Aen. 8, 573. — Principes Galliae *miserantur communem* Galliae fortunam. Caes. 7, 1. Agesilaus *commiseratus est fortunam* Graeciae. N. 17, 5. — Ego *animi pendere* soleo, quum semel quid orsus traducor alio. C. Leg. 1, 3. cf. C. Att. 8, 5. 11, 12. Tot populos inter spem metumque *suspensos animi* habetis. L. 8, 13. cf. 6, 36. 8. Absurde facis, qui *angas* te *animi*. Plaut. Epid. 3, 1, 6. Antipho me *excruciat animi*. T. Phorm. 1, 4, 10. cf. Ad. 4, 4, 1. Me *animi fallit*. Lucret. 1, 137. 921. 5, 98. *animi miserata*. V. Aen. 10, 686. — Exspectando et desiderando *pendemus animis*, cruciamur, angimur. C. Tusc. 1, 40. (nie animorum). Equidem *angor animo*, non consilii armis egere rempublicam. C. Brut. 2.

Not. Bei satagere rerum suarum mit sich genug zu thun haben, seine Noth haben, hängt der Genitiv von sat (satis) ab. Clinia *suarum rerum satagit*. T. Heaut. 3, 1, 13. Nunc *agitas sat* tute *tuarum rerum*. Plaut. Bacch. 4, 3, 23. cf. Gron. h. l. Socrates *irarum et molestiarum muliebrium* per diem perque noctem *satagebat*. Gell. 1, 17.

Anmerk. Außer diesen kommen noch mehrere Verba mit dem Genitivo Obiecti nach griechischem Gebrauch bei Dichtern und Spätern, nur manche in der Prosa des goldnen Zeitalters vor. Dahin gehören:

1. die Verba der Affecten: attonitus *serpentis*, *visus*. Sil. 6, 230. 10, 370. decipior *laborum*. H. C. 2, 13, 38. desipio *mentis*. Plaut. Epid. 1, 2, 35. fallor *sermonis*. Plaut. Epid. 2, 2, 65. fastidio *bonorum*, *mei*. Lucil. ap. Non. 9, 3. Plaut. Aul. 2, 2,

67. invideo *ciceris.* H. S. 2, 6, 84. labor *consilii.* C. Phil. 7, 6. laetor *malorum.* V. Aen. 11, 280. lugeo *formae.* Sil. 3, 424. miror *laborum.* V. Aen. 12, 126. Prisc. XVII, 16, 102. studeo *tui.* Poeta ap. C. N. D. 3, 29. trepido *aevi.* H. C. 2, 11, 4. vereor *huius feminae.* T. Phorm. 5, 8, 78. revereor *mei.* Varr. ap. Non. 9, 3. veritus *tui testimonii.* C. Att. 8, 4.

2. die Verba erfüllen, Ueberfluß haben, befreien, entbehren, sich enthalten, aufhören, statt des gewöhnlichern Ablativs. *Completus* iam *mercatorum* carcer erat. C. Verr. 5, 57. cf. C. Sen. 14, 46. Timasitheus Liparensis, deum veritus ipse, multitudinem quoque, quae semper fere regenti est similis, *religionis iustae implevit.* L. 5, 28. cf. 1, 16, 9. 3, 63, 10. 4, 41, 7. Drak. ad 29, 14, 2. Ollam *denariorum implere* non potes. C. Fam. 9, 18. Animum *explesse* iuvabit *ultricis flammae.* V. Aen. 2, 586. *Quarum* et *abundemus rerum* et *quarum indigeamus.* Lucil. ap. Non. 9, 6. Terra *ferarum scatit.* Lucret. 5, 41. Hae res *vitae* me *saturant.* Plaut. Stich. 1, 1, 18. *Istius obsaturabere.* T. Heaut. 4, 8, 29. Cras genium mero curabis cum famulis *operum solutis.* H. C. 3, 17, 16. Pectora *tristitiae dissoluenda.* Tibull. 1, 7, 39. Cavent, ut, cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat, is per aes et libram heredem *testamenti solvat.* C. Leg. 2, 20. Me *omnium* iam *laborum levas.* Plaut. Rud. 1, 4, 27. *Tui carendum erat.* T. Heaut. 2, 4, 20. Gravitas morbi facit, ut *medicinae egeamus.* C. Fam. 9, 3. Virtus *plurimae exercitationis indiget.* C. Fin. 3, 15. Natura alterum *alterius indigere* voluit. C. Oecon. fragm. 1. *Abstineto irarum calidaeque rixae.* H. C. 3, 27, 70. *Desine mollium* tandem *querelarum.* H. C. 2, 9, 17. cf. Sil. 10, 84. Tempus *desistere pugnae.* V. Aen. 10, 441. Ego *crudelissimae severitatis* non potui me *tenere.* Petron. 49. Hierher auch: Paternum servum *sui participat consilii.* Plaut. Cist. 1, 3, 17. A discipulo magister confutatus est et *captionis* versute *excogitatae frustratus fuit.* Gell. 5, 10. Picum carmine Circe *exutum formae* volitare per aethera iussit. Sil. 8, 443. Accisae *desolataeque virorum* Eridani gentes. Id. 8, 590.

3. sich bemächtigen, herrschen; daher potiri *rerum* die höchste Gewalt erlangen, die Welt beherrschen. Cleanthes Stoicus solem dominari et *rerum potiri* putat. C. Acad. 2, 4. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea *rerum potita est*, fuisse traditur. C. S. Rosc. 25. Helvetii per tres potentissimos populos *totius Galliae* sese *potiri* posse sperabant. Caes. 1, 3. De Aegypto si exploratum tibi sit, posse te *illius regni potiri*, non est cunctandum. C. Fam. 1, 7. Armis Ser. Galba *rerum adeptus est.* Tac. 3, 55. Caius Caesar nihil abnuebat, dum *dominationis apisceretur.* Tac. 6, 45. Qua pauper aquae Daunus *agrestium regnavit populorum.* H. C. 3, 30, 11.

4. Einige andre; *Quarum rerum, litium, causarum condixit* pater patratus populi Romani patri patrato Latinorum. L. 1, 32. Scit senex fidem non esse huic habitam, cui *omnium rerum* ipsus semper *credit.* Plaut. Asin. 2, 4, 52. *Laudabat leti* iuvenem. Sil. 4, 260. cf. Drak. ad Sil. 16, 166.

Verba impersonalia.

113 V. *Poenitet, piget, pudet, taedet, miseret, veritum est,* auch *miseretur* und *miserescit* haben den Gegenstand des

Affects, der Reue, des Verdrusses, der Schaam, des Ekels, des Mitleidens, im Genitivo, das Subject oder die Person aber im Accusativo bei sich.

Sapientiam nunquam *sui poenitet.* C. Tusc. 5, 18. *Memet mei poenitet.* C. Or. 3, 9. *Me* vehementer *vitae meae poeniteret*, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocenti. C. Planc. 33. *Me* civitatis *morum piget taedet*que. Sall. I. 4. Sunt homines, *quos libidinis infamiae*que *suae* neque *pudeat*, neque *taedeat.* C. Verr. A. 1, 12. *Me tui*, mi pater, *pudet* *). T. Ad. 4, 5, 49. *Samnites* ne infeliciter quidem *defensae libertatis taedebat*, et vinci, quam non tentare victoriam malebant. L. 10, 31. Nunquam *Atticum suscepti negotii pertaesum est.* N. 25, 15. cf. §. 126. Not. 2, c. *Eorum nos* magis *miseret*, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. C. Mil. 34. *Miseret te aliorum; tui* nec *miseret*, nec *pudet.* Plaut. Trin. 2, 4, 30.

Si tu, Tubero, clamare coepisses, Caesar, cave *te fratrum*, pro fratris salute obsecrantium, *misereatur;* nonne omnem humanitatem exuisses? C. Lig. 5. Adolescentem vidi miserum et *me eius miseritum est.* Plaut. Trin. 2, 4, 29. *Inopis* nunc *te miserescat mei.* T. Heaut. 5, 4, 3.

Not. 1. Ist der Gegenstand des Affects ein Verbum, so wird dieses im Infinitiv mit quod, oder im Conjunctiv mit einem Fragwort ausgedrückt.

Non *poenitet me vixisse*, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem. C. Sen. 23. *Me* non *pudet fateri* nescire, quod nesciam. C. Tusc. 1, 25. Sententias a philosophia semovendas puto Aristippi Cyrenaicorumque omnium, *quos* non *est veritum* **) in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere. C. Fin. 2, 13. Mihi nunquam veniet in mentem *poenitere*, quod a me ipse non *desciverim.* C. Att. 2, 4. *Quintum poenitet*, *quod* animum tuum *offendit.* Ib. 11, 13. Is probus est, *quem poenitet*, *quam sit* probus et frugi bonae. Plaut. Trin. 2, 2, 39 (45). Disces, quamdiu voles; tamdiu autem velle debebis, quoad *te*, *quantum proficias*, non *poenitebit.* C. Off. 1, 1. *Pudet dictu* braucht nur Tac. Agr. 32. statt dicere.

Not. 2. Bei diesen Verbis stehen auch Pronomina neutrius generis im Accusativo, z. B. Sapientis est proprium, nihil, *quod*

---

*) Ich schäme mich vor dir.

**) Nur dieses Beispiel kommt bei Cicero vor. Daß aber *me veritum est huius* echt römischer Ausdruck war, beweisen folgende Stellen: Pacuvius Hermiona: Nihilne *te populi veretur*, qui vociferare in via? Varro Sardis Venalibus: Non te tui saltem pudet, si nihil *mei reveretur?* Nonius 9, 5. Auch als Personale war vereor mit dem Genitiv gewöhnlich. §. 112. Anmerk.

poenitere possit, facere. C. Tusc. 5, 28. welcher Casus hier nicht mit dem Nominativ zu verwechseln ist, mit welchem die ältern Lateiner die meisten dieser Verba persönlich brauchten, z. B. Non te *haec pudent*? T. Ad. 4, 7, 36. vgl. §. 132, 5, c.

Not. 3. Da diese Verba impersonalia sind, so können Hülfsverba auch nur unpersönlich dabei stehen.

Solet Dionysium, quum aliquid furiose fecit, poenitere. C. Att. 8, 5. Respondeam Himilconi, non *desisse* poenitere me belli. L. 23, 12. Quaeri oportet, utrum id facinus sit, quod poenitere *fuerit necesse*. C. Inv. 2, 13.

114 VI. Die Impersonalia *interest* und *refert* es ist daran gelegen, haben

1. das Subject, dem an etwas gelegen ist, im Genitiv bei sich; ist dieses aber ein Personalpronomen, so stehen dafür die Possessiva *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*, auch *cuia* für cuius im Ablativo.

Theophrastus accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, *quorum* id nihil *interesset*; hominibus, *quorum* maxime *interfuisset*, tam exiguam vitam dedisset. C. Tusc. 3, 28. Semper Milo, quantum *interesset Clodii*, se perire, cogitabat. C. Mil. 21. Caesar Divitiacum docet, quanto opere *rei publicae communisque salutis intersit*, manus hostium distineri. Caes. 2, 5. Quis est hodie, *cuius intersit* istam legem manere? C. Phil. 1, 9. Improbum insignire, *exempli* nonnihil, non insignire, *humanitatis* plurimum *refert*. P. Ep. 8, 22. Magni *interest Ciceronis*, vel *mea* potius, vel mehercule *utriusque*, me intervenire discenti. C. Att. 14, 17. cf. C. Fam. 2, 19. extr. Quis est, qui in adolescentibus pudorem, constantiam, etiamsi *sua* nihil *intersit*, non tamen diligat? C. Fin. 5, 22. Epistolae inventae sunt, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut *nostra*, aut *ipsorum interesset*. C. Fam. 2, 4. *Vestra*, iudices, hoc maxime *interest*, non ex levitate testium causas honestorum hominum ponderari. C. Sull. 28. Non adscripsi id, quod *tua* nihil *referebat*. C. Fam. 2, 7. Sulla regi Boccho patefacit, faciendum aliquid, quod *Romanorum* magis, quam *sua retulisse* videatur. Sall. I. 111. Ea caedes si potissimum crimini datur, detur ei, *cuia interfuit*, non ei, *cuia* nihil *interfuit*. Cic. pro Varen. in fragm. Orat. 2.

2. Wie viel oder wie wenig Jemand an einer Sache gelegen sey, das wird a. theils durch die Genitivi pretii: *magni* viel, *permagni* sehr viel, *parvi* wenig, *pluris*, *tanti*, *quanti*, b. theils durch Adverbia und Neutra ausgedrückt, als: *multum*, *permultum*, *plus*, *magis*, *maxime*, *parum*, *paulum*, *minus*, *minime*, *valde*,

vehementer, magnopere, quantopere, nihil, quiddam, aliquid, tantum, quantum.

De Bruto Caesar solitus est dicere: *Magni refert*, hic quid velit; sed quidquid velit, valde volet. C. Att. 14, 1. Quod *permagni interest*, pro necessario saepe habetur. C. Part. 24. Mea fortuna facile obtrectatores invenit, non meo quidem merito, sed *quanti* id *refert*, si tamen accidit? C. Fam. 5, 9. Hoc non *pluris refert*, quam si imbrem in cribrum geras. Plaut. Pseud. 2, 1, 100. Non *plus* sua *referre*. C. Quint. 5, 19.

3. Die Sache, woran Jemand gelegen ist, wird a. entweder durch einen Infinitivus, oder b. durch den Accus. c. Infinitivo, oder c. durch ut, ne, oder auch d. durch Fragwörter ausgedrückt.

a. Interest omnium, recte *facere*. C. Fin. 2, 22. In sole lucernam *adhibere*, nihil interest. Ib. 4, 12. Non refert *videre*, quid dicendum sit, nisi id queas solute et suaviter dicere. C. Brut. 39.

b. Salutis communis interest, *duos consules* in republica *esse*. C. Mur. 2. Quid nostra refert, *victum esse Antonium?* C. ad Brut. 17.

c. Caesar dicere solebat, non tam sua, quam rei publicae interesse, *uti* salvus esset. Suet. Caes. 86. Vestra, commilitones, interest, *ne* Imperatorem pessimi faciant. Tac. H. 1, 30.

d. In omnibus novis coniunctionibus interest, *qualis* primus aditus sit, et *qua* commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. C. Fam. 13, 10. Permagni interest, *quo* tibi tempore epistola reddita sit. Ib. 11, 16. Non refert, *quam multos* libros, sed *quam bonos* habeas. S. Ep. 45. Interesse Aristoteles putat, *ubi* quidque laudetur, aut vituperetur. Nam plurimum refert, *qui* sint audientium mores, *quae* publice recepta persuasio. Q. 3, 7, 23. Postrema syllaba brevis, *an* longa sit, ne in versu quidem refert. C. Or. 64. cf. C. Rep. 3, 35.

Not. 1. a. Rēfert es ist daran gelegen, nützlich, zuträglich, Iuvenal. 1, 154. Stat. Theb. 10, 792., ist von rĕfert er bringt zurück, durch seine Bedeutung und durch die gedehnte Penultima verschieden, und rē der Ablativus, wie man sagt: e re publica est, e re mea est; z. B. *Tua re* feceris. Plaut. Capt. 2, 2, 46. wie *συμφέρει*. Daher sind auch mea, tua, nostra Ablative, statt deren der Genitivus nur selten vorkommt, z. B. Plurimum *refert compositionis*, quae quibus anteponas. Q. 9, 4, 44. Tu nihil *referre iniquitatis* existimas, exigas, quod deberi non oportuerit, an constituas, ut debeatur. P. Pan. 40. *Ipsorum referre*. L. 34, 27, 6. Neque *refert cuiusquam*. Tac. 4, 33, 6. und *Refert omnium* animadverti in malos soll Cicero gesagt haben. Eben so sind mea,

tua bei interest Ablative mit verstandnem causa oder gratia*), und nicht anders werden sie von Dichtern gebraucht, z. B. Etiam dotatis soleo. — quid id nostrā? — nihil. T. Phorm. 5, 8, 47. auch Datum esse dotis. — quid tūā, malum, id refert? — magni, Demipho. Ib. 4, 5, 11. Eo nunc confugies, quid mēā? num mihi datum 'st. T. Heaut. 4, 5, 45. Fac tradas: meā nihil refert, dum potiar modo. T. Eun. 2, 3, 29.

b. Ob Cicero wirklich irgendwo gesagt hat: Interest *mea oratoris*, bleibt dahin gestellt. Sichrer würde hier die Umschreibung seyn, wie: Id *mea* minime refert, *qui sum natu maximus*. T. Ad. 5, 4, 27. Vehementer intererat *vestra*, *qui patres estis*, liberos vestros hic potissimum discere. P. Ep. 4, 13. nicht mea, *natu maximi*, vestra *patrum*; oder der Vocativ, wie: Magis nullius interest, quam *tua*, *T. Otacili*, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas. L. 24, 8.

c. Ganz verschieden von dieser Construction ist der Dativus commodi bei diesen Verbis und der Accus. mit *ad*, es ist nützlich zu etwas, trägt etwas dazu bei: *Cui rei* id te assimulare *retulit?* Plaut. Truc. 2, 4, 40. Dic, quid *referat* intra naturae fines *viventi* iugera centum, an mille aret? H. Sat. 1, 1, 49. Quid id *ad me* aut *ad meam rem refert*, Persae quid rerum gerant? Plaut. Pers. 4, 3, 44. Magni *ad honorem nostrum interest*, quam primum ad urbem me venire. C. Fam. 16, 1. Quantum *interesse* vis *ad rationem* petendi? C. Planc. 8. Auch: Flavius dicebat: Non *referre dedecori*, si citharoedus demoveretur et tragoedus succederet. Tac. 15, 65.

Not. 2. Maioris, maximi, multi, plurimi, minoris, minimi sagten hier die Alten nicht. Dagegen kommt: *Minimo discrimine refert*. Iuvenal. 5, 125. vor.

Not. 3. Nicht selten steht bei diesen Verbis ein Pronomen neutrius generis, auch wohl ein Substantivum Sing. numeri im Nominativo, wodurch sie Verba personalia werden, jedoch im Deutschen ihre Bedeutung beibehalten.

Illud mea magni interest, te ut videam. C. Att. 11, 22. Tua *quod* nihil refert, percontari desinas. T. Hec. 5, 3, 12. In Epirum statui me conferre; non quo mea interesset loci *natura*, qui lucem omnino fugerem. C. Att. 5, 19. Plurimum refert soli cuiusque *ratio*. P. 18, 21.

---

*) *Interest* et *refert* genitivo solent adiungi omnium casualium absque supradictis quinque pronominibus, pro quorum genitivis *ablativos* ponimus possessivorum, ut interest et refert mea, tua, sua, nostra, vestra. Cuia quoque infiniti possessivum cum supradictis verbis pro genitivo primitivi ponitur. Priscian. XII, 6, 29. — Duo inveniuntur, quae cum genitivis aliorum omnium casualium applicantur, in quinque tantum pronominibus, quorum similes sunt genitivi primitivorum, genitivis derivativorum ne concidant, *ablativo* possessivi pro genitivo primitivi construuntur, ut, *interest mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*; in quibus subauditur *re* vel *utilitate*. Id. XVII, 15, 92. Die letzten Worte: in quibus — *utilitate* sind verdächtig.

d. Bei Adverbiis

kann der Genitivus nur als Casus quantitatis vorkommen, indem er ein Ganzes bezeichnet, in Hinsicht dessen ein Prädicat theilweise, vorzugsweise, oder stellenweise in Ansehung des Raums und der Zeit genommen werden soll. Hieraus ergeben sich folgende Regeln: 115

I. Die Adverbia, die eine Quantität, das ist eine Menge oder Wenigkeit bedeuten, haben den Gegenstand der Quantität im Genitivo bei sich; nämlich: sat, satis, abunde, affatim, parum, partim, nimis.

Sat habet *favitorum* semper, qui recte facit. Plaut. Amph. pr. 79. Cimon habebat *satis eloquentiae.* N. 5, 2. *Satis honorum, satis* superque *vitae* erat. L. 3, 67. Caesar dicere solebat, se iam pridem *potentiae gloriae*que *abunde* adeptum. Suet. Caes. 86. *Armorum adfatim* erat captorum Karthagine. L. 27, 17. Pompeii Bithynici actio non satis commendabat orationem; in hac enim *satis* erat *copiae*, in illa autem *lepōris parum.* C. Brut. 68. Isocratis e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt; sed *eorum partim* in pompa, *partim* in acie illustres esse voluerunt. C. Or. 2, 23. Nonnulli *nimis insidiarum* ad capiendas aures adhibere videntur. C. Or. 51.

Not. 1. Diese Adverbia können auch dem Verbo allein angehören, von welchem dann der Casus des Worts, welches bei ihnen im Genitiv stehen könnte, abhängt, z. B. Vobis semper *auxilium* adversus inimicos satis est. L. 6, 18. Ipse Romam venirem, ut una essemus, si satis *consilium* quadam de re haberem. C. Att. 12, 15. *Parentes abunde* habemus. Sall. I. 102. cf. Duk. ad Liv. 1, 16, 8. Görenz ad C. Fin. 2, 26, 84.

Not. 2. Hierher gehört quoad mit eius so viel hierin, in so fern hierin.

Si provinciam, *quoad eius* facere poteris, quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. C. Fam. 3, 2. Velim, ne intermittas, *quoad eius* facere poteris, scribere ad me, etiamsi rem, de qua scribas, non habebis. C. Att. 11, 2. Velim ut, *quoad eius* fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur. C. Fam. 5, 8.

II. Die Adverbia superlativa haben den Genitivus des Gegenstandes bei sich, von welchem etwas vorzugsweise angegeben wird:

Crassus *omnium maturrime* ad publicas causas accessit. C. Or. 3, 20. Hoc ad te *minime omnium* pertinebat. C. S. Rosc. 34.

Not. Hierher gehört das veraltete minime gentium in der Welt nicht, ganz und gar nicht: Tacito est opus. — Ah! *minime gentium!* non faciam. T. Ad. 3, 2, 44.

III. Bei den Adverbiis loci: ubi, ubinam, ubicunque, ubivis, unde, huc, huccine, eo, eodem, quo, quoquo, quovis, aliquo, ibidem, usquam, nusquam, longe, stehen die Genitivi *gentium*, *terrarum*, *loci*, *locorum*.

Ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem. C. Att. 5, 10. *Ubinam gentium* sumus? C. Cat. 1, 4. *Ubicunque terrarum et gentium* violatum ius civium sit, id pertinet ad communem causam libertatis et dignitatis. C. Verr. 5, 55. Qui virtutem adeptus erit, *ubicunque* erit *gentium*, a nobis diligetur. C. N. D. 1, 44. Fac argentum ut paratum iam sit. — *Unde gentium?* Plaut. Asin. 1, 1, 77. Gallorum legati dixerunt, sese tacitos abire, *quo terrarum* possent, in animo habuisse. L. 39, 54. Migrandum Rhodum, aut *aliquo terrarum* arbitror. C. Fam. 11, 1. Quid ego nunc agam? si redierit illa, *ibidem loci* res erit. Plaut. Cist. 2, 1, 53. Perseus perfugium sibi *nusquam gentium* esse ait. L. 40, 12. Nostri tyrannicidae *longe gentium* absunt. C. Fam. 12, 22. Res *eodem* est *loci*, quo reliquisti. C. Att. 1, 13.

Not. 1. Bei diesen Adverbien kommen auch andre Genitive vor, nur nicht bei Cicero. Interea, postea und inde loci sind als veraltet zu betrachten.

Si hominibus bonarum rerum magna cura esset, *eo magnitudinis* procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent. Sall. I. 1. cf. 5, 2. 14, 3. *Eo consuetudinis* adducta res erat, ut quocunque noctis tempore porta aperiretur. L. 25, 8. *Eo deliciarum* pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. S. Ep. 86. So öfter bei Sallustius, Livius und andern. Tacfarinas *huc arrogantiae* venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret. Tac. 3, 73. Ne hodie quidem scire videmini, *quo amentiae* progressi sitis. L. 28, 27. — Te *interea loci* cognovi. T. Eun. 1, 2, 46. cf. Plaut. Men. 5, 1, 1. u. öfter; *Postea loci* Consul pervenit in oppidum Cirtam. Sall. I. 102. *Inde loci* mortalia saecla creavit. Lucret. 5, 789.

Not. 2. Tenus bis an kommt ebenfalls mit dem Genitivo vor; olam selten, vgl. Ablat. bei Adverb.

Conditionibus additum, urbium *Corcyrae tenus* ab Aetolia incipienti solum tectaque Aetolorum essent. L. 26, 24. Rumores de comitiis Transpadanorum *Cumarum tenus* caluerunt. C. Fam. 8, 1.

IV. Einige Adverbia temporis haben einen Genitivus desjenigen Gegenstandes bei sich, der sich wie ein Ganzes zu dem im Adverbio liegenden Begriff eines Punctes oder Theils der Zeit verhält:

1. Tum und tunc mit temporis bei Justinus und Appulejus.

Civitas Hannibalem, *tum temporis* consulem, in foro exspectabat. I. 31, 2. Astyages filiam ex gente, obscura *tunc temporis*, Persarum Cambysi in matrimonium tradidit. I. 1, 4.

2. Pridie und Postridie mit *eius diei*. Sonst stehen sie mit dem Accusativ §. 135.

In senatu pulcherrime stabamus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis *pridie eius diei* fregeramus. C. Fam. 1, 4. Colloquendi cum Ariovisto Caesari visa causa non est, et eo magis, quod *pridie eius diei* Germani retineri non poterant, quin in Romanos tela coniicerent. Caes. 1, 47. *Postridie eius diei* Caesar Bibracte ire contendit. Ib. 1, 23.

e. Bei Interjectionen.

O mihi *nuntii beati!* Catull. 9, 5. *Foederis heu taciti!* Propert. 4, 7, 23.

B. Syntaxis Dativi.

116 Der Dativus ist nur von Prädicaten abhängig und bezeichnet den entferntern Gegenstand, auf welchen ein Prädicat bezogen wird, das ist denjenigen, dem es gilt oder gelten soll, theils als Dativus personae, wenn der Gegenstand persönlich genommen wird, auf die Frage: Wem? für wen? zu wessen Nutzen oder Schaden? theils als Dativus rei, wenn er als Sache betrachtet wird, auf die Frage: Wozu?

A. Dativus Personae.

Der Dativus personae bezeichnet einen persönlich genommenen Gegenstand, bald als wirkliches, bald als nur vorausgesetztes Ziel eines Zustandes.

I. Als wirkliches Ziel eines Zustandes bezeichnet der Dativus bei Prädicaten der bloßen Existenz den Besitzer, bei Eigenschaftswörtern denjenigen, den die Eigenschaft angeht, bei Verbis denjenigen, der das Ziel der Thätigkeit ist. Der Deutsche fragt dabei: Wem? (mir, dir).

1. Bei *esse* mit dem Nominativ der Sache deutet der Dativus den persönlichen Gegenstand an, dem der zufällige, von außenher kommende Besitz derselben zugeschrieben wird.

Est homini cum Deo similitudo. C. Leg. 1, 8. Dives est, *cui* tanta possessio *est*, ut nihil optet amplius. C. Par. 6, 2. Quo minus honoris *erat poëtis*, eo minora studia fuerunt. C. Tusc. 1, 2. Honorum gradus *summis hominibus* et *infimis sunt* pares, gloriae dispares. C. Planc. 24. Semper in civitate, *quibus* opes nullae *sunt*, bonis invident. Sall. C. 37. An nescis, longas *regibus esse* manus. O. Her. 17, 166. Iam Troicis temporibus *erat* honos *eloquentiae*. C. Brut. 10. Cum M. Fabio *mihi* summus usus *est*. C. Fam. 9, 25. Sciebat Clodius, iter necessarium *Miloni esse* Lanuvium ad Flaminam prodendum. C. Mil. 10.

Not. Bei der Redensart: *est mihi nomen* ich habe den Namen, ich heiße, steht der Name im Nominativ oder Dativ, seltner im Genitiv: est mihi nomen Caius, Caio, seltner Caii, cf. Drak. ad L. 1, 1, 3. 4. Hiernach richtet sich der Eigenname auch bei andern Verbis, nimmt aber dann bisweilen Adjectivform an.

a. Syracusis est fons aquae dulcis, cui nomen *Arethusa* est. C. Verr. 4, 53. cf. C. Brut. 62. extr. Samnites Maleventum, cui nunc urbi *Beneventum* nomen est, perfugerunt. L. 9, 27. Damarathus Corinthius duos filios genuit. Nomina his *Lucumo* atque *Aruns* fuerunt. L. 1, 34. Rubellio et Fufio Consulibus, quorum utrique *Geminus* cognomentum erat, Iulia Augusta mortem obiit. Tac. 5, 1.

b. Duo sunt Roscii, quorum alteri *Capitoni* cognomen est. C. S. Rosc. 6. Attus Clausus, cui postea *Appio Claudio* fuit Romae nomen, ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit. L. 2, 16. cf. 2, 33, 5. Drak. Decemviri leges, quibus *tabulis duodecim* est nomen, in aes incisas, in publico proposuerunt. L. 3, 57.

c. Nomen *Mercurii* est mihi. Plaut. Amph. pr. 19.

d. Est via sublimis coelo manifesta sereno, *Lactea* nomen habet. O. Met. 1, 168. Claudius Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, cognomen *Chaucius* usurpare concessit. Suet. Claud. 24. Huic ego diei nomen *Trinummo* faciam. Plaut. Trin. 4, 2, 1. Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen *histrionibus* inditum. L. 7, 2. Mansit *Silviis* postea omnibus cognomen. L. 1, 3. Q. Metello ex virtute *Macedonici* nomen inditum erat. Vell. 1, 11.

e. Frequentia *Mercuriale* *) imposuere mihi cognomen compita. H. Sat. 2, 5, 25. Stirpi virili *Ascanium* parentes dixere nomen. L. 1, 1. Sicanio praetenta sinu iacet insula — nomen dixere priores *Ortygiam*. V. Aen. 3, 693. Nunc *Esquilias* nomina collis habet. O. Fast. 3, 246. Tradunt montem Caelium antiquitus *Querquetulanum cognomento* fuisse. Tac. 4, 65.

117 2. Die Adiectiva, die mit dem Begriff einer Eigenschaft zugleich den des Daseyns derselben für einen persönlichen Gegenstand enthalten, sind diejenigen, die **geneigt, eigen, gleich, ähnlich** (von äußerlichen und zufälligen Beziehungen verstanden, nicht von wesentlichen,) **nützlich, angenehm, nahe, bekannt**, und die entgegengesetzten Eigenschaften bedeuten.

a. **geneigt, günstig, werth; abgeneigt, widrig, feindselig:** amicus, benevolus, carus, familiaris, aequus, fidus, fidelis, propitius, secundus; inimicus, adversus, aemulus,

*) Statt Mercurio; wie est mihi nomen *Tarquinium*. Gell. 15, 29. und so mihi nomen est *Iulium*. Ibid. welches hier als Nomen gentile in der Adjectivform stehen kann; nicht aber auch est mihi nomen *Petrum*, cf. Intpp. h. l. In den folgenden Beispielen hingegen sind Ascanium, (wie *Aeneadas*que meo nomen de nomine fingo. V. Aen. 3, 18.) Esquilias, Querquetulanum Prädicatsfälle oder Appositionen, und cognomento der Ablativus.

alienus, contrarius, infestus, infensus, infidus, iniquus, iratus, tristis etc.

Atticus non *fortunae*, sed *hominibus* solebat esse *amicus*. N. 25, 9. cf. C. Fam. 2, 17. *Paucis carior* fides, quam pecunia. Sall. I. 16. Audivi, te esse *Caesari familiarem*. C. Fam. 7, 14. Lucilius, *uni aequus virtuti* atque eius *amicis*. H. 2, 1, 70. *Fidelissimi* ante omnia *homini* canis atque equus. P. 8, 40. cf. L. 33, 28, 13. Dii, ut dixit Epicurus, neque *propitii cuidam* esse solent, neque *irati*. C. Pis. 25. Q. Publilius dictator leges *secundissimas plebi*, *adversas nobilitati* tulit. L. 8, 12. cf. C. Att. 10, 8. p. 834. Ti. Gracchus ad tribunatum *bonis iratus* accesserat. C. Brut. 27. Testis id dicit, quod *illi causae* maxime est *alienum*. C. Caecin. 9. Omnis voluptas *honestati* est *contraria*. C. Off. 3, 33. Antonius Galliam *sibi* armis animisque *infestam inimicamque* cognovit. C. Phil. 10, 10. Mea Iuno, non decet te esse tam *tristem tuo Iovi*. Plaut. Cas. 2, 3, 14. cf. 2, 4, 4. Mit dem Genitiv §. 108. 1, a. 3. benevolus, benignus *erga aliquem*; propensus *ad* und *in aliquem*; alienus *rei alicuius*, *re* und *a re*: Nihil est a me commissum, quod esset *alienum nostra amicitia*. C. Fam. 11, 27. cf. C. Div. 1, 38. Ea scripsi ad te, quae non *aliena* esse ducerem *a dignitate*. Ib. 4, 7.

b. eigen, angehörig; fremd: proprius, communis, sacer, propinquus, affinis, cognatus; alienus f. c.

Nobis propria est mentis agitatio atque sollertia, unde origo animi coelestis creditur. Q. 1, 1, 1. cf. C. Or. 1, 17, 74. *Omni aetati* mors est *communis*. C. Sen. 19. Studium conservandi hominis *commune mihi vobiscum* esse debebit. C. C. Rab. 1. mir und euch, cf. C. Fam. 15, 4, 43. Lege sancitum est, ut, qui tribunis plebis nocuisset, eius caput *Iovi sacrum* esset. L. 3, 55. Circumspicite hosce ipsos homines, qui *huic affines sceleri* fuerunt. C. Sull. 25. Nihil est tam *cognatum mentibus nostris*, quam numeri atque voces. C. Or. 3, 51. Auch c. Genit. §. 108, 3.

c. gleich, ähnlich; ungleich: aequalis, par, impar, dispar; similis, dissimilis, absimilis, discolor.

Ennio aequalis fuit Livius, qui primus fabulam dedit. C. Brut. 18. Maximum est in amicitia, superiorem *parem* esse *inferiori*. C. Lael. 19. Canis *similis lupo* est. C. N. D. 1, 35. Media *simillima veris* sunt. L. 26, 49. Tullius Hostilius non solum *proximo regi dissimilis*, sed ferocior etiam Romulo fuit. L. 1, 22. Vestis sumatur *fatis discolor* alba *meis*. O. Trist. 5, 5, 8. Auch aequalis, par, dispar, similis etc. c. Genit. §. 108. und gewöhnlich diversus *ab aliquo*.

d. **nützlich, schädlich:** utilis, inutilis, bonus, saluber, salutaris, fructuosus; calamitosus, damnosus, funestus, noxius, pestifer, perniciosus, exitiosus etc.

Lacedaemonii id potius intuebantur, quod ipsorum *dominationi*, quam quod *universae Graeciae utile* esset. N. 2, 7. Leges sunt res *salubrior melior*que *inopi*, quam *potenti*. L. 2, 3. Hominum *generi prosperus* et *salutaris* est ille fulgor, qui dicitur Iovis. C. Somn. 4. Ea virtus est praestantis viri, quae est *fructuosa aliis*, *ipsi* autem *laboriosa*, *periculosa*, aut certe *gratuita*. C. Or. 2, 85. Ratio *pestifera multis*, admodum *paucis salutaris* est. C. N. D. 3, 27.

e. **angenehm, unangenehm:** gratus, acceptus, dulcis, iucundus, laetus, suavis; ingratus, insuavis, iniucundus, molestus, gravis, acerbus, odiosus, tristis, etc.

Romulus *multitudini gratior* fuit, quam *Patribus*; longe ante alios *acceptissimus* militum *animis*. L. 1, 15. Scientiae suavitate nihil est *hominibus iucundius*. C. Or. 3, 15. Illa expugnatio fani antiquissimi Iunonis Samiae, quam *luctuosa Samiis* fuit! quam *acerba toti Asiae*! C. Verr. 1, 19. Verebaris, ne *mihi gravis* esses. C. Top. 1. *Cupidis* voluptatis *odiosum* et *molestum* est carere. C. Sen. 14. Auch ingratus, acerbus *in aliquem*.

f. **nahe, angrenzend:** vicinus, finitimus, confinis, conterminus, propior, proximus.

Mala sunt *vicina bonis*. O. Rem. 323. cf. Liv. 22, 12 extr. *Voluptatibus maximis* fastidium *finitimum* est. C. Or. 3, 25. cf. 1, 16, 70. Parisii *confines* erant *Senonibus*. Caes. 6, 3. Aethiopia *Aegypto* est *contermina*. P. 13, 14. Capua ab duce Samnitium Capye, vel, quod *propius vero* est, a campestri agro appellata. L. 4, 37. Treviri *proximi Rheno flumini* sunt. Caes. 3, 11. *Proximus* sum egomet *mihi*. T. Andr. 4, 1, 12. cf. C. Fam. 14, 1. Illud vero *geminum consiliis* Catilinae et Lentuli, quod me domo mea expulistis. C. Pis. 7. Vicinus, conterminus auch c. Genit. §. 108. und propior, proximus mit dem Accusativ, z. B. Iugurtha *propior montem* pedites collocat. Sall. I. 49. Ubii *proximi Rhenum* incolunt. Caes. 1, 54. cf. 3, 7. L. 35, 27, 9.

g. **bekannt, unbekannt:** notus, certus, ignotus, obscurus, incertus, dubius, insolitus.

Pelopidas Thebanus magis *historicis*, quam *vulgo notus*. N. 16, 1. *Certius tibi* est, me esse Romae, quam *mihi*, te Athenis. C. Att. 1, 9. Nobilitas Ser. Sulpicii *hominibus literatis et historicis* erat *notior*, *populo* vero *obscurior*. C. Mur. 7. *Insolita adolescentibus* gloria. C. Brut. 81.

b. *Composita:* obnoxius, obvius, supplex, superstes.

Multi *Crasso* ex negotiis privatis *obnoxii* erant. Sall. C. 48. Fac, ut *mihi* tuae literae volent *obviae*. C. Att. 6, 4. Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis, neo *iudicibus supplex* fuit. C. Tusc. 1, 29. cf. C. Caecil. 1, 3. Apud Germanos probrosum, *superstitem principi suo* ex acie recessisse. Tac. G. 14. cf. C. N. D. 2, 28, 72. Supplex, superstes c. Genit. §. 108, 3.

3, Bei Verbis bezeichnet dieser Dativus den persönlichen Gegenstand, der das Ziel der Thätigkeit oder doch eines Erfolgs ist. Bei Intransitivis und Impersonalibus steht er allein; bei Transitivis auch neben dem Accusativo. Hierher gehören 118

a. Die *Intransitiva:* pareo, obedio, indulgeo, faveo, placeo, cedo, servio, fido, confido, diffido, lateo und ähnliche.

Mundus *deo paret*, et *huic obediunt* maria terraeque, et hominum vita *iussis* supremae legis *obtemperat*. C. Leg. 3, 1. Nimium *illi*, Menedeme, *indulges* *). T. Heaut. 4, 8, 20. *Indulge valetudini tuae, cui* quidem tu adhuc, dum *mihi deservis, servisti* non satis. C. Fam. 16, 18. Omnes Boeotii magis *firmitati* corporis, quam ingenii *acumini inserviunt*. N. 7, 11. Dissociatis animis civium, alii *Sullanis*, alii *Cinnanis partibus favebant*. N. 25, 2. Cur succumbis, *cedis*que *fortunae?* C. Tusc. 3, 17. Aetōli deserti erant ab Romanis, *cui uni fidebant auxilio*. L. 29, 12. Nemo alterius, qui *suae confidit* **), virtuti invidet. C. Phil. 10, 1. Qui *diffidit perpetuitati* bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis, sit miser. C. Fin. 2, 27. *Magnis viris* prospere semper *eveniunt* omnes res. C. N. D. 2, 66. Similia interdum et *oculis* et *auribus latent*. Varr. L. L. 8, 52. Instat tempestas oculis, *hostique propinquo* Roma *latet* ***). Sil. 12, 614.

b. Die *Impersonalia:* conducit, contingit, expedit, licet, placet etc.

Ipsi *patriae conducit*, pios cives habere in parentes. C. Off. 3, 23. Quod satis est *cui contigit*, hic nihil amplius optet. H. Ep. 1, 2, 46. Peccare *nemini licet*. C. Tusc. 5, 19. *Zeno-*

---

*) Auch indulgent *nos*. Afran. ap. Non. 9, 19. indulgeo *me*, te. T. Eun. 2, 1, 16. Heaut. 5, 2, 35. sonst nur c. Dat. z. B. *civitati*, Caes. 7, 40. *huic*, N. 10, 2, 1, *dolori*, N. 21, 1, 4.

**) Sonst auch fidere, confidere *re*.

***) Die Stelle: quod *mihi latere* valeat in tempore. C. Cat. 1, 6, 15. ist corrupt. Nur bei Dichtern und Spätern steht bei latere der Accusativus, z. B. *Latet plerosque*, superiorum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. P. 2, 20. wie λανθάνειν τινά.

se nocere alteri *). Ib. 3, 5. Tirones iureiurando accepto, *nihil iis nocituros* hostes, se Otacilio dediderunt. Caes. C. 3, 28. — Epicurus humanam *deo* formam locumque inter mundos dedit. Q. 7, 3, 5. *Hortensio* summam copiam facultatemque dicendi natura *largita est.* C. Quint. 2. Multam casus nostri *tibi* varietatem in scribendo *suppeditabunt.* C. Fam. 5, 12, 13. Tiberius recepit signa, quae *M. Crasso ademerant* Parthi. Suet. Tib. 9. *Tibi favemus; tibi optamus* eam rem publicam, in qua tuorum renovare memoriam atque augere possis. C. Brut. 97. Sto exspectans, si quid *mihi imperent.* T. Eun. 3, 5, 46. Conon ad mare missus est, ut *maritimis civitatibus* naves longas *imperaret.* N. 9, 4.

Not. Hier kann in einigen Fällen der Dativus mit *ad* und dem Accus. ohne bedeutende Verschiedenheit des Sinnes wechseln, wie in: dare literas *alicui* und *ad aliquem* einen Brief an jemand abgeben (aber nur *alicui* einem einen Brief zur Bestellung geben); scribere, mittere *alicui* und *ad aliquem.* Häufiger kommt dieses bei Compositis vor. Nos apud Alyziam, ex quo loco *tibi* literas ante *dederamus*, unum diem commorati sumus. C. Fam. 16, 5. Vulturcius literas sibi a Lentulo *ad Catilinam datas esse* dicebat. C. Cat. 3, 5. Caesar nunquam *ad* suorum *quemquam* literas *misit*, quin *Attico mitteret*, quid ageret. N. 25, 20. cf. C. Att. 6, 5. in. 8, 12. extr. Caesar *scribit Labieno*, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. 5, 46. cf. C. Fam. 16, 9. extr. *Ad me* Curius de te accuratissime *scripsit.* C. Fam. 2, 19.

119 II. Als vorausgesetztes oder gedachtes Ziel eines Zustandes bezeichnet dieser Dativus den persönlichen Gegenstand, in so fern für ihn etwas da oder bestimmt ist, in so fern sein Interesse dabei in Betrachtung kommt, und in so fern ein solcher Zustand nicht ohne wenigstens einige Theilnahme von seiner Seite vorüber geht.

1. Bei Verbis steht der persönliche Gegenstand, dem etwas zugedacht, für welchen etwas da oder bestimmt ist, im Dativo auf die Frage: Für wen? *Dativus Commodi.*

Optimus est portus *poenitenti*, mutatio consilii. C. Phil. 12, 2. Subsidium bellissimum existimo esse *senectuti*, otium. C. Or. 1, 60. Oratio ludus est *homini* non *hebeti*, neque *inexer-*

*) So mit Neutris im Accus. aber nicht mit andern, z. B. Iuro me *nociturum neminem.* Plaut. Mil. 5, 18. 21. wo andre Mss. den Dativ haben, und so sind auch folgende Stellen verdorben: Non *ne te* noceant, sed ne fallant. Sen. Ep. 103. (Gron. ut ne). Dum filium vindico, ubi *me* gravissime nocere possit. Sen. Controv. 4, 39. post init. (Gron. ubi grav. mihi nocere), obgleich im Pass. *Larix* a tinea non *nocetur.* Vitruv. 2, 9, 14. vorkommt.

tam modo sibi ut *parcerent*, oravisse. Gell. 16, 19. wo der Dativus zu §. 119, II, 1. gehört, vgl. V. Aen. 10, 531. Pass. Tibi satis fiet a nobis, neque *parcetur labori*. C. Att. 2, 14. Legati Neapolitanorum precabantur, ut *a caedibus et ab incendiis parceretur*. L. 25, 25. — 2. Magis metuant, minus *has res studeant*. Plaut. Mil. 5, 44. Literas studere. Cic. Red. in Sen. 6. wo die bessern Mss. literis haben. Horum ille *nihil studebat*. T. Andr. 1, 1, 31. Unum sentitis omnes, *unum studetis*, M. Antonii furorem exstinguere. C. Phil. 6, 7. Studere *alicuius rei*. §. 112. Anmerk. — 3. Quam scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates, *quas*, quum res adversae sient, paulo *mederi possis*. T. Phorm. 5, 4, 2. cf. Prisc. VIII, 4, 22. Pass. Ut *huic vitio medeatur*, sic erit faciundum. Vitruv. 6, 8 (11), 6. selten. Cancri marini *contra ictus serpentium medentur*. P. 9, 31. cf. 7, 2. 14, 8. — 4. Nubere eig. sich einem Manne (mit dem hochzeitlichen Schleier) verhüllen, gehört mehr zu §. 119, II, 1. auch: Nuntiatum est, regis Parthorum filium, *quocum esset nupta* regis Armeniorum soror, Euphraten transire coepisse. C. Fam. 15, 3. mit einem verheirathet seyn, cf. C. Verr. 4, 61, 136. Actum in senatu, utrum videretur utilius, unusne ut duas uxores haberet, an ut una *apud duos nupta* esset. Gell. 1, 23. *Cui* quum ex amplissimo genere *in familiam clarissimam nupsisses*. C. Cael. 14. Libet Charinum quid agat scire novum *nuptum*. Plaut. Cas. 5, 1, 6. i. e. maritum, cf. Prisc. VIII, 1, 2. 3, 12. *Denubere alicui*. Tac. 15, 37. *in domum* alicuius. Ib. 6, 27. cf. Ern. h. l. — 5. *Vos* nunc *adridet*. Cato in Diris 108. — 6. Invideo Pass. *Invidetur praestanti florentique fortunae*. C. Or. 2, 52. (invideor nur Hor. A. P. 56.). Invidere *alicui rem* und *alicuius laudi* sagt Cicero; invidere *alicui aliqua re* das silberne Zeitalter: Ne hostes quidem *sepultura invident*. Tac. 1, 22. cf. Spald. ad Q. 9, 3. init. Veraltet ist: Quisnam *florem* liberum *invidit* meum. Acc. ap. C. Tusc. 3, 9. i. e. etwas scheel ansehen, cf. Burm. ad O. Her. 13, 137. Oberlin. ad Tac. 1, 22. griechisch: Neque ille *sepositi ciceris*, nec *longae invidit avenae*. H. Serm. 2, 6, 84. Und so auch: *livēre alicui*. Tac. 13, 42. — 7. Persuadeo ist das verstärkte suadeo: Tu quod ipse *tibi suaseris*, idem *mihi persuasum* putato. C. Att. 13, 38. So mit Neutris öfter: *Nihil facile persuadetur invitis*. Q. 4, 3, 11. *Quod si tibi persuasum est*. C. Tusc. 2, 20. *Id* hoc facilius *ei persuasit*. Caes. 1, 2. cf. C. Fam. 6, 7. extr. auch: Omnes *sic* habent *persuasum*. C. Verr. 5, 25. *Sibi persuasum habebant*. Caes. 3, 2. selten: Quis *te persuasit?* Enn. ap. Serv. ad V. Aen. 10, 100. cf. Burm. ad Petron. 45. init. daher *Animus* auditoris *persuasus* videtur esse ab iis, qui ante contra dixerunt. Ad Herenn. 1, 6. cf. C. Fam. 6, 7, 4.

d. Die *Transitiva*: auxilior, opitulor, noceo haben den Dativus allein; do, tribuo, largior, suppedito, praebeo, monstro, ignosco, opto, impero, praecipio, mando und ähnliche zugleich den Accusativ der Sache bei sich.

Nihil *Numantinis* vires corporis *auxiliatae sunt*. Ad Herenn. 4, 27. Si subito sit allatum periculum discrimenque patriae, *cui subvenire opitularique* possit, quis non omnia relinquat atque abiiciat? Ib. 1, 43. Non licet sui commodi cau-

se *nocere alteri* *). Ib. 3, 5. Tirones iureiurando accepto, *nihil iis nocituros* hostes, se Otacilio dediderunt. Caes. C. 3, 28. — Epicurus humanam *deo* formam locumque inter mundos dedit. Q. 7, 3, 5. *Hortensio* summam copiam facultatemque dicendi natura *largita est*. C. Quint. 2. Multam casus nostri *tibi* varietatem in scribendo *suppeditabunt*. C. Fam. 5, 12, 13. Tiberius recepit signa, quae *M. Crasso ademerant* Parthi. Suet. Tib. 9. *Tibi favemus; tibi optamus* eam rem publicam, in qua tuorum renovare memoriam atque augere possis. C. Brut. 97. Sto exspectans, si quid *mihi imperent*. T. Eun. 3, 5, 46. Conon ad mare missus est, ut *maritimis civitatibus* naves longas *imperaret*. N. 9, 4.

Not. Hier kann in einigen Fällen der Dativus mit *ad* und dem Accus. ohne bedeutende Verschiedenheit des Sinnes wechseln, wie in: dare literas *alicui* und *ad aliquem* einen Brief an jemand abgeben (aber nur *alicui* einem einen Brief zur Bestellung geben); scribere, mittere *alicui* und *ad aliquem*. Häufiger kommt dieses bei Compositis vor. Nos apud Alyziam, ex quo loco *tibi* literas ante *dederamus*, unum diem commorati sumus. C. Fam. 16, 5. Vulturcius literas sibi a Lentulo *ad Catilinam datas esse* dicebat. C. Cat. 3, 5. Caesar nunquam *ad* suorum *quemquam* literas *misit*, quin *Attico mitteret*, quid ageret. N. 25, 20. cf. C. Att. 6, 5. in. 8, 12. extr. Caesar *scribit Labieno*, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Caes. 5, 46. cf. C. Fam. 16, 9. extr. *Ad me* Curius de te accuratissime *scripsit*. C. Fam. 2, 19.

119 II. Als vorausgesetztes oder gedachtes Ziel eines Zustandes bezeichnet dieser Dativus den persönlichen Gegenstand, in so fern für ihn etwas da oder bestimmt ist, in so fern sein Interesse dabei in Betrachtung kommt, und in so fern ein solcher Zustand nicht ohne wenigstens einige Theilnahme von seiner Seite vorüber geht.

1. Bei Verbis steht der persönliche Gegenstand, dem etwas zugedacht, für welchen etwas da oder bestimmt ist, im Dativo auf die Frage: Für wen? *Dativus Commodi*.

Optimus est portus *poenitenti*, mutatio consilii. C. Phil. 12, 2. Subsidium bellissimum existimo esse *senectuti*, otium. C. Or. 1, 60. Oratio ludus est *homini* non *hebeti*, neque *inexer-*

---

*) So mit Neutris im Accus. aber nicht mit andern, z. B. Iuro me *nocituram neminem*. Plaut. Mil. 5, 18. 21. wo andre Mss. den Dativ haben, und so sind auch folgende Stellen verdorben: Non *ne te* noceant, sed ne fallant. Sen. Ep. 103. (Gron. ut ne). Dum filium vindico, ubi *me* gravissime nocere possit. Sen. Controv. 4, 39. post init. (Gron. ubi grav. mihi nocere), obgleich im Pass. *Larix* a tinea non *nocetur*. Vitruv. 2, 9, 14. vorkommt.

citato, neque communium literarum et politioris humanitatis *experti*. C. Or. 2, 17. Numa virgines *Vestae* legit, Salios item *Marti Gradivo*. L. 1, 20. Ut aliqua in vita formido *improbis* esset posita, apud inferos quaedam illi antiqui supplicia *impiis* constituta esse voluerunt. C. Cat. 4, 4. Ex quibusdam stirpibus et herbis remedia *morbis* et *vulneribus* eligimus. C. N. D. 2, 64. Profecto aut hoc remedium est *aegrotae* ac prope *desperatae rei publicae*, aut nulla unquam medicina *his tot incommodis* reperietur. C. Caecil. 21. Si domus pulcra est, intelligimus, eam *dominis* aedificatam esse, non *muribus*. Ib. 5, 10. Hannibalis bella gesta multi *memoriae* prodiderunt. N. 23, 13. Saepe *legibus agrariis* curatores constituti sunt, triumviri, quinqueviri, decemviri. C. Agr. 2, 7. Zaleucus et Charondas reipublicae causa leges *civitatibus suis* conscripserunt. C. Leg. 2, 6. Ariovistus legatos ad Caesarem mittit. Dies *colloquio* dictus est. Caes. 1, 42. Trinobantibus Caesar imperat obsides XL, frumentumque *exercitui*. Ib. 5, 20. Petreius postulat, ut iurent omnes, se exercitum non deserturos, neque *sibi* separatim a reliquis consilium capturos. Caes. C. 1, 75. cf. 1, 1. 2, 20. *sibi* iudicavissent. Caes. 7, 52.

2. Wird bei einer Handlung auf einen persönlichen Gegenstand, in so fern ihm dadurch Freude oder Trauer verursacht, genützt oder geschadet wird, Rücksicht genommen, so steht er im Dativo (*Dativus commodi et incommodi*). Der Deutsche braucht auch hier den Dativ, oder umschreibt ihn: um deinetwillen; dir zu Liebe, zu Gefallen, zum Verdruß; zu deinem Genuß, Nutzen, Schaden.

Non solum *nobis* divites esse volumus, sed *liberis*, *propinquis*, *amicis*, maximeque *reipublicae*. C. Off. 3, 15. Vitae meae si quid accesserit, non tam *mihi*, quam *vobis*, *reique publicae* accesserit. C. Phil. 1, 15. cf. C. Mil. 31, 85. Fam. 2, 18, 6. *Tibi* aras, *tibi* occas, *tibi* seris, *tibi eidem* metis. Plaut. Merc. 1, 1, 71. *Mihi* quidem esurio, non *tibi*. Plaut. Capt. 4, 2, 86. Filius meus si quid peccat, *mihi* peccat. T. Ad. 1, 2, 35.

Hoc *mihi da* *) atque *largire*, ut M. Curium ab omni incommodo sincerum integrumque conserves. C. Fam. 13, 50. Quantum *consuetudini famaeque dandum sit*, id curent vivi. C. Tusc. 1, 45. Tu tuas inimicitias ut *reipublicae donares* **), te vicisti. Ib. 5, 4. cf. Manut. h. l. Drak. ad L. 2, 35, 5.

*) Thue mir dieses zu Gefallen.
**) Daß du deine Feindschaft dem Staate zu Liebe aufgabst.

perat, *itineri* simul *paratus et proelio.* Curt. 3, 8. *Sceleri proclivis* egestas. Sil. 13, 585.

*) Da diese Adjectiva zugleich die Bedeutung einer Tendenz nach einem Gegenstande hin enthalten, so kann bei ihnen auch *ad* mit dem Accusativ stehen, wie im Deutschen: passend für etwas und zu etwas. Bei paratus, promtus, proclivis ist dieses die gewöhnliche Construction.

Non solum corporis, qui *ad naturam apti* sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item *ad naturam accommodati* sunt. C. Off. 1, 28. Nervii mulieres, quique per aetatem *ad pugnam inutiles* viderentur, in eum locum coniecerant, quo exercitui aditus non erat. Caes. 2, 16. Non essem *ad ullam causam idoneus*, si hoc, quod in communibus hominum sensibus positum atque infixum est, non viderem. C. Cluent. 6. *Ad laudem* et *ad decus nati* sumus. C. Fin. 5, 22. — Ego omne tempus in his studiis consumo, quo *paratior ad usum forensem*, promtiorque esse possim. C. Caecil. 13. Thracibus est ferrum et *promtus libertati aut ad mortem* animus. Tac. 4, 46. Ut natura *ad aliquem morbum proclivior*, sic animus alius ad alia vitia propensior. C. Tusc. 4, 37.

Nihil in hac epistola scriptum ab Epicuro *congruens et conveniens decretis* eius reperietis. C. Fin. 2, 31. Virtus est animi habitus naturae *modo atque rationi consentaneus.* C. Inv. 2, 53. Color albus praecipue *decorus deo* est. C. Leg. 2, 18. Non eadem *omnibus* sunt *honesta* atque *turpia.* N. Praef. Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque gesta, quorum nihil *absonum fidei* divinae originis fuit. L. 1, 15. cf. H. Art. P. 112. Fraudavit Roscius. Est hoc quidem *auribus animisque* hominum *absurdum.* C. Q. Rosc. 7. Conveniens, congruens, consentaneus auch *cum re;* und absonus, absurdus *a re.*

Verba *innocenti* reperire *facile* est; modum verborum *misero* tenere *difficile.* Curt. 6, 10. Animis reditus in coelum patet, *optimo et iustissimo cuique expeditissimus.* C. Lael. 4. Id si *tibi* erit *commodum*, magnopere cures velim. C. Att. 13, 48. *Invia virtuti* nulla est via. O. Met. 14, 113.

c. Die Adiectiva verbalia in *bilis* und *dus.*

Mors est *terribilis iis*, quorum cum vita omnia exstinguuntur. C. Par. 2. *Legendus mihi* saepius est Cato maior. C. Att. 14, 21. So diese Participia und die Gerundia gewöhnlich; *ab aliquo* nur, wenn Zweideutigkeit eintritt, s. unten Gerundia.

d. Die Passiva, wenn statt a me dabei *mihi* in passivem Sinn stehen kann; in Prosa hin und wieder, öfter bei Participiis Praeteriti, bei Dichtern und Spätern aber ohne Unterschied vorkommend.

Honesta *bonis viris*, non occulta *quaeruntur.* C. Off. 3, 9.

Dissimillimis bestiolis communiter cibus *quaeritur.* C. N. D. 2, 48. Semper in studiis laboribusque *viventi* non *intelligitur,* quando obrepat senectus. C. Sen. 11. Ita video *censeri Marcello et ceteris* nostri ordinis, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. Pompei. in C. Att. 8, 12. p. 773. Ern. *Cui* non *sunt auditae* Demosthenis vigiliae? C. Tusc. 4, 19. cf. C. Deiot. 6, 16. *Auditus est nobis* Laeliae C. F. saepe sermo. C. Brut. 58. *Mihi* consilium *captum* iam diu *est.* C. Fam. 5, 19. Ut esse possem orator, magno studio *mihi* a pueritia est *elaboratum.* C. Caecil. 12. Quidquid in hac causa *mihi susceptum est,* id omne me rei publicae causa suscepisse confirmo. C. Manil. 24. cf. C. Caecil. 8, 26. Verr. A. 1, 16, 49. Verr. 1, 17, 45. — Barbarus hic ego sum, quia non *intelligor ulli.* O. Trist. 5, 10, 55. Etiam *sapientibus* cupido gloriae novissima *exuitur.* Tac. H. 4, 6. So: *Οὐ Δαρείῳ πεποίηται ἔργα οἷάπερ Σεσώστρι τῷ Αἰγυπτίῳ.* Herodot. 2, 110.

e. Defendere, arcere, depellere *alicui* *) nur bei Dichtern; üblicher *ab aliquo.*

Alcibiades Socrati supplex fuit, ut *sibi* virtutem traderet, turpitudinemque *depelleret.* C. Tusc. 3, 3, 32. Solstitium *pecori defendite.* V. Ecl. 7, 47. Oestrum *arcebis gravido pecori.* V. Georg. 3, 155.

f. Differre, discrepare, dissentire (diversus), distare *alicui,* gewöhnlicher *ab aliquo.*

Agesilai domus sic erat instructa, ut nulla in re *differret cuivis* inopis atque privati. N. 17, 7. Origo atque genitura conchae est haud multum ostrearum *conchis differens.* P. 9, 35, 54. Eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem *discrepans sibi* ipsa, dum est insipiens, sed non prava. C. Tusc. 4, 15. cf. C. Or. 8, 60. extr. H. Ep. 2, 2, 193. Vitiosum est, ipsum *sibi* in sua oratione *dissentire.* ad Herenn. 2, 26. cf. Colum. 3, 3, 8. H. Serm. 1, 4, 48. Omnibus in terris pauci dignoscere possunt vera bona atque *illis* multum *diversa.* Iuvenal. 10, 3. Quid *distent* aera *lupinis.* H. Ep. 1, 7, 23. cf. H. C. 4, 9, 29.

g. Certare, altercari, bellare, contendere, pugnare, luctari *alicui* fast nur bei Dichtern statt *cum aliquo.*

Solus *tibi certet* Amyntas. V. Ecl. 5, 8. *Altercante libidinibus* tremis ossa pavore. H. Serm. 2, 7, 57. *Me magno bel-*

*) *Νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ.* Hom. Il. ι, 347. *ἀμυνέμεν νηυσὶ θοῇσι πῦρ ἐθέλεις.* Ib. 435.

lare parenti aspiciat. Stat. Theb. 8, 505. cf. Sil. 9, 503. *Coepto pugnemus amori.* O. Her. 17, 189. sonst auch *in*, *contra*, *adversus aliquem.* Tigris *luctatur morti.* Sil. 10, 296. cf. H. C. 1, 1, 15. Multi dum diserte *loquuntur rusticis*, assecuti sunt, ut eorum doctrina nec a disertissimis possit intelligi. Pallad. R. R. 1, 1. wie μάχεσθαι, πολεμεῖν, ἐρίζειν, διαλέγεσθαί τινι.

h. Iungere, miscere, conferre, coire, concurrere, geminare *alicui* statt *cum aliquo* und iungere, miscere *aliquo*.

Notant sidera natalicia Chaldaei, quaecunque *Lunae iuncta* videntur. C. Div. 2, 43. Aer *mari continuatus* et *iunctus* est. C. N. D. 2, 45. Si inest in oratione *mixta modestiae* *) gravitas, nihil admirabilius fieri potest. C. Off. 2, 14. Sensit peritus dux, Papirius, severitatem *miscendam esse comitati.* L. 8, 36. Omne tulit punctum, qui *miscuit* utile *dulci.* H. Art. 343. Castra in Thessalia *castris collata* audiebamus. C. Div. 2, 55. cf. L. 4, 27. Held ad Caes. C. 3, 79. Non ut *placidis coeant* immitia, non ut serpentes *avibus geminentur*, tigribus agni. Hor. A. P. 12. *Quibus* quum Numidae *concurrissent.* L. 24, 15. extr.

i. Die Ortsbestimmungen auf die Frage wohin? z. B. *coelo* gen Himmel, nach dem Himmel zu, doch nur bei Dichtern und Spätern, und auf die Frage Wo? bei haereo, suspendo, etc.

It clamor *coelo.* V. Aen. 5, 451. Libeat mecum tibi figere cervos, haedorumque gregem *viridi compellere hibisco.* V. Ecl. 2, 30. *Sedibus* hunc ante *refer suis.* V. Aen. 6, 152. *Cocyto eructat* arenam. Ib. 6, 297. Vexillarius cohortis dereptam Galbae imaginem *solo adflixit.* Tac. H. 1, 41. Gratior existimatur, qui *delubris* **) deorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen *intulit.* P. Pan. 3.

Roscius socium fraudavit? Potest hoc *homini huic haerere* peccatum. C. Q. Rosc. 6. Caput obnubito, *arbori infelici suspendito.* C. C. Rabir. 4. L. 1, 26. eine alte Formel; *abdere* se *literis.* C. Arch. 6. cf. V. Aen. 2, 553. Ardet apex *capiti.* V. Aen. 10, 270.

Not. 1. Wie ein Substantivum als Prädicatsnominativus bei *esse*, wofür sich oft ein entsprechendes Verbum brauchen läßt, mit dem Dat. commodi steht, so kann es auch allein mit diesem Casu verbunden werden.

Pompeio et *Senatui* pacis *auctor fui.* C. Att. 9, 11. i. e. pacem *suasi.* Natura tu *illi* pater es, consiliis ego. T. Ad. 1, 2,

---

*) Wie *Μίγνυσθαί τινι.*
**) Statt in delubra.

46. *Nostrae omni* est *fautrix familiae*. T. Eun. 5, 9, 22. Nullus in terris populus praeter Romanum dici potest, quem minus *tibi hostem tuisque esse* velis. L. 26, 50. Quis *huic rei testis est?* idem qui acerrimus adversarius. C. Quint. 11. Cato retulit, P. Mummium *cuivis tempori hominem* fuisse. C. Or. 2, 67. Cum P. Africano senatus egit, ut *legatus fratri* proficisceretur. C. Mur. 14. Caesar *tegimenta galeis* milites ex viminibus facere iubet. Caes. C. 3, 62. Id modo plebs agitabat, quomodo tribuniciam potestatem, *munimentum libertati*, repararent. L. 3, 37. Caesar *praesidio navibus* Q. Atrium praefecit. Caes. 5, 9. *praesidia periculis*. C. Manil. 24. *morbis praesidium*. Plin. 22, 22, 44. cf. Held ad Caes. C. 1, 85. Miles *signum receptui* negligit. Sen. Ira 1, 9.

Not. 2. Der Dativus steht so bei Substantivis, wo sonst auch der Genitivus stehen könnte, aber immer in stärkerer Bedeutung. Praefectus hat nur als Participium den Dativus bei sich, als Name der Würde hingegen den Genitivus, z. B. Praefectus *morum*, *vigilum*, *castrorum*, *urbis* etc.

Demochares fuit *Demostheni* sororis *filius*. C. Brut. 83. Multis de causis ego *huic causae patronus* exstiti. C. S. Rosc. 2. Natura tu *illi pater* es, consiliis ego. T. Ad. 1, 2, 46. Ea est voluntas omnium Romanorum, ut, qui *libertati* erit *finis*, idem *urbi* sit. L. 2, 15. cf. Drak. ad L. 2, 30, 9. Latini concedunt, Romam *caput Latio* esse. L. 8, 4. Fabius nondum in *conspectum* venerat *hostibus*. Caes. 8, 27. Romulus in Palatio prima *urbi fundamenta* iecit. L. 1, 12. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox *castris praefectus*, antiquam duramque militiam revocabat. Tac. 1, 20.

Speusippus, *Platonis* sororis *filius*, nihil ab Aristotele magnopere dissensit. C. Or. 3, 18. Coelestes ita volunt, ut Roma *caput orbis terrarum* sit. L. 1, 16. Antigonus cum Eumenem in custodiam dedisset, *praefectus custodum* quaesivit, quemadmodum servari vellet. N. 18, 11. Dagegen auch: Loci certi ad *fidem orationis* faciendam adhibentur. C. Or. 3, 27. *Frontis* nulla *fides*. Iuvenal. 2, 8.

Not. 3. Einige Substantiva und Adiectiva verbalia haben den Dativus als Casus ihrer Stammverba bei sich.

Iustitia est *obtemperatio scriptis legibus*, *institutis*que populorum. C. Leg. 1, 15. Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut *traditio alteri* nexu, aut in iure cessio. C. Top. 5. *Insidiae Consuli* non procedebant. Sall. C. 32. sc. *factae*. *Opulento homini servitus* dura est. Plaut. Amph. 1, 1, 12. Quid *mihi* scelesto tibi erat *auscultatio?* Plaut. Rud. 2, 6, 18. Maxima inerat cura duci, ne qua *exprobratio cuiquam* veteris fortunae discordiam inter ordines sereret. L. 23, 35. Caesar Ravennae exspectabat *suis lenissimis postulatis responsa*. Caes. C. 1, 5.

Est ignis *aquae pugnax*. O. Met. 1, 432. Philippus rex fuit armorum, quam conviviorum *apparatibus studiosior*. I. 9, 8. cf. Plaut. Mil. 3, 1, 207. Epaminondas velut *gratulabundus patriae* exspiravit. I. 6, 8.

Not. 4. In der Redensart mihi *dicto* audiens est er gehorcht mir aufs Wort, ist dicto der Dativus; denn man sagte auch audire *alicui* auf einen hören: *istis* audiendum. Pacuv. ap. C. Div. 1, 57. extr. *sibi* potius audirent. Appul. Apol. 532. T.

II. p. 568. Oud. und so *dicto* parere. L. 2, 18, 8. 2, 20, 10. 21, 57, 13. *dicto* obediant. Gell. 2, 29. med. *dicto* obediens. Auson. VII. Sap. Solon. 22. und so auch: *dicto* sum audiens. Plaut. Pers. 3, 1, 71. *dicto* me emit audientem. Id. Men. 2, 3, 89. cf. Adin. 3, 1, 40. Trin. 4, 3, 55.

Villicus *domino dicto audiens* sit. Cato R. R. 142. Agesilaus tanta modestia *dicto audiens* fuit *iussis* absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartae. N. 17, 4. Syracusani *nobis dicto audientes* sunt. C. Verr. 5, 32. cf. 1, 44, 114. 4, 12, 27. Deiot. 8, 23. Ne plebs *nobis dicto audiens* atque obediens sit. L. 5, 3. cf. Drak. ad L. 1, 41, 5. 29, 20, 11. Futura es *dicto obediens*, an non, *patri*? Plaut. Pers. 3, 1, 51. cf. Bacch. 3, 3, 35.

B. Dativus rei.

121 III. Der Dativus rei bezeichnet den Zweck, der bei einem Prädicat bezielt wird, und steht auf die Frage: Wozu? oft neben dem Dativ der Person,

1. bei *esse* in der Bedeutung gereichen, dienlich seyn, z. B. hoc est honori dieses gereicht zur Ehre, est argumento es dient zum Beweis, oder auch: est laudi es ist löblich, est mihi voluptati es macht mir Vergnügen, hoc est mihi curae das ist meine Sorge, dafür sorge ich, est mihi curae es liegt mir am Herzen. So auch bei *forem* und *fio*.

Nimia fiducia *calamitati* solet *esse*. N. 16, 3. Plato coniunctionem potestatis ac sapientiae *saluti* censuit civitatibus *esse* posse. C. Q. Fr. 1, 1, 10. Fortitudini fortuna quoque *esse adiumento* solet. ad Her. 3, 5. Alexander ille non gratiae causa ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum cum ipsis, tum etiam sibi *gloriae fore* putabat. C. Fam. 5, 12. Vitam rusticam tu *probro et crimini* putas *esse*. C. S. Rosc. 17. cf. Drak. ad L. 2, 52, 7. Pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis *honori*, et amicis *utilitati*, et reipublicae *emolumento esse* possitis. C. Or. 1, 8. L. Cassius identidem in causis quaerere solebat, *cui bono fuisset*. C. S. Rosc. 30. Spero homines intellecturos, *quanto sit* omnibus *odio* crudelitas, et *quanto amori* probitas et clementia. C. Fam. 15, 19. Caesar ea, quae *sunt usui* ad armandas naves, ex Hispania adportari iubet. Caes. 5, 1. cf. L. 1, 54, 9. C. Verr. 1, 6, 16. Is mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus *curae est*. T. Ad. 5, 6, 5. *Est* mihi *magnae curae*, ut ita erudiatur Lucullus, ut patri respondeat. C. Fin. 3, 2. In Gallia funera sunt magnifica, omniaque, quae vivis *cordi fuisse* arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia. Caes. 6, 19. cf. C. Or. 16, 53.

Otho quidquid epistolarum erat, ne cui *periculo* aut *noxae* apud victorem *forent*, concremavit. Suet. Oth. 10. Ampla domus *dedecori* domino saepe *fit*, si est in ea solitudo. C. Off. 1, 39.

2. bei *do*, *accipio*, *habeo*, *relinquo*, *deligo*, *mitto*, *venio*, *eo* und ähnlichen, auch bei *do*, *duco*, *largior*, *tribuo*, *verto* in der Bedeutung einem etwas wozu anrechnen.

Virtus sola neque *datur dono*, neque *accipitur*. Sall. I. 85. Carpinatius pecuniam iis, qui a Verre aliquid mercabantur, *foenori dabat* †). C. Verr. 2, 70. C. Flaminius consul ante signum Iovis Statoris sine causa repente concidit, nec eam rem *habuit religioni*. C. Div. 1, 35. *Habere quaestui* rempublicam, turpe et nefarium est. C. Off. 2, 22. Postquam divitiae honori esse coeperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas *probro haberi* coepit. Sall. C. 12. Caesar quinque cohortes, quas minime firmas ad dimicandum existimabat, castris *praesidio relinquit*. Caes. 7, 60. cf. 7, 40. Held ad Caes. C. 1, 85. Orbem terrarum vides ardere bello; urbem *relictam direptioni* et *incendiis*. C. Fam. 4, 1. Aduatuci sua omnia in unum oppidum, egregie natura munitum, contulerunt; hunc sibi *domicilio* locum *delegerunt*. Caes. 2, 28. cf. 1, 30. Pausanias, quos Byzantii ceperat regis propinquos, huic *muneri misit*. N. 4, 2. Pausanias *venit* Atticis *auxilio*. N. 8, 3. Veientes ad arma currunt; pars Sabinis *eunt subsidio*, pars Romanos adoriuntur. L. 2, 53. Quis revocante et *receptui canente* *) senatu properet dimicare? C. Phil. 12, 3.

An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, *laudi datum esset*, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? C. Tusc. 1, 2. *Vitio* mihi *dant*, quod mortem hominis necessarii graviter fero. C. Fam. 11, 28. In Graeco sermone tritum atque celebratum est, si quis *despicatui ducitur* **), ut Mysorum ultimus esse dicatur. C. Flacc. 27. *Amori nostro* plusculum etiam, quam concedat veritas, *largiare*. C. Fam. 5, 12. Gloriari solebat Q. Hortensius, quod nunquam bello civili interfuisset; hoc illi *tribuebatur ignaviae*. C. Fam. 2, 16. Matronis Corinthi Medea persuasit, ne sibi *vitio verterent* ***), quod abesset a patria. Ib. 7, 6.

---

†) er lieh ihm Geld auf Interessen, wie veno dare. Tac. 4, 1. statt venumdare.

*) Wenn der Senat das Zeichen zum Rück[illegible]gibt — dieses wurde mit der Trompete gegeben.

**) Für verächtlich gehalten wird.

***) Sie möchten ihr dieses nicht übel auslegen.

Not. 1. Die Stelle des Dativus vertritt bei *esse*, bald um Zweideutigkeit zu vermeiden, bald als stärkerer Ausdruck, der Prädicatsnominativus, auch *pro* anstatt, mit dem Ablativ und bisweilen *in*.

Lacus Trasimenus et Cannae *tristia* ad recordationem *exempla*, sed ad praecavendum simile utili documento *sunt*. L. 24, 8. Hispanis populis sicut *lugubre*, ita insigne *documentum* Sagunti ruinae *erunt*, ne quis fidei Romanae aut societati confidat. L. 21, 19. cf. Tac. H. 4, 60. Caes. 7, 4. Perseus auratas statuas omnes raptim, ne *praeda* hosti *essent*, in classem congessit. L. 44, 6. Me idem non assequi, *dedecus est nostrum*. C. Att. 7, 2. Alcibus *sunt* arbores *pro cubilibus*: ad eas se applicant, atque ita quietem capiunt. Caes. 6, 27. *Pro argumento fuit* procursatio Numidarum, Hannibalem exercitumque castris non movisse. L. 25, 9. Antonius Primus, ab Othone neglectus, *in nullo* Othoniani belli *usu* fuit. Tac. H. 2, 86.

2. Eben so wird bei den Transitivis: *do*, *accipio*, *mitto* etc. statt des Dativus eine Apposition, oder *ad*, *in* mit dem Accusativ, bei habeo aber auch *pro* gebraucht.

Pittaco Mitylenaei multa millia iugerum agri *munera dederunt*. N. 8, 4. Latini coronam auream Iovi *donum* in Capitolium *mittunt*. L. 2, 22. Marius proficiscitur ad turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnes *praesidium imposuerat*. Sall. I. 103. Philippus rex infecta pace concilium dimisit, quatuor millibus armatorum *relictis ad praesidium* Achaeorum. L. 27, 30. Missi Novesium frumentatores, *dataeque in praesidium* cohortes. Tac. H. 4, 35. Ea, quae gloriae esse debent, *in crimen vertis*. L. 40, 15. Graecinus refert, Paridium quendam fundi partem tertiam nubenti maiori filiae *dedisse in dotem*. Colum. 4, 3, 6. Luceriam atque oram maritimam Pompeius *pro derelicto* habet. C. Att. 8, 1. (derelictui, Gell. 4, 12.)

3. Für einen Dativ gilt hier *quo*, statt cui bono, mit einem Accusativ und meist mit verstandnem Verbo, auch mit folgendem ganzen Satze oder Acc. c. Inf., wo prodest supplirt werden kann.

Martis vero signum *quo* *) mihi pacis auctori? C. Fam. 7, 23. *Quo* mihi fortunam **), si non conceditur uti? H. Ep. 1, 5, 12. *Quo* tibi ***), Pasiphae, pretiosas sumere vestes? O. Art. 1, 303.

122 IV. Viele Verba intransitiva und transitiva erfordern als Composita mit den Adverbiis *satis*, *bene*, *male*, und mit den Präpositionen *ad*, *ante*, *ab*, *con*, *de*, *e*, *in*, *inter*, *ob*, *post*, *prae*, *pro*, *re*, *sub*, *super* einen Dativus, der bei einigen mit weniger oder mehr Unterschied der Bedeutung mit der wiederholten Präposition des Verbi oder einer andern und deren Casu wechselt.

1. *Satisdare*, *satisfacere alicui* einem Bürgschaft, Genugthuung leisten: Naevius a Cn. Dolabella praetore postulat,

---

*) Sc. emisti? Wozu soll mir die Statue des Mars?
**) Sc. laudas.
***) Sc. prodest.

ut *sibi* Quintius iudicatum solvi *satisdet* *). C. Quint. 8. Ego *omnibus*, qui amici fuerant saluti et dignitati meae, si minus referenda gratia *satisfacere* potui, at praedicanda et habenda certe *satisfaciam*. C. Balb. 1.

Benedicere, maledicere alicui einem, von einem etwas Gutes, Uebels sagen, einen loben, schimpfen, und so *benevolens, malefacio: Cui* Gellius *benedixit* unquam *bono?* C. Sext. 52. Periclis in labris veteres Comici, etiam cum *illi maledicerent*, leporem habitasse dixerunt. C. Or. 3, 34. cf. 2, 75, 305. Deiot. 10. pr. *Benevolentior tibi*, quam fui, nihilo sum factus. C. Fam. 3, 12. Tu verbis solves nunquam, quod *mi* re *malefeceris*. T. Ad. 2, 1, 10.

Not. Statt valedico alicui sagen die bessern Schriftsteller valere iubeo aliquem, auch valere dico; vale dico (ohne Casus) braucht Ovid. Trist. 1, 8, 21. Met. 4, 79. u. öfter. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere; *tibi valedicere* non licet gratis. Sen. Ep. 17. *Hortensium iussi valere*, quum me, numquid vellem, rogasset. C. Att. 5, 2. Augustus discedens (e curia) *sedentibus singulis valere dicebat*. Suet. Aug. 53. cf. Tiber. 72. extr. — Benedicere und maledicere *aliquem* haben nur Spätere: Fortunata *maledicere Trimalchionem* coepit. Petron. 74. cf. Heins. h. l.

2. *Ad*, z. B. adesse alicui einem beistehen, rei bei etwas gegenwärtig seyn, so auch acclamare, accumulare, addicere, adiudicare, affingere, annumerare etc. *affigere rei* und *ad rem*, wie: einer Sache anhaften und an eine Sache heften, so accedere, acclinare, accommodare, addere, adequitare, adhibere, adiicere, adiungere, admovere, adnectere, applicare, appropinquare, adrepere, assistere etc. assuefacio *rei* und *re*, assuesco *rei*, *ad rem* und *re*. Eumenes *utrique*, et *Philippo* et *Alexandro*, in consilio semper *adfuit*, et omnium rerum habitus est particeps. N. 18, 1. Pelopidas *omnibus periculis adfuit*. N. 16, 4. C. Gracchus orator est gravis: manus extrema non *accessit operibus* eius. C. Brut. 33. Siciliam ferunt quondam *Italiae adhaesisse*. I. 4, 1. Medici *gravioribus morbis* periculosas curationes et ancipites *adhibere* coguntur. C. Off. 1, 24. *Quinto anno* unus intercalaris dies *additur*, ut temporum ratio solis itineri congruat. P. 2, 8. Quod munus *rei publicae afferre* maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? C. Div. 2, 2. Poeta peccat, quum probam orationem *affingit improbo, stultove*, sa-

*) Er sollte ihm (durch Bürgen) hinlängliche Bürgschaft oder Caution für die Bezahlung der Summe geben, die ihm vom Richter als Strafe zuerkannt werde.

pientis. C. Or. 22. Prometheus *affixus Caucaso* traditur. C. Tusc. 5, 3. Romae data est civitas, si qui *foederatis civitatibus adscripti fuissent*. C. Arch. 4. Nihil interest, teruncium *adiicere* Croesi *pecuniae*. C. Fin. 4, 12. Natura *sensibus* rationem *adiunxit*. C. Fin. 4, 14. *Aquae admixtum esse* calorem, ipse liquor declarat. C. N. D. 2, 10. Auctores legis *admovent* manus *vectigalibus* populi Romani. C. Agr. 1, 4. Rhenus ubi *Oceano appropinquat*, in plures diffluit partes. Caes. 4, 10. Sthenius est is, qui *nobis assidet*. C. Verr. 2, 34.

Ad Appii Claudii *senectutem accedebat* etiam, ut caecus esset. C. Sen. 6. Non facile quem dixerim plus studii, quam Servium Sulpicium, *ad omnes* bonarum rerum *disciplinas adhibuisse*. C. Brut. 41. Quidam *ad eas laudes*, quas a patribus acceperunt, *addunt* aliquam suam. C. Off. 1, 32. Timotheus, Cononis filius, cum belli laude non inferior fuisset, quam pater, *ad eam laudem* doctrinae et ingenii gloriam *adiecit*. C. Off. 1, 32. Archias *adscribi se in* Heracleensium *civitatem* voluit. C. Arch. 4. auch *in civitate* adscriptum esse und *ad numerum* adscribi. C. Q. Fr. 1, 1, 5.

Ante. Quis potest iniquos *aequis*, impios *religiosis anteferre?* C. Font. 10. Leges omnium salutem singulorum *saluti anteponunt*. C. Fin. 3, 19.

Ab. Quid *huic abest*, nisi res et virtus? C. Or. 2, 70. cf. C. Balb. 4, 9. Eum, qui cum liber esset, censere noluerit, populus iudicat, ipsum *sibi* libertatem *abiudicasse*. C. Caecin. 34. In Sicilia nulla res tam patria cuiusquam atque avita fuit, quae non *ab eo*, imperio Verris, *abiudicaretur*. C. Verr. A. 1, 5. Brutus *collegae suo* imperium *abrogavit*. C. Brut. 14.

Con, z. B. constare sibi sich gleich bleiben, so conciliare sibi, collocare alicui; und comparare, conferre, contendere, componere *alicui* und *cum aliquo* mit einem vergleichen, so communicare, congruere, conjungere, consentire etc.

Oratio *sibi constet* et ex omni parte secum ipsa consentiat. C. Univ. 3. Natura vi rationis hominem *conciliat homini*. C. Off. 1, 4. Nata est Attico neptis ex Agrippa, *cui* virginem filiam *collocarat*. N. 25, 19. Parva *magnis* saepe rectissime *conferuntur*. C. Or. 4. Ennius equi fortis et victoris *senectuti comparat* suam. C. Sen. 5. cf. L. 37, 53, 20. Stoici finem bonorum esse senserunt, *congruere naturae*, cumque ea convenienter vivere. C. Tusc. 5, 28. Ex cognitione deorum oritur pietas, *cui coniuncta* iustitia est, reliquaeque virtutes. C. N. D. 2, 61. Pompeii exercitus properans noctem *diei coniunxerat*. Caes. C. 3, 13. *Connexum sit* principium *consequenti orationi*. C. Or. 2, 80.

Cum maximis minima *confero*. C. Opt. 6. Graeci suos dies mensesque *congruere* volunt *cum* solis lunaeque *ratione*. C. Verr. 2, 52. Oportet testimonium *cum re convenire*. ad Her. 4, 3.

De. In civitate Romana *nemini* unquam *infimo* maiores nostri patronum *deesse* *) voluerunt. C. Mur. 4. Est viri et ducis, non *deesse* **) *fortunae praebenti* se, et oblata casu flectere ad consilium. L. 28, 44. Attici neptem Caesar *Tiberio Claudio Neroni, privigno suo, despondit*. N. 25, 19. Etiam clarorum virorum *virtuti* fidem et auctoritatem in testimonio inimicitiarum suspicio *derogat*. C. Font. 7. Mamertini honorem debitum *detraxerunt* non *homini*, sed *ordini*. C. Verr. 4, 11. Is denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita *claris viris defertur* et datur. C. Fam. 10, 10.

Maiestatem minuere, est *de dignitate* populi aliquid *derogare*. C. Inv. 2, 17. Ego in provincia *detrahere de tua fama* nunquam cogitavi. C. Fam. 3, 8, 19. Regium imperium primum *ad homines iustissimos* et *sapientissimos deferebatur*. C. Leg. 3, 2.

E. Hanc *excutere* opinionem *mihimet* volui radicitus. C. Tusc. 1, 46. Caesar *Deiotaro regi* Trocmorum tetrarchiam *eripuit*. C. Div. 2, 37. Dagegen eripere *flamma, suppliciis* und *ex miseriis, ex periculo, ex insidiis, ex morte*.

In, z. B. *inesse alicui*, bei Cicero aber nur *in aliquo*; indormire, inhaerere, instare, impendere, illacrimare, invigilare, insudare *alicui*, inferre *alicui bellum*, incidere *homini* improviso Jemand überraschen und *in aliquem, in manus* alicuius, *in insidias; iniicere alicui* spem, metum, cupiditatem, manum; iniungere, imponere, inurere *alicui* aliquid; imprimere *alicui* aliquid und aliquid *in animo*. Thebanorum *genti* plus *inest* virium, quam ingenii. N. 15, 5. Stirpes *terrae inhaerent*. C. N. D. 2, 33. Damnatus est is (C. Antonius), qui Catilinam signa *patriae inferentem* interemit. C. Flacc. 2. Multum mali *unicuique* nostrum *inferre* potest vis tribunicia. C. Cluent. 35. (auch: Mala *in domum tuam intuli*. N. 2, 9. cf. Drak. ad L. 2, 63, 1.) Dionysius aureum Jovi Olympio detraxit amiculum, *eique* laneum pallium *iniecit*, cum id esse ad omne anni tempus diceret. C. N. D. 3, 34. Hannibal magnum terrorem *iniecit exercitui* Romanorum. N. 23, 5. Nihil

---

*) Fehlen, es fehlen lassen; hier also: hülflos lassen.
**) Unbenutzt zu lassen.

incidit civitati mali, quod non *impendere illi* Crassus et Antonius multo ante vidissent. C. Or. 1, 7. Simulac Caesar appropinquare dicebatur, magnus terror *incidit* Pompeii *exercitui*. Caes. C. 3, 13. Generosius in sua quiquid sede gignitur; *insitum alienae terrae* in id, quo alitur, degenerat. L. 38, 17. Corpus atque animus, nisi tanquam *lumini* oleum *instilles*, exstinguuntur senectute. C. Sen. 11. Multae *nobis* notitiae rerum *imprimuntur*, sine quibus non intelligi quidquam potest. C. Acad. 2, 7. Onera *quibusdam bestiis* et iuga *imponimus*. C. N. D. 2, 60. Iuniores Patrum *plebi* se magis *insinuabant*. L. 3, 15. cf. C. Or. 1, 20, 90.

In oratore perfecto inest philosophorum omnis scientia. C. Or. 3, 35. cf. Heindorf ad C. N. D. 1, 43. pr. *In* omnium *animis* deorum notionem *impressit* ipsa natura. C. N. D. 1, 16. Mulier in India una cum viro *in rogum imponitur*. C. Tusc. 5, 27. Aebutius se *in* Caesenniae *familiaritatem insinuaverat*. C. Caecin. 5.

Inter, als: *interesse rei* und *in re* bei etwas zugegen seyn, intervenire, intercedere, interiicere, interponere *alicui*; interdicere *alicui rem* und gewöhnlicher *alicui re*, auch *de re*.

Aristides *interfuit pugnae navali* apud Salamina. N. 3, 2. cf. C. Brut. 10, 41. (*In caede interesse* non potui. C. Inv. 1, 56.) Hortensius veritus est, ne Fufius, tribunus plebis, *ei legi intercederet*, quae ex senatus consulto ferebatur. C. Att. 1, 16. Nasus ita locatus est, ut quasi murus *oculis interiectus esse* videatur. C. N. D. 2, 57. (Galli *inter equites* sagittarios *interiecerant*. Caes. 7, 80.) Quid tandem agebatis, aut *cui sermoni* nos *intervenimus*? C. Rep. 1, 13. Leges Caesaris iubent, *ei*, qui de vi, itemque, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni *interdici*. C. Phil. 1, 9. cf. Caes. 6, 44. (nur Vitellius accusatori *aqua atque igne interdixit*. Tac. 12, 42.) *Interdixi tibi de medicis*. Cato ap. P. 29, 1. Praetor *interdixit de vi hominibus armatis*. C. Caecin. 8.

Ob, in obesse, obsistere, occurrere, obrepere, oberrare, offundere, offerre, obiicere, opponere *alicui*, auch *obversari ante oculos*, und offerre salutem *in discrimen*, se *ad mortem*. Contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut non *obest civitati*. C. Balb. 27. Umbra terrae, *soli officiens*, noctem efficit. C. N. D. 2, 19. Ut Thucydidis *concisis sententiis officit* Theopompus elatione atque altitudine orationis suae, quod idem *Lysiae* Demosthenes, sic Catonis *luminibus obstruxit* posteriorum quasi exaggerata altius oratio. C. Brut. 17. *Obversentur* species honestae *animo*. C. Tusc. 2, 22. Non

citius *adolescentiae* senectus, quam *pueritiae* adolescentia *obrepit*. C. Sen. 2. Labor quasi callum quoddam *obducit dolori*. C. Tusc. 2, 15. Ne *offeramus* nos *periculis* sine causa. C. Off. 1, 24. auch offerre se *ad mortem* und offerre salutem *in discrimen*. Ubi duae contrariae leges sunt, semper *antiquae obrogat* nova. L. 9, 34. Invidia fragili quaerens illidere dentem *offendet solido*. H. S. 2, 1, 78. sonst *off. scopulum*. C. S. Rosc. 29. auch *ad rem*, Colum. 2, 2, 26. offendere *in aliquo*, auch *apud aliquem*. Manut. ad C. Fam. 5, 14. Garat. ad C. Mil. 36. p. 233. und §. 74, A, a, 3. S. 169.

Post. A Manlio *posthabita est* filii caritas *publicae utilitati*. L. 8, 34. Hannibal *Alexandro Magno* non *postponendus est*. I. 30, 4. cf. O. Met. 6, 211.

Prae. Prudentiam omnes, qui *cuique artificio praesunt*, debent habere. C. Fin. 4, 27. praeesse *exercitui*, *muneri*. Deus animum, ut dominum atque imperantem, *obedienti praefecit corpori*. C. Univ. 7. *Praetoribus* fasces *praeferuntur*. C. Verr. 5, 9. Vulgus in pavore alienum consilium *suo praefert*. P. Ep. 6, 20. Agesilaus *opulentissimo regno praeposuit* bonam existimationem. N. 17, 4. Prava religione deorum numen *praetenditur sceleribus*. L. 39, 46. Agrippa *praeoptavit* equitis Romani filiam generosarum *nuptiis*. N. 25, 12.

Pro. Equidem *mihi* omnia *propono*, nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. C. Fam. 6, 14. *Omnibus telis* fortunae *proposita est* vita nostra. Ib. 5, 16.

Re, z. B. respondere *rei* einer Sache entsprechen; *his*, *ad haec*, *ad haec postulata*, auf dieses, auf diese Forderungen antworten, und *alicui* Jemand antworten: *Optatis meis* fortuna *respondit*. C. Fam. 2, 1. *Reclamitat* parricidii *suspicionibus* ipsa natura. C. S. Rosc. 22. Vos contra *regi mea* nunc mandata *referte*. V. Aen. 7, 267. gewöhnlicher: Haec *ad Caesarem* mandata Clodius *refert*. Caes. C. 3, 57. so renuntio.

Sub: subesse, subiicere, suggerere, succurrere, submittere, subscribere *alicui* etc. Genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal; pars est, quae *subest generi*, ut equus. C. Inv. 1, 22. *Subdere* ignem et materiam *seditioni*, non est prudentiae. L. 8, 32. Aristoteles *arti oratoriae* plurima adiumenta atque ornamenta *subministravit*. C. Inv. 1, 5. Anatum ova *gallinis* saepe *supponimus*. C. N. D. 2, 48. Iudicis est, *innocentiae subvenire*. C. Cluent. 1. *Succumbere doloribus*, eosque humili animo imbecilloque ferre, miserum est. C. Fin. 1, 15. Empedocles animum esse censet *cordi suffusum* sanguinem. C. Tusc. 1, 9. *Subscripsere* quidam Lucii Bruti

statuas: Utinam viveres! Suet. Caes. 80. *Subduc* cibum unum diem *athletae*, ferre non posse se clamabit. C. Tusc. 2, 17.

Super. Neque deesse, neque *superesse reipublicae* volo. C. Fam. 10, 33. Q. Fabius unus *exstinctae* ad Cremĕram *genti superfuit*. L. 3, 1.

123 V. Die Verba: adūlor (o), adiaceo, attendo, antecedo, anteeo, deficio, despēro, illudo, incesso, invado, praecedo, praecurro, praesto, praestōlor, praeverto, ausculto, obtrecto, aemulor und comitor haben in gleicher Bedeutung den Dativus und Accusativus bei sich; eben so die Transitiva: adspergo, inspergo, circumdo, circumfundo, induo, exuo, inuro, impertio (or), intercludo, dono, munero (or), levo, bei welchen neben dem *Dativo* der Person die Sache im *Accusativo*, neben dem *Accusativo* der Person aber die Sache im *Ablativo* steht, z. B. donare alicui rem einem etwas schenken und donare aliquem re einen mit etwas beschenken.

Nunquam Atticus potenti *adulatus est Antonio*. N. 25, 8. Non ita *adulatus sum fortunam* alterius, ut me meae poeniteret. C. Div. 2, 2. Cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, neve *adulari nos* *) sinamus. C. Off. 1, 26. Tuscus ager *Romano adiacet*. L. 2, 49. Timotheus socios Atheniensibus adiunxit Epirotas, omnesque eas gentes, quae *mare illud adiacent*. N. 13, 2. cf. L. 7, 12, 6. Glaucia solebat populum monēre, ut, quum lex aliqua recitaretur, *primum versum attenderet*. C. Rab. P. 6. *Attendite animos* ad ea, quae consequuntur. C. Agr. 2, 15. Nerva privatus quoque *attendebat his*, quae recte in publico fierent. P. Ep. 7, 33. Non sic causa intelligi debet, ut, quod *cuique antecedat*, id ei causa sit, sed quod *cuique* efficienter *antecedat*. C. Fat. 15. Natura hominis *pecudibus reliquisque beluis antecedit*. C. Off. 1, 30. Quidquid *antecedit quamque rem*, id cohaeret cum re necessario. C. Top. 12. Alcibiades Pharnabazum adeo sua cepit humanitate, ut *eum* nemo in amicitia *antecederet*. N. 7, 9. Lictores *praetoribus anteeunt* cum fascibus. C. Agr. 2, 34. Animi praestantiam *omnibus bonis* corporis *anteire* dicimus. C. Fin. 5, 31. Te (Fortuna) semper *anteit* saeva Necessitas. H. Carm. 1, 35, 17. Erat in classe Chabrias privatus, sed *omnes*, qui

*) Cicero braucht das Deponens adulor hier passive; vergl. §. 48. Not. Nach Q. 9, 3, 1. sagte man adulor *huic* damals, *hunc* in älterer Zeit, und so bei attendo. Dennoch steht: Illi canes *furem* quoque adulantur. Colum. 7, 12, 5. adulantes *dominum*. Sen. Ira 2, 31. cf. Tac. 16, 19. H. 1, 32.

in magistratu erant, auctoritate *anteibat*. N. 12, 4. Quum iam amplius horis sex continenter pugnaretur, non solum vires, sed etiam tela *nostris deficiebant*. Caes. 3, 5. Si *me* non modo vires, verum etiam vita *deficiat*. C. Verr. 5, 28. Prudentia nunquam *deficit oratorem* *). C. Brut. 24. Veneti, si quando *suis fortunis desperare* coeperant, se in proxima oppida recipiebant. Caes. 3, 12. *Saluti desperare*. C. Cluent. 25, 68. cf. 8, 15. *Pacem desperavi* **). C. Att. 7, 20. Ne videaris huius miseri *fortunis* et clarorum virorum *dignitati illudere*. C. S. Rosc. 19. Charmadas oratorum *praecepta illudere* solebat. C. Or. 1, 18. *Miseros illudi* ***) nolunt homines, nisi si se forte iactant. C. Or. 2, 58. *Exercitui* Caesaris *omni* tantus *incessit* ex incommodo dolor, tantumque studium infamiae sarciendae, ut simul omnes arderent cupiditate pugnandi. Caes. C. 3, 74. cf. Liv. 4, 57, 10. Post Romuli mortem timor *Patres incessit*, ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce vis aliqua externa adoriretur. L. 1, 17. cf. Drak. ad L. 22, 12, 5. Equidem ut veni ad urbem, mirus *invaserat* furor non solum *improbis* †), sed etiam *his*, qui boni habentur, ut pugnare cuperent. C. Fam. 16, 12. cf. Acc. et Varr. ap. Non. 2, 891. 9, 7. Aucta fama cladis ingens terror *Patres invasit*, dictatoremque dici placebat. L. 9, 38. Vestrae fortunae *meis praecedunt*. Plaut. Asin. 3, 3, 39. Helvetii *reliquos Gallos* virtute *praecedunt*. Caes. 1, 1. *Certis rebus* certa signa *praecurrunt*. C. Div. 1, 52. *Mihi* studio paene *praecurristi*. C. Cat. 4, 9. Gorgias *Isocratem* aetate *praecurrit*. C. Or. 52. Appetitus rationi obediant, *eam*que neque *praecurrant*, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant. C. Off. 1, 29. *Praestat* honestas *incolumitati*. C. Inv. 2, 58. cf. C. Or. 2, 40, 172. Fin. 2, 33. extr. Brut. 54, 199. Atheniensium civitas antiquitate, humanitate, doctrina *praestabat omnes*. N. 25, 3. cf. 15, 6, 1. In Formiano *tibi praestōlor*. C. Att. 2, 15. cf. 3, 20. C. Cat. 1, 9, 24. Curionis *adventum* L. Caesar filius ad Clupeam *praestolabatur*. Caes. C. 2, 23. Caesar, ne Aeduorum civitas ad arma descenderet, *huic rei praeverten-*

---

*) Deficere *alicui* fehlen, *aliquem* einen verlassen. Held ad Caes. C. 2, 41.

**) Auch *De republica desperavi*. C. ad Pompei. in Att. 8, 11.

***) Auch illudere *in aliquem* und *in aliquo*. T. Eun. 1, 4, 20. Andr. 4, 4, 19.

†) Wie: Πομπηΐῳ δ' ἀνὴρ μέγας πεζὸς ἐφώρμησε. Plutarch. Pomp. 19. Gewöhnlicher *in aliquem*, *in animos* etc. bei Cicero und Andern, z. B. Modo hoc malum *in hanc rempublicam invasit*. C. Off. 2, 21.

dum existimavit. Caes. 7, 33. cf. C. Div. 1, 6. Corvus turres muro admovit, quarum *usum* forte oblata opportunitas *praevertit*. L. 8, 16. Si recte facias, Phaedrome, *auscultes mihi*. Plaut. Curc. 2, 1, 8. *Mihi ausculta:* vide, ne tibi desis. C. S. Rosc. 36. Adire lubet hominem; equidem *eum ausculto* libens. Plaut. Poen. 4, 2, 19. Homines *auscultant crimina*. Plaut. Pseud. 1, 5, 12. *Populum auscultare*. Catull. 67, 39. Non id laboro, ut, si qui *mihi obtrectent*, a te refutentur. C. Fam. 9, 11. cf. C. Tusc. 4, 26. Manil. 8. extr. Ut *obtrectaretur laudibus* ducis. L. 8, 36. Cui (Paulo) nullum probrum dicere poterat, eius *obtrectare laudes* voluit. L. 45, 37. cf. Garat. ad C. Phil. 10, 2. *Iis ae*[illegible]*amur*, qui ea habent, quae nos habere cupimus. C. Tusc. [illegible] 19. Quod me *Agamemnonem aemulari* *) putas, falleris. N. 15, 5. *Tardis mentibus* virtus non facile *comitatur* **). C. Tusc. 5, 24. Tiberius Actiaco triumpho *currum* Augusti *comitatus est*. Suet. Tib. 6.

Vatinius *Miloni*, *clarissimo viro*, *nonnullam* laudatione sua *labeculam adspergit*. C. Vatin. 17. *Orationi adspergentur* etiam sales, qui in dicendo nimium quantum valent. C. Or. 26. Pythagoras ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne *aram sanguine adspergeret*. C. N. D. 3, 36. cf. C. Planc. 12, 30. Parthi *folia* brati *inspergunt potionibus*. P. 12, 17. *Oleam sale inspergito*. Cato R. R. 65. Dionysius *fossam latam cubiculari lecto circumdedit*. C. Tusc. 5, 20. Deus *animum circumdedit corpore*. C. Univ. 6. cf. C. Quint. 10. extr. Fam. 15, 4, 21. Equites *Hannoni se circumfudere*. L. 29, 34. *Consuli Laevino* Capuam *praetereunti circumfusa* multitudo Campanorum *est*. L. 26, 27. cf. 2, 65, 3. Tac. H. 5, 18. *Agesilaum* amici, quod mel non habebant, *cera circumfuderunt*. N. 17, 8. A. Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit et ex eius spoliis *sibi* et *torquem et cognomen induit*. C. Fin. 2, 22. Duabus quasi a natura *induti sumus personis*. C. Off. 1, 30. Posteaquam Galli propius successerunt munitioni, aut *se* ipsi *stimulis* inopinantes *induebant* ***), aut in scrobes delapsi transfodiebantur. Caes. 7, 82. Iam obduruimus et *humanitatem omnem exuimus*. C. Att. 13,

---

*) Nacheifern; auch aemulari *cum aliquo*.

**) Wie: *ἀκολουθέω*, *ὀπηδέω τινί*.

***) Sie spießten sich in die spitzigen Pfähle. Auch: Placet Stoicis, quum venti *se in nubem induerint*, tum et fulgures et tonitrua exsistere. C. Div. 2, 19. Videtis, *in quot se laqueos induerit*. C. Verr. 2, 42.

2. Hispanorum nationem, rebellantem temere, iugum, *quo se exuit*, accipere rursus cogitis. L. 34, 13. Caesar *hostes omnes armis exuit* *). Caes. 5, 51. Pontis atque itinerum angustiae *multitudini fugam interclus*erant. Ib. 7, 11. Hostes occisi captique sunt, *interclusi fuga*. C. Fam. 15, 4, 17. Galli consuetudine populi Romani *commeatibus nostros intercludere* **) instituunt. Caes. 3, 23. Te exorabo, ut *mihi* tuae suavitatis *aliquid imperties*. C. Or. 2, 4. *Multis* gratuito *civitatem* in Graecia homines *impertiebantur*. C. Arch. 5. *Doctrinis* aetas puerilis *impertiri* debet. N. 25, 1. Terentia *impertit tibi multam salutem* ***). C. Att. 2, 12. Sulla supplex ad vos confugit, ne qua *generi ac nomini suo* nota turpitudinis *inuratur*. C. Sull. 31. Qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, is censoriae severitatis *nota* non *inuretur?* C. Cluent. 46. *Ciceroni* populus Romanus *aeternitatem immortalitatem*que *donavit*. C. Pis. 3. Atticus *Athenienses universos frumento donavit*. N. 25, 2. cf. C. Arch. 3, 5. Di eam potestatem dabunt, ut *beneficium benemerenti muneres*. Plaut. Capt. 5, 1, 15. cf. Acc. ap. Non. 9, 7. Calpurn. 2, 80. In deversorio erant ea composita, *quibus* rex *te munerare* constituerat. C. Deiot. 6. Orator cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, *quem laborem nobis* Attici nostri *levavit* labor. C. Or. 34. Gaditani *populum Romanum* in caritate annonae *frumento suppeditato levaverunt*. C. Balb. 17.

Not. Diese Verba lassen sich noch mit einer Anzahl andrer, jedoch selten so vorkommender, vermehren:

a. Die fast nur mit Präpositionen, selten mit einem Casu allein stehen, wie: **abhorrere** für etwas **nicht passen, advŏlo, allābor, allūdo, incurro; incurso, inno, innato, insideo, insilio, insulto, inspuo, interiaceo, palpo;**

b. die mehr mit dem Dativo, selten mit dem Accusativo stehen: **adversor, advolvor, afflo, arrīdeo, assideo, antesto, anteverto, antecello, excello, incŭbo, indulgeo, inhio, insisto, insto, insulto, intervénio, obequito, obrēpo, obstrĕpo, praeeo, praesideo, supersto:**

---

*) Er beraubte; so exuere hostem castris, impedimentis. L. 31, 42, 7. Caes. 7, 14. 42. und: Si *ex his laqueis te exueris*. C. Verr. 5, 58.

**) Intercludere *alicui commeatum*. Plaut. Mil. 2, 2, 68. *aliquem frumento commeatuque, re frumentaria*. Caes. 1, 48. C. 1, 72. *itinere*, 2, 20. *intercludere aliquem ab exercitu*. Caes. 7, 1. Virtus *voluptatis aditus intercludat* necesse est. C. Fin. 2, 35.

***) Läßt dich grüßen, auch: *Plurima salute Parmenonem impertit* Gnatho. T. Eun. 2, 2, 40.

c. die den Accusativus fast allein bei sich haben: allatro, illābor, occumbo *mortem* und *morte*, praecedo, praevenio. Die seltnere Construction zogen immer die spätern Schriftsteller und Dichter vor, z. B. *praesidere Medos*. Tac. 12, 14. st. Medis. Flumen *mari infertur*. L. 44, 31. Aliquem *urbi*, *sepulcro inferre*. Suet. Aug. 100. 101. *Delubris* carmen *inferre*. Plin. Pan. 3. st. in mare, in sepulcrum, in delubra.

d. Ueberhaupt selten kommen mit beiden Casus vor: antevenio, obambulo, praecello, praeiaceo, praemineo, medicor, Prisc. VIII, 4, 22.

124 VI. In verschiedner Bedeutung haben den Dativus und Accusativus außer einigen Compositis vorzüglich mehrere Verba, die mit einem Dativ auf die Frage: Für wen? verbunden werden können:

Accedere *ad aliquem*, *ad urbem*, *in senatum* und *muris* zu einem gehen, anrücken, sich nähern; accedit *alicui* proximus, er kommt einem am nächsten, auch *ad aliquem*, *ad similitudinem*; accedere *ad rempublicam* sein erstes Staatsamt antreten, dem Staate zu dienen anfangen; accedere *alicui* oder *sententiae* und *ad sententiam alicuius* einem beipflichten; animus *mihi* accedit ich bekomme Muth; hoc accedit *huic rei*, *ad hanc rem* zu dieser Sache kommt noch dieses. *Accedam ad hominem*. Plaut. Mil. 2, 6, 14. cf. C. Fam. 4, 4. Catilinae nuntiatum est, ut properaret *ad urbem accedere*. Sall. C. 48. cf. C. Fam. 4, 1. pr. L. 27, 28, 8. *ad ludos accedere*. C. Pis. 27, 65. Pompeius monebat, ne ante *in senatum accederem*, quam rem confecissem. C. Att. 7, 4. so *in oppidum*, *in aedes*, *in funus*. C. Leg. 2, 26, 66. *Muris accedere*. L. 24, 20. *Duobus summis oratoribus* L. Philippus proximus *accedebat*. C. Brut. 46. Homines *ad deos* nulla re propius *accedunt*, quam salutem hominibus dando. C. Lig. 12. Alexidis animum amabam, quod tam prope *accedebat ad similitudinem tuae literae*. C. Att. 7, 2. Oratio propius *ad veritatem* videbatur *accedere*. C. Or. 1, 62. Nondum *ad rem publicam accessi*. C. S. Rosc. 1. *Accedam* in plerisque *Ciceroni*. Q. 9, 4, 2. Confido, *accessurum* te *sententiae meae*. P. Ep. 4, 10. *Accessit* animus *ad meam sententiam*. Plaut. Aul. 2, 8, 13. cf. N. 1, 3, 5. Rumore adventus nostri *Cassio animus accessit*. C. Att. 5, 20. Manus extrema non *accessit operibus*. C. Brut. 33. Dolor *accessit bonis viris*; virtus non est imminuta. C. Att. 1, 16. med. Cato iis solis non invidebat, *quibus* nihil *ad dignitatem* posset *accedere*. C. Att. 7, 3. cf. Ter. Andr. 1, 3, 10. Hannibal cum quinque navibus *Africam accessit*. N. 23, 8. cf. Liv. 29, 7. Bei Spätern: ut *quosque accesserat* Antonius. Tac. H. 3, 24. Iceni *societatem nostram accesserant*. Tac. 12, 31.

bus cum magna multitudine *Iugurtham accedit.* Sall. I. alterthümlich.

Acclamare *alicui* einem zurufen, seinen Beifall oder sein Mißfallen zu erkennen geben; *aliquem servatorem* einen seinen Retter nennen, anschreien: Non metuo, ne *mihi acclametis.* C. Brut. 73. Imperator prosequentibus cunctis, *servatorem liberatoremque acclamantibus,* Elatiam rediit. L. 34, 50.

Adnare *navibus* daneben schwimmen, *naves, ad litus,* heran schwimmen: Multi, *adnantes navibus,* foede interierunt. L. 28, 36. Pauci, qui *naves adnare* possent, recepti sunt. Caes. C. 2, 44. Delphinus saepe *ad litus solitum adnavit.* Gell. 7, 8. extr.

Aequare und adaequare, exaequare *alicui* und *cum aliquo rem, hominem* gleich machen, gleich setzen; *aliquem* (einem sich gleich machen), einem gleich kommen: P. Scipio Africanus Aemilianus *Numantiam* excisam *aequavit solo.* Vell. 2, 4. cf. L. 36, 44, 3. Ne *aequaveritis Hannibali Philippum,* ne *Karthaginiensibus Macedonas.* L. 31, 7. Omnium ante damnatorum scelera, si in unum locum conferantur, vix *cum* Verris *parva parte aequari* conferrique possunt. C. Verr. 1, 8. cf. C. Inv. 1, 2, 3. Apparuit, *aequasse* Servilium consulem Appii *odium.* L. 2, 27. cf. O. Met. 2, 537. L. 35, 26, 3. *Circo* et *cloacae maximae* vix nova haec magnificentia quidquam *adaequare* potuit. L. 1, 56. cf. Caes. C. 2, 16. Held h. l. Pompeius Magnus *cum virtute fortunam adaequavit.* C. Arch. 10. Milites vectoriis gravibusque navigiis longarum navium *cursum adaequarunt.* Caes. 5, 8. Armorum magna multitudo de muro in fossam iacta, sic ut prope *summam* muri *altitudinem* acervi armorum *adaequarent.* Id. 2, 32. auch ohne Accus. Ib. 6, 12. *Exaequat* damnum *meritis.* Claudian. 5, 482. In amicitia superiores *exaequare se cum inferioribus* debent. C. Lael. 20. *Exaequet tetricas* licet illa *Sabinas.* O. Am. 3, 8, 61.

Aequiparare *aliquem alicui* und rem *ad rem* Jemand (etwas) einem gleich oder mit einem in Vergleichung setzen; gebräuchlicher ist *aliquem re* einem gleich seyn §. 74, A, a, 1. S. 160.: Iovis Solisque *equis aequiparari* dictatorem, in religionem trahebant. L. 5, 23. Mars haud ausit *aequiparare* suas virtutes *ad tuas.* Plaut. Mil. 1, 1, 12. Nec *calamis* solum *aequiparas,* sed *voce magistrum.* V. Ecl. 5, 48. cf. C. Tusc. 5, 17, 49.

Cavere *alicui* für Jemand zur Verhütung eines Schadens sorgen, Jemand sicher stellen, auch *de re; aliquem* und *ab aliquo* sich vor Jemand hüten; Titus *securitati* satis *cavit.* Suet.

Tit. 6. Scabiem *pecori* et *iumentis caveto*. Cato R. R. 5. cf. Plaut. Bacch. 1, 1, 10. Galli obsidibus *de pecunia cavent*. Caes. 6, 2. Admonui te, ut considerares, quibus crederes, *quos caveres*. C. Fam. 1, 7. De Caesare Sulla optimates admonuisse dicebatur, ut male *praecinctum puerum caverent*. Suet. Caes. 45. Nostri consules regem inimicissimum, moenibus iam appropinquantem, monuerunt, *a veneno* ut *caveret*. C. Fin. 5, 22. cf. C. Brut. 5, 18.

Consulo *tibi* oder *rebus tuis* ich sorge für dich, für dein Bestes, *tibi male*, ich berathe dich übel, *in te* z. B. crudeliter ich verfahre gegen dich, *te* ich frage dich um Rath: Non *universo* hominum *generi* solum, sed etiam *singulis* a diis immortalibus *consuli* et provideri solet. C. N. D. 2, 65. Dii *consulunt rebus humanis*. C. Div. 1, 51. Phocion in eo offenderat, quod *patriae male consuluerat*. N. 19, 2. Corfinii adeo erant perterriti nonnulli, ut *suae vitae* durius *consulere* cogerentur. Caes. C. 1, 22. cf. Caes. 7, 12. In secundis rebus nihil *in quemquam* superbe ac violenter *consulere* decet. L. 45, 8. Athenienses *consuluerunt Apollinem Pythium*, quas potissimum religiones tenerent. C. Leg. 2, 16.

Convenire *alicui* für Jemand passen, auch *ad, in rem*; res convenit *mihi tecum* ich komme mit dir über etwas überein, convenire *aliquem* mit Jemand zusammen kommen, Jemand besuchen: Poetae in magna varietate personarum, etiam *vitiosis* quid *conveniat*, et quid deceat, videbunt. C. Off. 1, 28. Causa posita, quid *in quamque partem conveniat*, res ipsa docebit. C. Inv. 2, 13. Cothurni laus illa est, *ad pedem* apte *convenire*. C. Fin. 3, 14. Tissaphernes inducias ab Agesilao petivit, simulans se dare operam, ut *Lacedaemoniis cum rege conveniret*. N. 17, 2. *Mihi cum Deiotaro convenit*, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. C. Att. 6, 1. *Atilium* sua manu *spargentem* semen, qui missi erant, *convenerunt*. C. S. Rosc. 18. cf. §. 127, b.

Cupere *alicui* und *alicuius causa* einem gewogen seyn, wohl wollen, *aliquid* etwas begehren: Caesar reperiebat, favere Dumnorigem et *cupere Helvetiis* propter affinitatem. Caes. 1, 18. Messalla causam mihi tradidit, quem *sua causa cupere* ac debere intelligebat. C. S. Rosc. 51. Flacci causa *omnia cupio*. C. Fam. 13, 75. Non semper bonum illud est, *quod cupimus* ardenter. C. Tusc. 4, 17.

Dare *alicui* literas Jemand einen Brief zur Bestellung geben, auch aushändigen; *ad aliquem*, selten *alicui* einen Brief an Jemand abgeben: Vulturcius proferri literas atque aperiri iussit, quas *sibi* a Lentulo *ad Catilinam datas esse* dicebat.

C. Cat. 3, 5. cf. C. Att. 11, 25. med. 5, 11. Nos apud Alyziam, ex quo loco *tibi* literas ante *dederamus*, unum diem commorati sumus. C. Fam. 16, 3. statt *ad te*. In denselben Bedeutungen wird auch mittere und scribere *alicui* einem, und *ad aliquem* an einen, gebraucht: Nunquam Caesar *ad* suorum *quemquam* literas *misit*, quin *Attico mitteret*, quid ageret. N. 25, 20. In ista epistola nihil *mihi scripsisti* de tuis rebus. — Ego de te *ad Caesarem* diligenter *scripsi*. C. Fam. 7, 10. Ut *homini curioso*, ita *scribe ad me*. C. Att. 4, 11.

Dolet *mihi* aliquid es thut mir etwas weh; doleo *rem*, *re*, *de re* ich betrübe mich über etwas: Nihil *cuiquam doluit*. C. Or. 1, 53. Cives *meum casum luctumque doluerunt*. C. Sext. 69. Pompeii *vicem doleo*. C. Att. 8, 2. Quaedam pestes hominum, *laude aliena dolentium*, te nonnunquam a me alienarunt. C. Fam. 5, 8. *De* Atticae *febricula* scilicet valde *dolui*. C. Att. 12, 1. cf. Cort. ad P. Ep. 1, 12, 12.

Excusare, purgare *se alicui* sich bei einem entschuldigen, rechtfertigen, auch excusare se *apud aliquem*; excusare se *de re*, *in re*, *morbi causa* sich wegen etwas entschuldigen, excusare *alicui*, und ohne Dativ, *rem* etwas zur Entschuldigung anführen; purgare *rem* sich wegen etwas rechtfertigen, etwas widerlegen: *Viris bonis me* non nimis *excuso*. C. Att. 9, 13. *Atticae meae* velim *me* ita *excuses*, ut omnem culpam in te transferas. Ib. 15, 28. cf. C. Brut. 26, 101. De me *excusando apud Apuleium* dederam ad te pridie literas. C. Att. 12, 14. Quod te *mihi de Sempronio purgas*, accipio excusationem. C. Fam. 12, 25. Morinorum legati ad Caesarem venerunt, qui se *de* superioris temporis *consilio excusarent*. Caes. 4, 22. Me tibi *excuso in eo ipso*, in quo te accuso. C. Q. Fr. 2, 2. Cura, ut *excuser morbi causa* in dies singulos. C. Att. 12, 13. L. Caesar, antequam sententiam diceret, *propinquitatem excusavit*. C. Phil. 8, 1. cf. C. Att. 15, 26. extr. Si humaniter mecum questus esses, libenter *tibi me* et facile *purgassem*. C. Fam. 7, 27. Omnia tutiora, quam ut *innocentiam suam purgarent*, visa. L. 9, 26. *crimina purgari*. cf. Drak. ad L. 39, 35, 2. (selten: Oratoribus *purgantibus* civitatem *omnis facti dictique* adversus Romanos. L. 37, 28.)

Imponere *alicui aliquid* einem etwas auflegen, aufsetzen, *aliquem in rem*, *in re* Jemand auf etwas, in etwas legen, *alicui* Jemand betrügen. Praecones ludorum gymnicorum coronas *imponunt victoribus*. C. Fam. 5, 12. Prior Africanus Q. Ennii statuam *sepulcro suo imponi* iussit. P. 7, 30. Consul *est impositus* is *nobis*, quem nemo aspicere sine suspiratu posset. C. Att. 1, 18. Antonius leges *civitati* per vim *imposuit*. C.

Phil. 7, 5. Metellum multi filii, filiae, nepotes, neptes *in rogum imposuerunt*. C. Tusc. 1, 35. Pompeius, aeris magno pondere ad militarem usum *in naves imposito*, Pelusium pervenit. Caes. C. 3, 103. *In capita singula* servorum ac liberorum tributum *imponebatur*. Ib. 3, 32. *Imposuistis in cervicibus nostris* sempiternum dominum, quem noctes et dies timeremus. C. N. D. 1, 20. cf. Drak. ad L. 1, 18, 8. *Catoni* egregie *imposuit* Milo. C. Q. Fr. 2, 6. cf. Iuvenal. 4, 103.

Incumbere rei auf etwas liegen, sich auf etwas stemmen, *in rem, ad rem* einer Sache obliegen, sich etwas sehr angelegen seyn lassen: Alexander epistolam, a Parmenione missam, pulvino, *cui incumbebat*, subiecit. Curt. 3, 6, 7. Aiax *gladio incubuit* *). ad Her. 1, 11. Miserum est aliorum *incumbere famae*. Iuvenal. 8, 76. *Incumbe in eam curam et cogitationem*, quae tibi summam dignitatem et gloriam afferat. C. Fam. 10, 3. cf. Caes. 7, 76. *Incumbamus*, o noster Tite, *ad illa praeclara studia*. C. Att. 2, 16. *Incumbe* toto pectore *ad laudem*. C. Fam. 10, 10.

Insistere *alicui rei* und *in re* auf etwas treten, *viam, rationem* einen Weg betreten, ein Verfahren wählen: *Quibus vestigiis* primum *institi*, in iis fere soleo perorare. C. Or. 3, 9. In curia vestigium illud ipsum, *in quo* Crassus postremum *institisset*, contuebamur. Ib. 3, 2. Tribunis non satis constabat, *quam rationem* pugnae *insisterent*. Caes. 3, 14.

Mactare *alicui aliquid* einem Gott etwas schlachten, opfern, *aliquem re* einen mit etwas beschenken, einem etwas anthun: Iubent Agamemnona sortes *immeritam saevae mactare Dianae*. O. Met. 13, 185. Puerorum *extis deos manes mactare* soles. C. Vatin. 6. Ferunt laudibus, *mactant honoribus*. Cic. ap. Non. 4, 291. Tu, Iupiter, hostes patriae *aeternis suppliciis* vivos mortuosque mactabis. C. Cat. 1, 13. cf. 1, 11, 27.

Manet *mihi res* die Sache bleibt mir, *me* sie erwartet mich, steht mir bevor: *Manent* ingenia *senibus*. C. Sen. 7. *Nocentem innocentemque* idem exitus *manet*. Tac. H. 1, 21.

Metuere, timere *alicui* und *de aliquo* für Jemand fürchten, Jemands wegen in Furcht seyn, *aliquem* Jemand, oder sich vor Jemand fürchten, auch *aliquid ab aliquo*; so Vereri *alicui* für Jemand fürchten, *aliquem* vor Jemand Ehrfurcht haben: Legationem Romanorum vicinae gentes spernebant, simul tantam in medio crescentem molem *sibi* ac *posteris suis metuebant*. L. 1, 9. *praemetuens suis*. Caes. 7, 49. Iacet in moerore meus

---

*) Stemmte sich auf sein Schwert, d. i. erstach sich.

frater, neque tam *de sua vita*, quam *de mea metuit*. C. Att. 10, 4. Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, cum *rebus timeret suis*, filiarum dotes credidit. C. Leg. 2, 16. *De republica* quotidie magis *timeo*; non enim boni consentiunt. C. Att. 7, 5. Caesar *veritus est navibus*, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoram relinquebat. Caes. 5, 9. Duae res in civitate plurimum possunt, summa gratia et eloquentia, quarum *alteram vereor*, *alteram metuo*. C. Quint. 1. Ulysses *ab Aiace* sibi non iniuria summum periculum *metuebat*. ad Her. 2, 19. *Casum* proelii Pharsalici nemo nostrum erat, quin *timeret*. C. Div. 2, 55.

*) Von formidare sich fürchten und horrere vor etwas erschrecken mit dem Accus. sind mehrere, mit dem Dat. aber nur zwei Beispiele vorhanden: *Auro formidat* Euclio. Plaut. Aul. Argum. 6. und Nemo iam parens *filio horret*. P. Pan. 27. *Pueris pater pallet*. H. Ep. 1, 7, 7.

Moderari, Temperare *alicui rei* einer Sache Maß und Ziel setzen, sie mäßigen, auch temperare *alicui* Jemand schonen, *rem* regieren, einrichten, temperare *a re* sich enthalten; *Moderari* et *animo* et *orationi*, cum sis iratus, aut etiam tacere, etsi non est perfectae sapientiae, tamen est non mediocris ingenii. C. Q. Fr. 1, 1, 13. Ad Hannibalem legati ab Karthagine, vocantes in Africam, venerunt. Frendens, gemensque, ac vix *lacrimis temperans* dicitur eorum verba audisse. L. 30, 20. Non recuso, quin, *si cuiquam* Verres ulla in re unquam *temperaverit*, vos quoque *ei temperetis*. C. Verr. 2, 6. *sibi temperare*. Caes. 1, 33. *Res rusticas* venti tempestatesque *moderantur*. Ib. 3, 98. Lycurgus Lacedaemoniorum *rem publicam temperavit*. C. Div. 1, 43. In concilio Achaeorum ita exarserunt studia, ut vix parentes *ab liberis temperaverint*. L. 32, 22. Caesar homines inimico animo non *temperaturos ab iniuria et maleficio* existimabat. Caes. 1, 7.

Petere *alicui rem* für Jemand um etwas bitten, etwas holen, *aliquem* oder *rem* auf etwas losgehen, auf etwas zugehen; *rem ab aliquo* (precibus) etwas von Jemand verlangen, Jemand um etwas bitten: Tiberius mittit literas ad senatum, quis *potestatem tribuniciam Druso petebat*. Tac. 3, 56. Rogasse vellem, unde *mi peterem cibum*. T. Heaut. 5, 2, 25. M. Valerius *Tarquinium* infesto spiculo *petit*. L. 2, 20. Hannibal Apenninum transit, *petens Etruriam*. N. 23, 4. Gallorum pueri mulieresque ex muro passis manibus *pacem ab Romanis petierunt*. Caes. 2, 13. Faustus per literas *precibus a P. Sulla petit*, ut emat gladiatores. C. Sull. 19.

Praestare *alicui aliqua re*, *in re*, *aliquem re* §. 122. vorzüglicher seyn, einen worin übertreffen; praestare *aliquem* und *rem*,

de re, homine, für einen, für etwas stehen, gut dafür seyn, z. B. damnum, periculum; auch leisten, erhalten, z. B. fidem, pacem; praestare *alicui officia* einem Dienste leisten; praestare *se fortem* sich tapfer beweisen: Nostri maiores *prudentia ceteris gentibus praestiterunt*. C. Or. 1, 44. *Zeuxis muliebri in corpore pingendo* plurimum *aliis praestabat*. C. Inv. 2, 1. — Ego *Messalam* Caesari *praestabo*. C. Q. Fr. 3, 8. cf. C. Att. 6, 3. p. 704. Ern. Iudex pronuntiavit, emtori *damnum praestari* oportere. C. Off. 3, 16. *periculum*. Caes. C. 5, 17. *Communem, incertumque casum* neque vitare quisquam nostrum, nec *praestare* ullo pacto potest. C. Fam. 5, 17. cf. C. Or. 1, 24. extr. Frater *de ratione numaria* non cupit tibi *praestare*. C. Att. 10, 11. Eo animo simus inter nos, quo semper fuimus; *quod de me praestare* possum. C. Fam. 4, 15. cf. C. Manil. 16, 47. Ego tibi *a vi*, hac praesertim imbecillitate magistratuum, *praestare* nihil possum. C. Fam. 1, 4. *Pacem* cum Karthaginiensibus populus Romanus non ab se tantum, sed ab rege etiam Masinissa, *praestitit*. L. 40, 34. *socios salvos praestare*. C. Manil. 18, 55. Ser. Sulpicius *honorem debitum patri praestitit*. C. Phil. 9, 5. *Praesta te eum*, qui mihi a teneris unguiculis es cognitus. C. Fam. 1, 6.

Praevertere *alicui rei aliquid* einer Sache etwas vorziehen; praevertere *alicui rei* einer Sache zuvorkommen, sie verhüten, *aliquem* einem zuvorkommen, ihn übertreffen: Carvilius traditur iurisiurandi *religionem animo atque amori praevertisse*. Gell. 4, 3. De divinatione quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, *quod huic sermoni praevertendum* putes. C. Div. 1, 6. cf. Drak. ad L. 9, 17, 9. auch *uxorem* praevertere *prae republica*. Plaut. Amph. 1, 3, 30. *Praeverti hoc* certum est *rebus aliis omnibus*. Plaut. Cist. 5, 8. — Caesar non ignorans, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent, *huic rei praevertendum* existimavit. Caes. 7, 33. Virgo adsueta proelia dura pati, cursuque pedum *praevertere ventos*. V. Aen. 7, 807. cf. 12, 345. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, *quem* non *praeverterim*. C. Sull. 19. cf. Liv. 8, 16, 8. auch: *Volucremque* fuga *praevertitur Hebrum*. V. Aen. 1, 317.

Precari *alicui rem* einem etwas wünschen; precari *aliquem* einen bitten, *rem ab aliquo* einen um etwas bitten: Neque ego, si unquam *vobis mala precarer, morbum aut mortem precarer*. C. Pis. 19. Vos *deos precari*, venerari atque implorare debetis, ut urbem defendant. C. Cat. 2, 13. Stultitia est, *a quibus bona precamur*, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. C. N. D. 3, 34.

Prospicere, providere *alicui* für Jemand sorgen, *alicui rem* für Jemand etwas besorgen, *rem* etwas vorher sehen: Consulite vobis, *prospicite patriae*. C. Cat. 4, 2. A diis *vitae* hominum consuli et *provideri* manifestum est. C. N. D. 1, 2. Patres sunt, qui vos, Quirites, in colonias mittunt, qui *sedem senectuti vestrae prospiciunt*. L. 4, 49. Caesar, *frumento exercitui proviso*, in Italiam ad conventus agendos profectus est. Caes. 6, 44. Caesar *de re frumentaria* ut *providerent*, hortatus est. Caes. C. 3, 34. Istuc est sapere, non, quod ante pedes modo est, videre, sed etiam *illa*, quae futura sunt, *prospicere*. T. Ad. 3, 3, 32. Multo ante, tanquam ex aliqua specula, *prospexi tempestatem futuram*. C. Fam. 4, 3. Medicus *morbum ingravescentem* ratione *providet*, *insidias* imperator, *tempestates* gubernator. C. Div. 2, 6.

Recipere *alicui* Jemand gewisse Versicherung geben, *se* sich zurück ziehen, sich wohin begeben, sich wieder erholen, *rem* etwas wieder bekommen, aufnehmen, über sich nehmen: Si omnia mihi integra fortuna servarit, *recipio vobis*, me negotium ex sententia confecturum. C. Fam. 10, 17. C. Gracchus cum *se* in Aventinum *recepisset*; ab Opimio consule oppressus est. Flor. 3, 15. Neoptolemus *se*, simul ac potuit, ad Antipatrum *recepit*. N. 18, 4. Caesaris adventu hostes constiterunt; Romani *se* ex timore *receperunt*. Caes. 4, 34. In castris Sabinorum *res suas* Romanus, populationibus agrorum amissas, *recepit*. L. 3, 63. Ubi est in foedere Gaditano, ne *quem* populus Romanus *Gaditanum recipiat* civitate? C. Balb. 14. Quid *recipis mandatum*, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? C. S. Rosc. 38.

Renuntiare *alicui rem*, *de re* und *ad aliquem aliquid* einem etwas melden, *alicui rem* einem etwas aufkündigen, *rei* einer Sache entsagen, *aliquem consulem* einen als Consul ausrufen: Dolabella in eum, qui *Milesiis rem gestam renuntiarat*, animadvertere conatus est. C. Verr. 1, 34. Posteaquam *mihi renuntiatum est de obitu* Tulliae, graviter molesteque tuli. C. Fam. 4, 5. Agyrinenses magistratus *acta et imperia* Verris domum *ad senatum suum renuntiaverunt*. C. Verr. 3, 31. Verres, Sthenio infensus, *hospitium ei renuntiat*. Ib. 2, 36. Qui facultatem ex tempore dicendi non erit consecutus, *civilibus officiis renuntiabit*. Q. 10, 7, 1. Dictator comitia consularia habuit et *M. Valerium Corvum consulem renuntiavit*. L. 7, 26.

Solvere *alicui pecuniam* einem Geld zahlen, *aliquem re* einen von etwas befreien, *naves* absegeln: Miltiades *litem aestimatam populo solvere* non potuit. N. 5, 1. Sinite me, quod

vobis fretus huic saepe promisi, *id a vobis ei persolvere* *). C. Planc. 42. Ut *religione* civitas *solvatur*, civis Romanus traditur. C. Caecin. 34. Pompeius sub noctem *naves solvit*. Caes. C. 1, 28.

Succedere *alicui* einem folgen, und dafür *in locum alicuius* einen ablösen, *rem*, *sub rem*, seltner *rei* an etwas herangehen: Nihil semper floret; aetas *succedit aetati*. C. Phil. 11, 15. Hostes integri recentesque *defatigatis succedebant*. Caes. 5, 16. Quid? hic non noceat, qui perficiat, ut veros heredes moveat, *in eorum locum* ipse *succedat?* C. Off. 3, 19. Galli *portas succedunt*, murumque subruunt. Caes. 2, 6. Helvetii, phalange facta, *sub primam nostram aciem successerunt*. Ib. 1, 24. Hannibalem ut *successisse muris* Marcellus vidit, cum magno tumultu erupit. L. 23, 44.

– Supersedere *rei*, selten *rem*, über etwas sitzen; *rei*, *rem* und gewöhnlich *re* einer Sache überhoben seyn, sie unterlassen: Eques Romanus *elephanto supersedens* per catadromum decucurrit. Suet. Ner. 11. cf. Id. Aug. 96. pr. Adhaerebat ansa, *quam* contorto nodulo *supersedebat* aspis. Appul. Met. 11, 246. p. 778. Oud. cf. V. Aen. 1, 295. — Postquam Caesar adversarios *supersedere pugnae* animadvertit, reducit copias. Hirt. b. Afr. 75. Si Pudens *huic maledicto supersedisset*. Appul. Apol. 433. p. 432. Oud. Cognati et affines *operam*, quam dare rogati sunt, *supersederunt*. Gell. 2, 29. *Haec causa* non visa est *supersedenda*. Ad Herenn. 2, 17. (daher c. Infin. Plebs frustra *certare supersedit*. L. 4, 7.) *Supersedeas hoc labore* itineris. C. Fam. 4, 2. Non minus rerum non necessariarum, quam verborum *multitudine supersedendum est*. C. Inv. 1, 20. cf. 21, 30. 40. pr. Caes. 2, 8.

Supervenire *alicui rei* dazu kommen, *rem* darüber kommen: *Huic laetitiae* Quinctius *supervenit*. L. 34, 40. cf. L. 24, 35, 9. Heres *heredem* alterius, velut unda *supervenit undam*. H. Ep. 2, 2, 175. *Crura* loquentis terra *supervenit*. O. Met. 10, 489.

Volo *tibi bene*, volo *tua causa* ich will dir wohl, bin dir günstig, volo *tibi male*, nolo *tibi* ich bin dir ungünstig, volo *te* (elliptisch) ich will dich sprechen, habe mit dir etwas zu reden: *Tibi bene* ex animo *volo*. T. Heaut. 5, 2, 6. *Illi* ego ex omnibus *optime volo*. Plaut. Most. 2, 1, 24. *Regis causa* si qui sunt, qui *velint*, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. C. Fam. 1, 1. Hunc tu virum (Caesarem) nactus, si me aut sa-

*) Dieses von eurem Gelde ihm bezahlen.

pere aliquid, aut *velle tuâ causa* putas; ne dimiseris. Ib. 7, 17. Utinam, *male* qui *mihi volunt*, sic rideant! Plaut. Asin. 5, 1, 13. *Pompeio* qui *nolunt*, iidem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici. C. Fam. 1, 1. — Sosia adesdum! paucis *te volo*. T. Andr. 1, 1, 2. Quis *me vult?* Ib. 5, 5, 1. cf. T. Phorm. 2, 4, 18. sc. convenire; auch: Legationi Caesaris Ariovistus respondit: Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille *se velit*, illum ad se venire oportere. Caes. 1, 34. sc. facere.

VII. Der Dativus steht noch bei einigen Partikeln: 125

1. Bei einigen Adverbiis auf die Frage: Wem? nämlich: *propius*, *proxime*, *cominus*, *obviam*, *praesto* und bei denjenigen, deren Stammwörter einen Dativ erfordern, wie: *convenienter*, *congruenter*, *constanter*, *amice*; einige endlich bekommen diesen Casus wegen ihrer Verbindung mit einem Verbo.

Antiochus si parere voluisset consiliis Hannibalis, *propius Tiberi*, quam *Thermopylis* de summa imperii dimicasset. N. 23, 8. *Propius Grammatico* accessi. Cic. ap. Diomed. I. p. 405. Calcifraga quo *propius mari* fuerit, minus salsa est. P. 27, 9. cf. Virg. G. 1, 355. 4, 47. Aen. 8, 556. Caesar quam *proxime* potest hostium *castris*, castra communit. Caes. C. 1, 72. Fluminaque *Haemonio cominus* isse *viro*. Prop. 3, 1, (4, 1.), 26. cf. Sil. 5, 560. Quid habet admirationis, *magno viro advenienti obviam* prodisse multos? C. Mur. 33. cf. C. Fam. 2, 16, 9. Mur. 32. Phil. 2, 32. in. Mil. 10, 29. Caes. 7, 12. Quaestores provinciae cum fascibus *mihi praesto* fuerunt. C. Verr. 2, 4. cf. C. Divin. 1, 27. Fam. 3, 5. in. 4, 14. extr. Att. 2, 1. ante med. Summum bonum a Stoicis dicitur, *convenienter naturae* vivere. C. Off. 3, 3. Hoc est extremum, *congruenter naturae* convenienterque vivere. C. Fin. 3, 7. Epicurus quam *sibi constanter* convenienterque dicat, non laborat. C. Tusc. 5, 9. Haec praescripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere, atque etiam *vitae* hominum *amice*. C. Off. 1, 26. Cuidam, artem memoriae tradituro, Themistocles respondisse dicitur, *gratius sibi* illum esse facturum, si se oblivisci, quae vellet, quam si meminisse, docuisset. C. Or. 2, 74.

Improbo et *stulto* et *inerti nemini bene esse* potest. C. Par. 2. *Pompeio*, cum graviter aegrotaret, Neapoli *melius est factum*. C. Tusc. 1, 35. *Bene mihi*, *bene vobis*, *bene omnibus nobis* *)! Plaut. Pers. 5, 1, 20. In Hortensio motus

*) Sc. esto eine Glückwünschungsformel beim Trinken: Wohl bekomm' es! sonst auch *bene nos! bene te!*

et gestus plus artis habebat, quam *erat oratori satis*. C. Brut. 88.

Not. Prope kommt mit dem Accusativ §. 136, 2. und mit *a* und dem Ablativ vor; diese beiden Constructionen sind auch bei propius und proxime gewöhnlicher.

Stellae errantes aliae *propius a terris*, aliae remotius disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. C. N. D. 1, 31. Antiquitas quo *propius* aberat *ab ortu* et *divina progenie*, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebat. C. Tusc. 1, 12. In villa omnes quam *proxime* alter *ab altero* debent habitare. Colum. 1, 6.

2. Bei einigen Interjectionen:

Audita est a Brenno, regulo Gallorum, intoleranda Romanis vox: *Vae victis* esse! L. 5, 48. *Hei misero mihi!* T. Heaut. 2, 2, 5. *Hem tibi* *) talentum argenti! Plaut. Truc. 5, 1, 60. *Ecce tibi*, qui rex populi Romani, dominusque omnium gentium esse concupierit, idque perfecerit! C. Off. 3, 21.

C. Syntaxis Accusativi.

126 Der Accusativus bezeichnet den nächsten oder leidenden Gegenstand einer Thätigkeit, auf welchen sie directen Einfluß hat, mithin das Ziel einer Handlung oder eines Zustandes, es sey dieses eine Person oder Sache. Die Frage ist hier meistentheils: Wen? oder Was? die Antwort: mich, dich, während der Dativus die Fragen: Wem? Wozu? und die Antwort: mir, dir verlangt.

Außer dem leidenden Gegenstand aber bezeichnet der Accusativus auch denjenigen, den ein Zustand angeht oder betrifft, den, gegen welchen etwas seine Richtung nimmt, und endlich das Maß von Größen.

I. Die Verba activa und deponentia, die eine nach außen hin wirkende Thätigkeit bezeichnen, haben den unmittelbaren Gegenstand dieser Thätigkeit im Accusativo bei sich auf die Frage: Wen? oder Was?

Deus *mundum aedificavit*. C. Tusc. 1, 25. *Piscem* Syri *venerantur*. *Omne* fere *genus* bestiarum Aegyptii *consecraverunt*. C. N. D. 3, 15. Miltiades *Athenas totamque Graeciam liberavit*. N. 1, 6. Apum examina fingunt *favos*. C. Off. 1, 44. Homo doctus in se semper *divitias habet*. Phaedr. 4, 21. Epicurus *deos nihil agentes commentus est*. C. N. D. 2, 23. Non minus nostra sunt, *quae* animo *complectimur*, quam *quae* oculis *intuemur*. C. Fam. 5, 17.

---

*) Da hast du ꝛc.

Not. 1. Verba transitiva können ohne einen Accusativus stehen:

a. wenn der leidende Gegenstand ganz allgemein genommen ist, wo also nur die Handlung genannt zu werden braucht, indem auf die Angabe eines bestimmten Gegenstandes nichts ankommt, z. B. Neminem ipse reprehendo, nisi unum me, quum parum commode *scribo*. P. Ep. 1, 9. Saepe tepent alii iuvenes, ego semper *amavi*: et, si quid faciam nunc quoque quaeris, *amo*. O. Rem. 7. Tarquinius, hoc velut domestico exterritus visu, Delphos *mittere* statuit. L. 1, 56. cf. Caes. C. 2, 20. *dimisit*. Caes. C. 3, 112. *defenderet*. Ib. 1, 25. extr. cf. Held h. l.

b. bei technischen Ausdrücken, wo durch den Sprachgebrauch die Weglassung des bestimmtern Objects üblich geworden ist, z. B. Hannibal *movit*, sc. castra; *ducit* sc. exercitum; s. Ellipsis.

c. wenn das fehlende Object bei einem vorhergehenden Verbo in demselben oder in einem andern Casu bereits genannt worden ist: Et scribo *aliquid* et lego; sed cum *lego*, ex comparatione sentio, quam male *scribam*. P. Ep. 7, 30. Dat signum *suis* Vercingetorix atque ex oppido *educit*. Caes. 7, 81. s. unten: Kürze des Ausdrucks.

Not. 2. Den Accusativus, als Casus ihres Stammworts, behalten:

a. einige Substantiva verbalia, jedoch nur bei Plautus: Quid tibi *hanc curatio* est *rem*? Plaut. Amph. 1, 3, 21. Quid tibi *nos*, mendice homo, *tactio* est? Id. Aul. 3, 2, 9. Quid tibi *hanc aditio* est? quid tibi *hanc notio* est? Id. Truc. 2, 7, 62. *Domum itio*, *reditio*, s. §. 134.

b. Die Adiectiva verbalia auf *bundus*: Hanno, *vitabundus castra* hostium *consulesque*, qui in Samnio erant, Benevento iam adpropinquabat. L. 25, 13. Alii alios intuebantur, *mirabundi* velut somnii *vanam speciem*. L. 33, 32. *Populabundus agros* ad oppidum pervenit. Sisenna ap. Gell. 11, 15. Auch: Pompeius, similem fore se credens Alexandro regi, *facta consultaque* eius *aemulus* erat. Sall. Hist. fr. ap. Non. 4, 13. Cort. p. 978.

c. Die Participia *osus*, *exosus*, *perosus*, *pertaesus* bei Dichtern und spätern Schriftstellern: Antonius post Parthos quum *exosus arma* in otio ageret, captus est amore Cleopatrae. Flor. 4, 11. Plebs consulum *nomen*, haud secus, quam regum, *perosa* erat. L. 3, 34. cf. Tac. H. 2, 16. med. Caesar animadversa Magni Alexandri imagine ingemuit, quasi *pertaesus ignaviam suam*, quod nihil dum a se memorabile actum esset in aetate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset. Suet. Caes. 7. Auch kommt vor: *Lentitudinis* eorum *pertaesa*. Tac. 15, 51. Cicero braucht dafür aber nur *pertaesum est*, z. B. *Pertaesum est levitatis*, *assentationis*, *animorum*, non officiis, sed temporibus *servientium*. C. Q. Fr. 1, 2, 2. *Decemvirorum vos pertaesum est*. L. 3, 39. Siehe §. 113.

II. Die Verba: aequiparo, deceo, dedeceo, iuvo, adiuvo, fugio, effugio, subterfugio, imitor, sequor und subsequor haben den Accusativus bei sich, im Deutschen den Dativus: 128

Themistoclis consilio triplex Piraecei portus constitutus est, isque moenibus circumdatus, ut *ipsam urbem* dignitate *aequi-*

pararet. N. 2, 6. cf. §. 123. Id maxime *quemque decet,* quod est cuiusque maxime suum. C. Off. 1, 31. Candida pax *homines,* trux *decet* ira *feras.* O. Art. 3, 502. *Parvum* parva *decent.* H. Ep. 1, 7, 44. cf. Iuvenal. 2, 76. Ruffus crinis et coactus in nodum apud Germanos *virum* non *dedecet.* S. Ira 3, 26. Pomponius Atticus *dedecere* Claudiorum *imagines* videbatur. Tac. 2, 43. Atticus *adolescentem Marium,* hostem *iudicatum, iuvit* opibus suis. N. 25, 2. *Fortes* fortuna *adiuvat.* T. Phorm. 1, 4, 26. Ea, quae leviter sensum voluptate movent, facillime *fugiunt satietatem* *). C. Or. 3, 25. Themistocles non *effugit* civium suorum *invidiam.* N. 2, 8. Non faciendo id, quod non decet, impudentiae *nomen effugere* debemus. C. Or. 1, 26. Ulyssem insimulant tragoediae, simulatione insaniae *militiam subterfugere* voluisse. C. Off. 3, 26. cf. C. Fam. 13, 4, 3. 15, 1, 9. Nulla ars *imitari sollertiam* naturae potest. C. N. D. 1, 33. Gloria *virtutem* tanquam umbra *sequitur.* C. Tusc. 1, 45. Fortes et sapientes viri non tam *praemia sequi* solent recte factorum, quam *ipsa* recte *facta.* C. Mil. 35. Galli dies natales et mensium et annorum initia sic observant, ut *noctem* dies *subsequatur.* Caes. 6, 18.

Not. Decet mit dem Dativ noch bei Plautus und Terentius vorkommend, war zu Ciceros Zeit veraltet. Haec primum ut fiant, deos quaeso, ut *vobis decet.* T. Ad. 3, 4, 45. Dieses Verbum kommt natürlich selten in der 1 und 2 Person vor, z. B. Si non *dedecui* tua iussa. Stat. Theb. 10, 334. Statt: *Somniculoso* plurima *effugiunt.* Colum. 11, 1, 13. Gesn. hat ed. Schneid. somniculosum.

128 III. Viele Verba intransitiva haben wegen der Präposition, mit welcher sie zusammengesetzt sind, den Accusativus bei sich. Dieses sind außer den §§. 123. 124. angegebenen:

a. Die Composita mit *ad, ante, circum, in, inter, ob, per, prae, praeter, sub, super, supra, trans.* So sagt auch der Deutsche: einen angehen, umgehen, übergehen, ein Land durchreisen u. s. w.

Ad: Pythagoras et Aegyptum lustravit et Persarum *magos adiit.* C. Fin. 5, 29. cf. Caes. 7, 4. Cato *allatrare* Scipionis *magnitudinem* solitus erat. L. 38, 54. *Te* nunc *alloquor,* Africane. Ad Herenn. 4, 15. Caesar Labienum *summum iugum* montis *adscendere* iubet. Caes. 1, 21. Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, exstitisse repente et *eum affatus esse,* qui arabat. C. Div. 2, 23. Fibrenus divisus aequaliter in duas partes *latera* insulae *alluit.* C.

*) Entgehen dem Ueberdruß.

Leg. 2, 3. Ubi Nilus ad illa, quae Catadūpa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae *illum locum accolit*, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. C. Somn. 5. *Locustam* Romae *aggrediar.* C. Q. Fr. 3, 1. Hic tibi *Rostra* Cato *advolat.* C. Att. 1, 14.

Ante: Veneris stella *solem antecurrens* et oriens ante lucem, Lucifer appellatur. Vitruv. 9, 4. Stella Veneris Lucifer dicitur, quum *antegreditur solem;* quum subsequitur autem, Hesperus. C. N. D. 2, 20.

Circum: Veneti *sinum circumcolunt* maris. L. 5, 33. Equites Pompeiani *aciem* Caesaris a latere aperto *circumire* coeperunt. Caes. C. 3, 93. *Saguntum* Carthaginienses *circumsedent* exercitus; mox *Carthaginem circumsidebunt* Romanae legiones. L. 21, 10. Dies et noctes omnia *nos* undique fata *circumstant.* C. Phil. 10, 10. Caesar *Corfinium oppidum* vallo castellisque *circumvenire* instituit. Caes. C. 1, 18.

In: Parmenides, Xenophanes versibus *increpant* eorum *arrogantiam*, qui, quum sciri nihil possit, audeant, se scire, dicere. C. Acad. 2, 23. Creati consules Kalendis Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, *consulatum ineunt.* L. 3, 6. *Amnis* mare *influxit.* C. Div. 1, 35. Dictator triumphans *urbem invehitur.* L. 2, 31. cf. Drak. h. l. Apollonius *irrisit philosophiam.* C. Or. 1, 17. cf. Tac. H. 2, 91. Masinissa, nonaginta annos natus, cum *ingressus iter* pedibus *esset*, in equum omnino non ascendit. C. Sen. 10. Romanorum duces, *mare ingredientes*, immolare hostiam fluctibus consueverunt. C. N. D. 3, 20. ingredi *viam*, viā. L. 3, 17, 6. 10, 35, 4. Porsena *Ianiculum insedit.* L. 6, 40.

Inter: Achaeos Aetoli, navibus per fretum, quod *Naupactum et Patras interfluit* (Rhion incolae vocant), exercitu traiecto, depopulati erant. L. 27, 29. Samnites descendunt in planitiem, quae *Capuam Tifataque interiacet.* L. 7, 29.

Ob: Pythagoras *multas regiones* barbarorum pedibus *obiit.* C. Fin. 5, 29. Diligentissime semper *illum diem* et *illud munus* solitus es *obire.* C. Lael. 2. Quaeritur, sitne honestum, gloriae causa *mortem obire?* C. Or. 3, 29. Ad Antonium mittuntur, qui nuntient, ne *Mutinam obsideat.* C. Phil. 6, 2.

Per: Plato *Aegyptum peragravit.* C. Fin. 5, 29. Auximo Caesar progressus, *omnem agrum Picenum percurrit.* Caes. C. 1, 15. Euphrātes *Babyloniam mediam permeat.* P. 5, 26. Molestiae, laetitiae, cupiditates, timores similiter omnium *mentes pervagantur.* C. Leg. 1, 11. Non orat Roscius, ut *eam noctem pervigilet.* C. S. Rosc. 35. Nuntius hic decem

horis nocturnis sex et quinquaginta *millia* passuum cisiis *pervolavit.* Ib. 7.

Prae: Cappadocia intus habet coloniam Claudii Caesaris Archelaidem, *quam praefluit* Halys. P. 6, 3. cf. H. C. 4, 14, 26. Studium *Alphea* rotis *praelabi flumina* Pisae. Virg. G. 3, 180.

Praeter: Sum multum in Epicuri hortis, *quos* modo *praeteribamus*. C. Fin. 5, 1. Populus solet nonnunquam *dignos praeterire*. C. Planc. 3. Sententiae saepe acutae non acutorum hominum *sensus praetervolant*. C. Or. 3, 59.

Sub: Germani Ariovisti inter annos quatuordecim *tectum* non *subierant*. Caes 1, 36. Epaminondas non recusavit, quominus legis *poenam subiret*. N. 15, 8.

Subter: Perseus *subtercurrit basim* Vergiliarum. Vitruv. 9, 6. Arethusa *fluctus subterlabitur Sicanos*. V. Ecl. 10, 4.

Super, *Supra*. Romani *ruinas* muri *supervadebant*. L. 32, 24. Qui venit hic fluctus, *fluctus supereminet omnes*. O. Trist. 1, 2, 49. Haec Fetialis, quum *fines suprascandit*, haec portam ingrediens peragit. L. 1, 32.

Trans: Crassus *Euphrātem* nulla belli causa *transire* voluit. C. Fin. 3, 22. Hannibal cum reliquis copiis *Pyrenaeum transgreditur*. L. 21, 24. Ex his cultis notisque terrarum tuum nomen vel *Caucasum transcendere* potuit, *vel Gangem transnatare*? C. Somn. 6. Fama est, ludibrio fratris Remum *novos transsiluisse muros*. L. 1, 7. Alexandro si vita longior data esset, *Oceanum* manus Macedonum *transvolasset*. ad Her. 4, 22.

b. Mehrere Composita mit Präpositionen, die den Ablativus regieren. Zum Theil bekommen diese Verba durch ihre Verbindung mit dem Accusativ eine andre Bedeutung, z. B. egredi, excedere etwas überschreiten, über etwas hinausgehen, wofür Cicero egredi extra fines sagt.

Scipio *colloquium* haud *abnuit*. L. 30, 29. Virginius orabat, ne *se*, ut *parricidam* liberum, *aversarentur*. L. 3, 50. Utinam, Cn. Pompei, cum C. Caesare *societatem* aut nunquam *coisses*, aut nunquam diremisses! C. Phil. 2, 10. Non *eos* solum *convenire* aveo, quos ipse cognovi, sed *illos* etiam, de quibus audivi et legi. C. Sen. 23. Ursi *arborem* aversi *derēpunt*. P. 8, 36. *Edormi crapulam*. C. Phil. 2, 12. Nunquam ante Ariovisti tempus exercitus populi Romani Galliae provinciae *fines egressus est*. Caes. 1, 44. *Egressus exsilium*. Tac. H. 4, 44. Historia non debet *egredi veritatem*. P. Ep. 7, 33. Hannibal cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim *angustias evadit*. L. 21, 32. cf. Drak. ad L.

2, 65, 3. Nescio, an Romani, nimis undique libertatem minimis quoque rebus muniendo, *modum excesserint*. L. 2, 4. Struthiocameli *altitudinem* equitis insidentis equo *excedunt*. P. 10, 1.

Certos mihi fines terminosque constituam, *extra quos egredi* non possim, si maxime velim. C. Quint. 10.

Not. 1. Daß diese Verba intransitiva durch die Zusammensetzung wirkliche transitiva werden, beweist der Umstand, daß die meisten derselben ein vollständiges Passivum haben: *Circumsedemur* copiis omnibus. C. Att. 15, 9. Angustias Themistocles quaerebat, ne multitudine *circumiretur*. N. 2, 3. Tamesis uno omnino loco pedibus *transiri* potest. Caes. 5, 18. Aesculapii liberorum saucii opplent porticus: non potest *adiri*. C. Tusc. 2, 16. Eumenes extremo tempore *circumventus est*. N. 18, 5.

Not. 2. Wenn diese Composita durch die Präposition nicht völlig transitive Bedeutung erhalten, oder durch den Accusativ mehr örtliche Beziehungen angedeutet werden sollen, so wird bei diesem die Präposition wiederholt oder auch eine andre gebraucht. Cf. Drak. ad L. Praef. 11. Ellendt ad C. Brut. 75, 262.

Ad me adire quosdam memini. C. Fam. 3, 10. *Ad causas* et privatas et publicas *adire* coepimus. C. Brut. 90. Nasidianas naves non conspectus patriae *ad extremum* vitae *periculum adire* cogebat. Caes. C. 2, 7. Senatus, cum mentio esset facta de Marcello, cunctus consurgebat et *ad Caesarem* supplex *accedebat*. C. Fam. 4, 4. Nunquam, iratus qui *accedet ad poenam*, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum. C. Off. 1, 25. Armati tibi obstiterunt, ne *in aedes accederes*. C. Caecin. 13. Pittacus omnino *accedere* quemquam vetat *in funus* aliorum. C. Leg. 2, 26. Quin *ad hunc Philenium aggredimur*. Plaut. Asin. 3, 3, 90. Literis lectis Sextius *ad urbem* incredibili celeritate *advolavit*. C. Sext. 4. cf. C. Att. 4, 4. Quo die primum *in spem* libertatis *ingressus sum*, eo ipso die providi multum. C. Fam. 12, 25. Lentulus postulavit, ut triumphanti sibi *invehi* liceret *in urbem*. L. 31, 20, 2. Orator *peragrat per animos* hominum. C. Or. 1, 51.

IV. Mehrere mit den Präpositionen *ad*, *circum*, *praeter*, *trans* zusammengesetzte Transitiva haben einen doppelten Accusativ bei sich, wovon der von der Präposition abhängige auch im Passivo bleibt. 129

Petreius *iusiurandum adigit Afranium*. Caes. C. 1, 76. cf. 2, 18. Legati in Graeciam missi, *Corcyram* peditum *mille* secum *advexerunt*. L. 42, 37. Allobroges *Roscillum et Aegum* Pompeius, quod erant honesto loco nati, *omnia sua praesidia circumduxit* atque ostentavit. Caes. C. 3, 61. Hannibal *nonaginta millia* peditum, *duodecim millia* equitum *Iberum traduxit*. L. 21, 23. Ubii orabant, ut Caesar *exercitum* modo *Rhenum transportaret*. Caes. 4, 16. Agesilaus *Hellespontum copias traiecit*. N. 17, 4. cf. Caes. C. 1, 55.

Aeneas Rutulum Sucronem excipit in latus, et *transadigit costas et crates pectoris ensem.* V. Aen. 12, 508.

Appellitur navis *Syracusas.* C. Verr. 5, 25. Classis *Pachynum* quinto die *appulsa est.* Ib. 33. Arminius equo collustrans cuncta, ut *quosque advectus erat*, reciperatam libertatem ostentabat. Tac. 2, 45. Quidam retulit quasi ostentum, quod anguis domi *vectem circumiectus fuisset.* C. Div. 2, 28. *Scopulos praetervecta* videtur oratio mea. C. Coel. 21. Caesar reperiebat, plerosque Belgas esse ortos ab Germanis, *Rhenumque* antiquitus *transductos.* Caes. 2, 4.

Der Deutlichkeit wegen: Caesar ab Ariovisto postulavit, ne *quam multitudinem* hominum amplius *trans Rhenum* in Galliam *transduceret.* Caes. 1, 35. cf. Drak. ad L. Praef. 11. ad 6, 29, 2, 21, 20, 9.

Not. Animum adverto ich gebe Achtung, bemerke, hat Pronomina Neutra im Accusativ oder ein Nomen mit *ad*, bei Spätern auch den Dativus; animadverto hingegen nur den Accusativus, selten mit *ad*, bei sich; animadvertere *in aliquem* heißt einen bestrafen.

Postquam *id animum advertit*, copias suas Caesar in proximum collem subducit. Caes. 1, 24. cf. 4, 12. Graev. ad C. Off. 2, 19. Drak. ad L. 24, 48, 4. mit Unrecht bestritten von Bentl. ad C. Tusc. 5, 23. In rebus acerbis acrius *advertunt animos ad religionem.* Lucret. 3, 54. Patres *animum* etiam *levissimis advertebant.* Tac. 13, 49. — Alios *tuam rem* credidisti magis, quam tete *animadversuros?* T. Phorm. 5, 1, 3. Equidem *illud* etiam *animadverto*, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur. C. Off. 1, 12. Si cui meum interpretamentum videbitur esse obscurius, *ad* ipsius (Chrysippi) *verba animadvertat.* Gell. 6, 2. Tu institueras *in eos animadvertere*, qui perperam iudicassent. C. Verr. 2. 23.

Verba transitiva können auch mit Präpositionen, die den Ablativ erfordern, noch die Rection eines Accusativs beibehalten, z. B. declinare *rem* eine Sache wegbeugen, ihr ausweichen. desinere rem etwas liegen lassen, aufgeben.

Urbem unam mihi amicissimam *declinavi.* C. Planc. 41. Ubi dicimus rediisse te, mulier *telam desinit* continuo. T. Heaut. 2, 3, 64. Si facilem populum haberem, libenter *artem* (oratoriam) *desinerem*, tecumque viverem. C. Fam. 7, 1. Sonst declinare *ab urbe a Capua.* C. Att. 14, 17. in. ad dexteram *de via* declinavi. C. Fin. 5, 2. *desine communibus locis.* C. Acad. 2, 26.

130 V. Einen doppelten Accusativus haben ferner diejenigen Verba, die neben ihrem Accusativ noch einen andern als genauer bestimmenden oder erklärenden Beisatz verlangen, weswegen dieser der Prädicatsaccusativus heißt. Im Passivo haben diese Verba eben so einen doppelten Nominativus §. 97. nämlich:

1. Die Verba machen, als *facio, efficio, reddo;* im Deutschen z. B. einen glücklich, einen zum Feinde machen.

Voluptatum perceptarum recordatio *vitam beatam facit.* C. Fin. 2, 32. Themistocles *peritissimos* belli navalis *fecit Athenienses.* N. 2, 2. *Mesopotamiam fertilem efficit* Euphrātes. C. N. D. 2, 52. Phalereus primus inflexit orationem et *eam mollem teneramque reddidit.* C. Brut. 9. *Homines caecos reddit* cupiditas et avaritia. C. S. Rosc. 35. Poeni extremo, quum prope iam ad desperationem pervenissent, *Hamilcarem imperatorem fecerunt.* N. 22, 2. Quaedam Italiae civitates *diem*, quo primum ad se venisset Augustus, *initium anni fecerunt.* Suet. Aug. 59. *Montem* Vesontionis murus circumdatus *arcem efficit.* Caes. 1, 38. Hannibal *Philippum* absens *hostem reddidit* Romanis. N. 23, 2.

Not. Das Nomen, aus welchem etwas gemacht werden soll, steht im Ablativo mit *ex*: Fortuna me, qui liber fueram, servum fecit, *e summo* infimum. Plaut. Capt. 2, 2, 55. Stellen, wie: His nunc praemium est, qui *recta prava* faciunt. T. Phorm. 5, 2, 6. kommen sehr selten vor.

2. Die Verba nennen, benennen: *voco, dico, nomino, appello, compello, nuncupo; inscribo, saluto, praedico.*

Quas stellas Graeci *cometas*, nostri *crinitas vocant.* C. N. D. 2, 5. *Iram* bene Ennius *initium dixit* insaniae. C. Tusc. 4, 23. Cato Sapiens, *cellam penariam* reipublicae nostrae, *nutricem* plebis Romanae *Siciliam nominavit.* C. Verr. 2, 2. *Summum consilium* maiores nostri *appellarunt senatum.* C. Sen. 6. Timoleontem mater non adspexit, quin *eum fratricidam impiumque compellaret.* N. 20, 2. *Iulum* gens Iulia *auctorem* nominis sui *nuncupat.* L. 1, 3. Nonnulli aliquid de oratoria arte paucis praecipiunt libellis, *eosque rhetoricos inscribunt.* C. Or. 3, 31. *Octavium* sui *Caesarem salutabant.* C. Att. 14, 12. Qui *vivum Dionem tyrannum vocitarant*, *eundem* post mortem *liberatorem* patriae, tyrannique *expulsorem praedicabant.* N. 10, 10.

Der Deutlichkeit wegen: Critognatus, Nihil, inquit, de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem *deditionis nomine* appellant. Caes. 7, 77.

3. Die Verba ernennen, erwählen zu einem Amte, als: *creo, renuntio, designo, prodo, dico, lego, capio, coopto, declaro, constituo, probo, ascisco.*

Ancum Marcium regem populus *creavit.* L. 1, 32. Claudius *neminem* ultra mensem, quo obiit, *consulem designavit.* Suet. Claud. 46. Brutus consul *collegam* sibi comitiis centuriatis *creavit P. Valerium.* L. 2, 2. Precatus sum illo die, quo auspicato, comitiis centuriatis, *L. Murenam consulem renuntiavi.* C. Mur. 1. Interrex creatur M. Furius.

Camillus, qui *P. Cornelium Scipionem interregem prodidit.* L. 5, 31. *Dictatorem* Albini *Mettum Fuffetium creant.* L. 1, 23. Consul *dictatorem* comitiorum causa *T. Manlium Torquatum* ex auctoritate senatus *dixit.* L. 7, 26. Amulius fratris filiae, Rheae Silv e, quum *Vestalem eam legisset,* perpetua virginitate spem artus adimit. L. 1, 3. Si volo augurium optime tenere, ecquis *me* ob eam rem *augurem capiat?* Gell. 1, 12. *Vestalem capere aliquam.* Ibid. *Virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis.* L. 23, 3. cf. Suet. Aug. 27. *Ciceronem* universa civitas *consulem declaravit.* C. Pis. 1. cf. C. Agr. 2, 2, 4. Caesar *Cavarinum* apud Senones Gallos *regem constituerat,* Caes. 5, 54. Galli ad unum omnes *Vercingetorigem probant imperatorem.* Id. 7, 63. Campani *me patronum unum asciverant.* C. Pis. 11.

Not. Ist das, wozu einer erwählt wird, nicht Apposition, so wird es im Dativ ausgedrückt, §. 120, 2. oder auch mit *ad* und *in.* Ego praedico, loca pacata me *ad hibernacula* lecturum. L. 40, 35. Ancus Marcius centum *in Patres legit,* qui deinde minorum gentium sunt appellati. L. 1, 35.

4. Das Verbum *habeo* haben, z. B. Jemand zum Freunde oder an Jemand einen Freund haben, und für etwas halten, und so *perhibeo, iudico, duco, puto, arbitror, existimo, numero, cognosco.*

Epaminondas philosophiae *praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoreum.* N. 15, 2. Cato *Valerium Flaccum* in consulatu censuraque *habuit collegam.* N. 24, 1. cf. C. Off. 1, 40, 144. Tarquinium dixisse ferunt, exsulantem se intellexisse, *quos fidos amicos habuisset, quos infidos.* C. Lael. 15,

Natura insculpsit in mentibus nostris, ut *deos aeternos* et *beatos haberemus.* C. N. D. 1, 17. *Fulmen sinistrum auspicium optimum habemus* ad omnes res, praeterquam ad comitia. C. Div. 2, 35. Bene qui coniiciet, *vatem hunc perhibebo optimum.* C. Div. 2, 5. *Socratem* Apollo *sapientissimum iudicavit.* C. Lael. 2. Timoleon *eam praeclaram victoriam ducebat,* in qua plus esset clementiae, quam crudelitatis. N. 20, 2. Nemo credit, nisi ei, *quem fidelem putat.* C. S. Rosc. 39. Socrates totius mundi *se incolam et civem arbitrabatur.* C. Tusc. 5, 37. Mihi quidem stultius nihil videtur, quam *existimare eum studiosum* tui, quem non noris. C. Petit. 7. Atticus *maximum existimavit quaestum,* memorem gratumque videri. N. 25, 9. Ubi illi tot dii, si *numeramus* etiam *coelum deum?* C. N. D. 1, 13. *Me* tuae dignitatis

non modo *fautorem*, sed etiam *amplificatorem cognosces*. C. Fam. 10, 12.

Not. 1. Die Frage Wozu? wird bei habeo, wo keine Apposition Statt findet, durch *ad* ausgedrückt, und Für was? auch bei *duco*, *puto*, durch (*in*) *numero*, *loco* und durch *pro* mit dem Ablativo, doch mit dem Unterschied der Bedeutung: habere aliquem amicum heißt einen zum (wirklichen) Freunde haben, pro amico einen für einen Freund gelten lassen, oder wie einen Freund behandeln. Drak. ad L. 5, 17, 7. Oft wird hierdurch Zweideutigkeit vermieden.

Romulus trecentos armatos *ad custodiam corporis* habuit. L. 1, 15.

Agesilaus praedicabat, mirari se, non *sacrilegorum numero* haberi, qui supplicibus deorum nocuissent. N. 17, 4. Germani *deorum numero* eos solos ducunt, quos cernunt, et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam. Caes. 6, 21. cf. C. Fam. 13, 62. Zeno neque Jovem, neque Junonem *in deorum* habet *numero*. C. N. D. 1, 14. cf. C. Verr. 4, 19, 41. Caesar Pollionem, modo cognitum, *vetustissimorum familiarium loco* habuit. C. Fam. 10, 31. Ne id, quod petas, *in mercedis* potius, quam *beneficii loco* numerare videaris. C. Fam. 2, 6. cf. C. Inv. 2, 49, 144. Ariovistus Caesari respondit, nisi exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non *pro amico*, sed *pro hoste* habiturum. Caes. 1, 44. cf. Drak. ad L. 5, 17, 8. An *pro nihilo* id putas? C. Fam. 10, 26. cf. C. Mil. 24. Quid stultius, quam incerta *pro certis* habere, falsa *pro veris*? C. Sen. 19. Galli levem auditionem habent *pro re comperta*. Caes. 7, 42.

Beispiele wie: Multi saepe versutos homines et callidos admirantes, *malitiam sapientiam* iudicant. C. Off. 2, 3. Scis, Cnaeus quam sit fatuus: scis, quomodo *crudelitatem virtutem* putet. C. Fam. 15, 19. sind nicht häufig.

Not. 2. Bei diesem Prädicatsaccusativ steht bisweilen noch esse: Timotheus patriae *sanctiora iura*, quam hospitii, *esse* duxit. N. 13, 4.

5. Die Verba *praebeo*, *praesto*, *exhibeo*, *impertio me* ich beweise mich, zeige mich.

Te magnopere, M. Fanni, quaeso, ut, *qualem te* iam antea populo Romano *praebuisti iudicem*, *talem te* et nobis et populo Romano hoc tempore *impertias*. C. S. Rosc. 4. Bene de me meritis *gratum me praebeo*. C. Planc. 38. *Eum* semper *te* et privatis in rebus et publicis *praestitisti*, tuenda tibi ut sit gravitas, et constantiae serviendum. C. Fam. 5, 16. Cn. Pompeius *se auctorem* meae salutis *exhibuit*. C. Sext. 50.

6. Mehrere andre Verba, die bisweilen einen solchen Prädicatsaccusativ erfordern, der im Deutschen mit zu oder als übersetzt wird, z. B. *do*, *tribuo*, *sumo*, *peto*, *pono*, *adiungo* etc.

Lacedaemonii regibus suis *augurem assessorem dederunt*. C. Div. 1, 43. Caesar *fortissimos viros antesignanos centuriones* classi *attribuerat*. Caes. C. 1, 57. Atheniensibus Py-

thia praecepit, ut *Miltiadem* sibi *imperatorem sumerent*. N. 1, 1. Artaxerxes *Iphicratem* ab Atheniensibus *petivit ducem*. N. 11, 2. Te ipsum frustraberis, si non *Hannibalem* in eo bello *principem posueris*. N. 23, 2. Homerus principibus heroum *certos deos*, periculorum *comites adiunxit*. C. N. D. 2, 66. Rutilius *populum Romanum tutorem instituit* filiorum suorum orbitati. C. Or. 1, 53. *Laelium Decimum cognovimus virum bonum* et non *illiteratum*. Ib. 2, 6. Philippus *Aristotelem* Alexandro filio *doctorem accivit*. Ib. 3, 35. *Tiresiam sapientem fingunt* poetae; at vero *Polyphemum* Homerus *immanem ferumque finxit*. C. Tusc. 5, 39. Quos ait Caecilius — comicos stultos senes, *hos significat credulos, obliviosos, dissolutos*. C. Sen. 11.

131 VI. Die Verba: *celo; doceo, edoceo, dedoceo; rogo, oro, posco, reposco, flagito, interrogo, exquiro, consulo, percontor* haben einen Accusativ der Person und einen der Sache, nicht nur einzeln, sondern auch neben einander bei sich.

1. *Celare aliquem aliquid* (κρύπτειν τινά τι) und *aliquem de re* einem etwas verheelen.

Non *te celavi sermonem* Ampii. C. Fam. 2, 16. Eumenes *iter*, quod habebat, *omnes celat*. N. 18, 8. Dictator *de magistro equitum militem celavit*. L. 9, 23. cf. C. Deiot. 6. extr. Verr. 4, 12, 29.

So auch im Passivo; der Dativus personae ist selten: Non *est* profecto *de illo veneno celata* mater. C. Cluent. 66. Credo *celatum esse Cassium de Sulla uno*. C. Sull. 13. *Id Alcibiadi* diutius *celari* non potuit. N. 7, 5.

2. *Doceo, edoceo* ich lehre, *dedoceo* ich mache, daß einer etwas verlernt (διδάσκω τινά τι).

Quis *musicam docuit Epaminondam?* N. Praef. Eloquentia efficit, ut et *ea*, quae scimus, *alios docere* possimus. C. N. D. 2, 59. Quid nunc *te literas doceam?* C. Pis. 30. Catilina *iuventutem*, quam illexerat, multis modis *mala facinora edocebat*. Sall. C. 16. Democritus nunquam putavisset, aliquid esse minimum, si a Polyaeno geometriam discere maluisset, quam *illam* etiam *ipsum dedocere*. C. Fin. 1, 6.

Not. a. Im Passivo sagte man: doceor *re*, auch *pauca, omnia*, seltner doceor *rem* und doceo *re*: außerdem steht die Sache im Infinitiv. Docere aliquem *de re* heißt einem Kenntniß von etwas verschaffen, Nachricht geben, und so im Passivo: doceri *de re*.

D. Brutus fuit homo et *Graecis doctus literis* et *Latinis*. C. Brut. 47. Atticus erat *doctus* Hermagorae *praeceptis*. Ib. 78. Cicero per legatos *cuncta edoctus*. Sall. C. 45. cf. O. Fast. 4, 418. L. Marcius, eques Romanus, sub Cn. Scipionis disciplina *omnes militiae artes edoctus fuerat*. L. 25, 37. cf. L. 6, 32, 7.

Socratem *fidibus docuit* nobilissimus fidicen; is connus vocitatus est. C. Fam. 9, 22. *fidibus* sc. canere. Dionysius, ne tonsori collum committeret, *tondere* filias suas *docuit*. C. Tusc. 5, 20. Equidem soleo dare operam, ut *de sua* quisque *re* me ipse *doceat*. C. Or. 2, 24. Caesar praemittit ad Boios, qui *de suo adventu doceant*. Caes. 7, 10. Chrysogonus mori malebat, quam *de his rebus* Sullam *doceri*. C. S. Rosc. 9.

b. Die übrigen Verba dieser Art: erudio, instruo, imbuo, instituo, informo stehen mit dem Ablativ der Sache oder mit *in*, z. B. Iphicrates exercitum *omni disciplina militari erudivit*. N. 11, 2. *His in rebus* iam te usus ipse *erudivit*. C. Q. Fr. 1, 1, 5. Obviae mihi velim sint literae tuae, quae me *erudiant de omni re publica*, ne hospes plane veniam. C. Fam. 2, 12. (Nachricht geben). Artes, *quibus* aetas puerilis ad humanitatem *informari* solet. C. Arch. 3.

3. Bei den Verbis: *rogo, oro* ich bitte; *posco, reposco, postulo, flagito* ich fordere; *rogo, interrogo, consulo, percontor* ich frage, forsche, stehen neben dem Accusativus der Person die Pronomina neutrius generis *hoc, id, illud, quod, quid*, seltner der Accusativus eines *Substantivi*, zur Bezeichnung der Sache. In diesem letztern Fall wird statt des einen von beiden Accusativen der Ablativus mit einer Präposition gebraucht.

a. bitten, wie αἰτεῖν τινά τι: *Hoc te* vehementer, mi Cornifici, *rogo*. C. Fam. 12, 27. cf. 13, 43. *Illud te oro*, ut in numero tuo diligentissimus sis. C. Q. Fr. 1, 1, 16. Meo iure *te hoc beneficium rogo*: nihil enim non tua causa feci. Antonius in C. Att. 14, 13. Achaei quoque *auxilia Philippum regem orabant*. L. 28, 5. Nunquam *divitias deos rogavi*. Martial. 4, 77, 1. Quod *me de faciendis versibus rogas*, incredibile est, quam egeam tempore. C. Q. Fr. 3, 5.

Sonst *te rogo, te oro*, ut — C. Q. Fr. 1, 2, 3. Quintius *te hoc obsecrat*, ut. C. Quint. 31. cf. T. Heaut. 4, 1, 31. und: Lex in amicitia sanciatur, ut neque *rogemus res turpes*, nec faciamus rogati. C. Lael. 12. wie precor, obsecro *aliquem*, und precor *rem*; hoc *a te* rogo, oro, exoro, obsecro, deprecor, quaeso, wie peto, precor. §. 123. *Deos precari*, venerari atque implorare debetis, ut urbem defendant. C. Cat. 2, 23.

b. fordern: Verres *parentes pretium* pro sepultura liberûm *poscebat*. C. Verr. 1, 5. cf. 1, 17. pr. 34. pr. 48. fin. L. 27, 24. extr. Hor. C. 1, 24, 12. Stat. Theb. 1, 541. Legati Ennenses haec habebant mandata, ut ad Verrem adirent et *eum simulacrum* Cereris et Victoriae *reposcerent*. C. Verr. 4, 51. cf. Plaut. Aul. 4, 10, 33. V. Aen. 7, 606. *Orationes me duas postulas*. C. Att. 2, 7. in. Quotidie Caesar *Aeduos frumentum*, quod essent polliciti, *flagitabat*. Caes. 1, 16.

Haec sunt illa, *quae me* ludens Crassus *flagitabat.* C. Or. 2, 45. Passiv, Apollo *poscitur verba.* Prop. 4, 2, 74. cf. O. Met. 1, 137.

Sonst posco, reposco, postulo, flagito, efflagito, contendo *rem ab aliquo*, z. B. *Quid* acta tua vita, *quid* studia, *quid* artes *a te flagitent*, tu videbis. C. Fam. 4, 13. cf. 3, 11, 12. Non dubito, quin *a me contendat* Trebatius, ad urbem veniam. C. Att. 9, 17. Exigo *rem ab*, *ex aliquo:* Staberius *obsides ab Apolloniatibus exigere* coepit. Caes. C. 3, 12. *Exigerem ex te*, cogeremque, ut responderes. C. Fin. 2, 35.

c. fragen, forschen, sich erkundigen; hier nur rogare, interrogare *aliquem sententiam* und rogari *sententiam* (ἐρωτᾶν, ἔρεσθαί τινά τι): Racilius de privatis *me primum sententiam rogavit.* C. Q. Fr. 2, 1. Factum est senatus consultum, ut *duo viros aediles* ex Patribus dictator *populum rogaret.* L. 6, 42. cf. 3, 65, 4. Erat consuetudo, ut quem ordinem *interrogandi sententias* consul Kalendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conservaret. Suet. Caes. 21. Scito, me non *esse rogatum sententiam.* C. Att. 1, 13. cf. L. 37, 14, 5. Hannibal, *interrogatus sententiam*, in universi belli cogitationem Antiochum regem avertit. L. 36, 7. *Pusionem quendam* Socrates *interrogat quaedam geometrica* de dimensione quadrati. C. Tusc. 1, 24. Non *te id consulo.* C. Att. 7, 20. Ibo et *consulam hanc rem amicos*, quid faciundum censeant. Plaut. Menaech. 4, 3, 26. Sunt, *quae te* volumus *percontari.* Plaut. Pseud. 1, 5, 47. Forte *meum* si quis *te percontabitur aevum;* me quater undenos sciat implevisse Decembres. H. Ep. 1, 20, 26.

Sonst rogo, interrogo, consulo, percontor *aliquem de re:* Iam *de istoc rogare* omitte. Plaut. Pers. 4, 4, 90. Visne, ut *te eisdem de rebus* Latine *interrogem?* C. Part. 1. *De ritibus patriis consuluerunt* Athenienses *Apollinem Pythium.* C. Leg. 2, 16. Ego *Masinissam de suo regno*, ille *me de nostra re publica percontatus est.* C. Somn. 1. und: Rogare *rem de aliquo;* quaero, exquiro, percontor, scitor, sciscitor *rem ab*, *ex aliquo:* Memoriter respondeto ad ea, *quae de te ipso rogaro.* C. Vatin. 4. Caesar Liscum retinet: *quaerit ex solo ea*, quae in conventu dixerat. *Eadem secreto ab aliis quaerit:* reperit esse vera. Caes. 1, 18. *Ex te causas* divinationis *exquirebam.* C. Div. 2, 20. *A te nihil* dum certi *exquiro*, sed quid videatur. C. Att. 7, 12. Solebat *ex me* Deiotarus *percontari* nostri augurii *disciplinam*, ego *ex illo* sui. C. Div. 2 36. cf. Plaut. Asin. 2, 4, 45. *Scitari* libet *ex ipso* quaecunque refers. H. Ep. 1, 7, 60.

Not. Rogare, interrogare *aliquem sacramento* heißt einen fragen, ob er zur Fahne schwören, d. i. Soldat werden will: Pompeius, *quos* ex Cisalpina Gallia Consulis *sacramento rogaverat*, ad signa convenire iussit. Caes. 6, 1. cf. Liv. 32, 26. 35, 2. 40, 26. Fest. v. Sacramento; so miles dicit sacramentum und sacramento. Caes. C. 1, 23. 86.

Quaero *te* ich suche dich, *rem* und *de re* wegen etwas Untersuchung anstellen, *de aliquo in aliquem* Jemand wegen eines peinlich befragen. *Te ipsum quaerebam*, Chreme. T. Heaut. 4, 8, 3. Praetor proficisci ad eam *coniurationem quaerendam* atque opprimendam iussus est. L. 32, 26. Clodii *de morte*, tanquam *de caerimoniis violatis, quaeritur*. C. Mil. 22. Maiores nostri *in dominum de servo quaeri* noluerunt. Ibid.

Ueber die Verba moneo, admoneo, commoneo, commonefacio vergl. oben §. 111. Hierher gehört nur noch hortor in der Stelle: Equidem *pacem hortari* non desino. C. Att. 7, 14. wofür sonst *ad rem* oder *de re* gebraucht wird.

VII. Bei Verbis intransitivis und Passivis steht ein Accusativus in folgenden Fällen: 132

1. Wenn ein Nomen abstractum mit einem Beiwort oder mit starkem Accent wie im Sinne eines Adverbii seinem Stammwort zur genauern Bestimmung beigefügt wird.

Mirum somniavi somnium. Plaut. Rud. 3, 1, 5. Ego vestros patres *vivere* arbitror, et *eam* quidem *vitam*, quae est sola vita nominanda. C. Sen. 21. Cur isti decemviri non *eosdem cursus, quos* L. Cotta, L. Torquato consulibus, *cucurrerunt?* C. Agr. 2, 17. Valerius Messala absolutus est. Postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto, ut *suum gaudium gauderemus*. C. Fam. 8, 2. Magna voce *iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum, quod* populus idem magna voce me vere *iurasse* iuravit. C. Fam. 5, 2. *Has* ego argumentorum *notavi notas*. C. Or. 2, 41. cf. 1, 55, 235. Zeno praecipit, solos sapientes esse, si *servitutem serviant*, reges. C. Mur. 29. scil. *infimam*. Vide, ne *facinus facias*, cum mori suadeas. C. Fin. 2, 29. sc. *pessimum*.

Siccius Dentatus *triumphavit* cum imperatoribus suis *triumphos novem*. Gell. 2, 11. Hannibal in Apulia duos exercitus uno proelio fugavit. Hac *pugna pugnata*, Romam profectus est. N. 23, 4. 5.

Not. So βιὸν βιόω, δρόμον τρέχω, ἥδομαι ἡδονάς etc. Römisch steht dafür der Ablativus: Novo et *alieno ornatu* vis *ornare* iuris civilis scientiam. C. Or. 1, 55. Papirius dictator *triumphavit* insigni *triumpho*. L. 10, 46. *Laetamur* amicorum *laetitia* aeque ut nostra. C. Fin. 1, 20.

Oder auch ein Nomen von verwandter Bedeutung: Inter

alia prodigia *carnem pluit* *). L. 3, 10. Claudius *aleam* **) studiosissime *lusit*. Suet. Claud. 33. Nero sub exitu vitae palam voverat, *saltaturum* se Virgilii *Turnum* ***). Id. Ner. 54. cf. Auson. Epigr. 84. 85. Curios simulant et *Bacchanalia vivunt*. Iuvenal. 2, 2.

2. Wenn der Accusativus den veranlassenden Gegenstand bezeichnet, wie bei mehreren Verbis der Affecten und andern Intransitivis, wo sonst der Ablativus mit und ohne *de*, oder eine andre Präposition steht. So im Deutschen: ich traure über dich, und ich betraure dich; an einem Orte wohnen, und einen Ort bewohnen.

a. *Utrumque* †) *laetor*, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse. C. Fam. 7, 1. Multi cives me defenderunt, quia *meum casum luctumque* ††) *doluerunt*. C. Sext. 69. Elysius quidam graviter filii *mortem maerebat* †††). C. Tusc. 1, 48. cf. C. Fam. 14, 2. Adparuit causa plebi, *suam vicem indignantem* 1) Valerium magistratu abisse. L. 2, 31. *Mirari* satis hominis *negligentiam* non queo. C. Att. 10, 5. Grammaticus non *erubescit soloecismum* 2), si sciens facit; erubescit, si nesciens. S. Ep. 95. Si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti videntur, deorum tamen *horrent conscientiam* 3). C. Fin. 1, 16. Vel magistri equitum *virgas ac secures* dictatoris *tremere* atque *horrere* solent. L. 22, 27. *Formosum* pastor Corydon *ardebat Alexin*. V. Ecl. 2, 1. Roma acceperam literas, Milonem *queri* per literas *iniuriam meam* 4). C. Att. 5, 8. cf. Caes. 1, 39. *Virtutem istam*, veniet tempus, cum graviter *gemes*. Ib. 2, 19. Nemo tam ferus fuit, quin Alcibiadis *casum lacrimarit*. N. 7, 6. Necata est anus Vitia, quod filii *necem flevisset* 5). Tac. 6, 10. *Risi nivem atram* 6). C. Q. Fr. 2, 13. cf. C. Fam. 2, 9

---

*) st. pluviam carneam (carne) pluit, wie ὕειν ὕδωρ, cf. Drak. ad L. 22, 1, 8.

**) i. e. ludum aleatorium, wie παίζειν παλαιστήν, statt alea.

***) i. e. saltationem Turni.

†) statt utroque.

††) statt meo casu luctuque.

†††) sonst re, de re.

1) Indignari rem gewöhnlich.

2) statt soloecismo, de, in soloecismo.

3) so gewöhnlich §. 123.

4) statt de iniuria. C. Fam. 1, 4. Caes. 4, 8.

5) mehr poetisch, statt de nece. C. Verr. 1, 30, 76. gewöhnlicher deflere, deplorare *rem*.

6) de haeres. C. Att. 14, 14. in.

Commissa tacere *) qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romano, caveto. H. S. 1, 4, 84. Nec *honores sitio*, nec desidero gloriam. C. Q. Fr. 3, 5. cf. C. Phil. 5, 7, 20.

Hierher gehören die Verba riechen, schmecken nach etwas: Magis laudatur unguentum, quod *ceram*, quam quod *crocum olere* videtur. C. Or. 3, 25. cf. Iuvenal. 5, 86. Definitio genere ipso *doctrinam redolet*. Ib. 2, 25. In Hispania multa in spartariis mella *herbam eam sapiunt*. P. 11, 8. Haud tibi vultus mortalis, nec vox *hominem sonat*. V. Aen. 1, 328.

b. *Exsequias* Chremeti, quibus est commodum, *ire* **) tempus est. T. Phorm. 5, 8, 37. Hoc nemo *eat infitias* ***), Thebas, quamdiu Epaminondas praefuerit rei publicae, caput fuisse totius Graeciae. N. 15, 10. Si Xerxes, quum tantis classibus, tantisque copiis *mare ambulavisset*, *terram navigasset*, mel se auferre ex Hymetto voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus. C. Fin. 2, 34. Qui *stadium currit* †), eniti et contendere debet, ut vincat. C. Off. 3, 10. De natura Deorum Cotta sic disputat, ut hominum non deleat religionem, credo, ne *communia iura migrare* ††) videatur. C. Div. 1, 5. Fratrem Pollux alterna morte redemit, *itque reditque viam* †††) toties. V. Aen. 6, 121. Rogo, ut de his rebus, *quas* tecum *colloqui* [1]) volo, annum mihi temporis des. N. 2, 9. Multi *Catilinam atque illa portenta loquebantur*. C. Mil. 23. cf. C. Att. 9, 2. sub fin. 9, 12. Tac. H. 1, 50. *Ea*, quae disputavi, *disserere* malui, quam iudicare. C. N. D. 3, 40. Aquillius *iuravit morbum* [2]). C. Att. 1, 1. Quomodo tibi placebit, *Iovem lapidem iurare* [3]), cum scias, Iovem iratum esse nemini posse? C. Fam. 7, 12. cf. Gell. 1, 21. Fest. v. Lapidem.

3. Bei andern *Intransitivis* muß der transitive Begriff erst durch ein Supplement oder durch Auflösung hineingetragen wer-

---

*) de rebus. C. Verr. A. 1, 9, 27. So sileo *rem* und *de re*.
**) Gewöhnliche Formel, auch pompam funeris ire. O. Fast. 6, 663. (st. obire).
***) Das mag wohl Niemand leugnen.
†) statt in stadio currit.
††) Wie egredi fines, überschreiten.
†††) Wie ὁδὸν πορεύεσθαι, βαίνειν, nur bei Dichtern.
1) Wie διαλέγονται τὰ πράγματα. Xenoph. M. 5, 4. besprechen, st. de quibus. So loqui *rem* etwas im Munde führen, *de re* von etwas reden.
2) Schwur, er sey krank.
3) So iurare *aras*. Iuvenal. 3, 144. *Stygiam paludem*, *terram*, *Ianum*, etc. V. Aen. 6, 325. 12, 197. sonst *per Iovem*. C. Acad. 2, 20, 65.

den, um den beigefügten Accusativ zu erklären (*Verba praegnantia*).

Philaeni maturavere *iter pergere* †). Sall. I. 79. *Perge reliqua* ††): gestio enim scire omnia. C. Att. 4, 11. Hunc librum lege convivis tuis, si me amas, hilaris et bene acceptis, ne in me *stomachum erumpant* †††), cum sint tibi irati. C. Att. 16, 3. Germanicus expeditum exercitum in Cattos rapit: nam (rarum illi coelo) *inoffensum iter properaverat* *). Tac. 1, 56. cf. 2, 22. Tigellius *noctes vigilabat* ad ipsum mane. H. S. 1, 3, 17. Adspicies illic positos ex ordine libros, *quos* studium *cunctos evigilavit* **) idem. O. Trist. 1, 1, 107. Quae nova causa in natura est, quae *declinet atomum* ***). C. Fat. 20.

Daher auch im Passivo: Mille naves sufficere visae *properataeque*. Tac. 2, 6. Quam expedita tua consilia, quam *evigilata* tuis cogitationibus! C. Att. 9, 12.

4. Im Accusativ steht ferner der Gegenstand, den ein Zustand angeht, oder der bei einem Zustande vorzüglich in Betrachtung kommt, bei Verbis, Participiis statt des gebräuchlichern Ablativs, wo der Deutsche an oder in Ansehung braucht. Am häufigsten kommt dieses bei Dichtern vor.

a. Decius M. Livium pontificem *praeire* iussit *verba* [1]), quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. L. 10, 28. Equus, si qua sonum procul arma dedere, stare loco nescit; micat auribus et *tremit artus* [2]). V. G. 3, 84. Voluisti *magnum* agri *modum censeri*. C. Flacc. 32. cf. Gron. Obss. IV, 3. fin. Artabanus, ubi data fides a legatis, reddendae dominationi venisse, *adlevatur animum* [3]). Tac. 6, 43. Scilicet *ingenium* placida *mollimur* ab arte, et studio mores convenienter eunt. O. Art. 3, 545. Daphne pul-

---

†) sc. ire, oder st. persequi.
††) sc. dicere.
†††) erumpere iram diu coercitam in hostes. L. 38, 7, 13. hervorbrechen lassen.
*) Er hatte beschleunigt, statt properando oder properanter fecerat.
**) i. e. vigilando confecit. So societatem coisses st. coeundo fecisses, oben §. 128, b.
***) i. e. faciat, ut atomus declinet.
1) Voraus zu geben in Ansehung der Worte, d. i. ihm die Formel vorzusagen.
2) Es zittert an den Gliedern.
3) Bekommt Muth, wie im Activo: adlevare animum alicuius Jemands Muth aufrichten.

chra verecundo *suffunditur ora* rubore. O. Met. 1, 484. Virgo *inficitur teneras* tota rubore *genas*. Tibull. 3, 4, 31.

b. Collis *frontem* leniter *fastigatus* paulatim ad planitiem redibat. Caes. 2, 8. Hannibal dum murum Sagunti incautius subit, *adversum femur* tragula graviter *ictus* cecidit. L. 21, 7. cf. Gron. ad Tac. H. 1, 42. Hannibal in castra rediit, tacita cura *animum incensus*, quod cum duce, haudquaquam Flaminio simili, futura sibi res esset. L. 22, 12. Septem et viginti virgines, *longam indutae vestem*, carmen in Iunonem reginam canentes ibant. L. 27, 37. Arminius impetu equi pervasit (hostes), *oblitus faciem* suo cruore, ne nosceretur. Tac. 2, 17. Domitianus sacellum Iovi Conservatori aramque posuit, *casus suos* in marmore *expressam*. Tac. H. 3, 74.

c. Stupentes tribunos et *suam* iam *vicem anxios* liberavit onere consensus populi Romani. L. 8, 35. Germanorum feminae *nudae brachia* ac *lacertos*. Tac. G. 17.

Not. Bisweilen zeigt ein solcher Accusativus den Gegenstand an, der bei dem folgenden ganzen Satz oder Gedanken in Betrachtung kommt. Im Deutschen wird dieser Accusativus durch was anlangt, was betrifft, übersetzt.

Animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris: haec enim etiam dicimus vivere. C. Tusc. 1, 24. *Quod tempus*, ut sacrificiorum libamenta serventur, diligenter habenda ratio intercalandi est. C. Leg. 1, 12. So: *quae*. C. Or. 1, 12, 53. Orell.

5. Hierher gehören die sehr gewöhnlichen Accusative: *magnam partem*, *maximam partem*, *partim* (für partem), *vicem*, *id genus*, *omne genus*, *summum*, *minimum*, *cetera*, *reliqua*, die man durch in Ansehung, was betrifft erklären kann; *hoc*, *id*, *illud aetatis*; ferner *hoc*, *id*, *illud*, *quid*, *quod*, *aliquid*, *nihil* in der Bedeutung wegen, wozu.

a. *Magnam partem* *) ex iambis nostra constat oratio. C. Or. 56. Suevi non multum frumento, sed *maximam partem* lacte atque pecore vivunt. Caes. 4, 1. Sunt loca publica urbis, sunt sacella, quae maiores in urbe *partim* **) periculi perfugia esse voluerunt. C. Agr. 2, 14. Artificiosum divinandi genus constat *partim* ex coniectura, *partim* ex observatione diuturna. C. Div. 2, 11. Adnisurus pro se quisque est, ut, quum *suam vicem* functus officio sit, parentum etiam patriaeque expleat desiderium. L. 1, 9. cf. C. Att. 10, 8. Drak. ad

---

*) Großentheils.
**) zum Theil.

L. 1, 9, 15. 1, 25, 6. Est quiddam, quod sua vi nos allicit ad sese, trahens sua dignitate; *quod genus* ***) virtus, scientia, veritas est. C. Inv. 2, 52. cf. 1, 19, 27. 2, 21, 35. 22, 67. Scis me orationes, aut aliquid *id genus* solitum scribere. C. Att. 13, 12. Pavones pascuntur *omne genus* obiecto frumento, maxime hordeo. Varr. R. R. 3, 6. A te bis terve *summum* †) literas, et eas perbreves accepi. C. Fam. 2, 1. Cogitabam in haec Puteolana et Cumana regna renavigare: o loca *cetera* quam valde expetenda! C. Att. 14, 16. Tarquinium, virum *cetera egregium*, secuta etiam regnantem ambitio est. L. 1, 35. *Cetera* assentior Crasso. C. Or. 1, 9. *Reliqua*, ita mihi salus aliqua detur, potestasque in patria moriendi, ut me lacrimae non sinunt scribere. C. Q. Fr. 1, 3.

Eben so gewöhnlich sind aber auch magna ex parte, magna parte, vice, ad summum, eius generis; auch: Numidae, *magna pars* agrestes, Romanum equitatum non sustinuere. L. 30, 8.

b. Id nobis oneris, hominibus *id aetatis* ††), imponitur. C. Or. 1, 47. Galba erat negligentior, quam conveniret principi electo atque *illud aetatis*. Suet. Galb. 14. *Quid* tibi ego *aetatis* videor. Plaut. Merc. 2, 2, 19. Ambulationem postmeridianam confecimus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba *id temporis* vacuus esset. C. Fin. 5, 1. Romanorum nemo *id auctoritatis* aderat. Tac. 12, 18.

c. Valde *id* †††), credo, laborandum est, ne nostra cessatio vituperetur. C. Fam. 9, 3. *Id* ne estis auctores mihi? T. Ad. 5, 8, 16. Me *haec* tua platanus admonuit. C. Or. 1, 7. Illud vereor, ne tibi Deiotarum succensere *aliquid* suspicere. C. Deiot. 13. A me consilium petis, *quid* *) tibi sim auctor, in Siciliane subsidas, an ad reliquias Asiaticae negotiationis proficiscare? C. Fam. 6, 8. Q. Fabius Maximus moritur, exactae aetatis, si quidem verum est, augurem duos et sexaginta annos fuisse, *quod* quidam auctores sunt. L. 30, 26. A Fimbria quaerebatur, *quid* **) tandem accusaturus esset eum, quem dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset. C. S. Rosc. 12. Si apud te plus auctoritas mea valuisset, nihil sane esset, *quod* nos poeniteret. C. Q. Fr. 1, 2, 2. Vigila *illud* ***), quod facile est, ne quid mihi temporis proro-

***) statt cuius generis, und von dieser Art.
†) Höchstens, cf. Garat. ad C. Mil. 5. (9) p. 77.
††) so alten Leuten. cf. Garat. ad C. Mil. 10. p. 100.
†††) statt in eo.
*) statt cuius oder utrius.
**) statt propter quid, wie (διὰ) τί.
***) statt ad illud.

getur. C. Fam. 2, 10. De Q. Fratre *nihil* ego te accusavi. C. Fam. 14, 1. Legati Romani Thebas adierunt. Thebani *nihil* moti sunt: quamquam *nonnihil* succensebant Romanis. L. 42, 46.

VIII. Die Impersonalia 1. *poenitet*, *piget*, *pudet*, *taedet*, *miseret*, *veritum est*, haben den Accusativus als Casus der Person bei sich, die der Zustand angeht, als: poenitet *me* es gereuet mir, ich bereue, piget *me* es ist mir verdrießlich, es grauet mir vor etwas, pudet *me* ich schäme mich, taedet *me* es ekelt mir, miseret *me* es jammert mich, ich habe Mitleiden, veritum est *me* ich habe mich gescheuet. Den Gegenstand des Affects bezeichnet dabei der Genitivus. Vergl. §. 113. 133

2. *Iuvat*, *delectat* es ergötzt, *fallit*, *fugit*, *praeterit* es täuscht, entgeht, *latet* es ist unbekannt, haben den Accusativus der Person als leidenden Gegenstand, den sie als persönliche Verba zu sich nehmen, z. B. fallit, fugit, praeterit *me* ich weiß nicht, es fällt mir nicht ein, non praeterit *me* ich weiß wohl u. s. w.

Te hilari animo esse, valde *me iuvat*. C. Q. Fr. 2, 18. *Me* magis de Dionysio *delectat*. Ibid. Nos, nisi *me fallit*, iacebimus. C. Att. 14, 12. Non *me fugit*, vetera exempla pro fictis fabulis iam haberi. C. Verr. 3, 78. Non *te fugit*, qui plurimis benigne fecisti, quam multi grati reperiantur. C. Fam. 13, 67. *Neminem* vestrum *praeterit*, omnem utilitatem opportunitatemque Siciliae consistere in re frumentaria maxime. C. Verr. 3, 5. Non *me praeterit*, usum esse optimum dicendi magistrum. P. Ep. 6, 29.

Not. *Decet* es geziemt, *dedecet* es ist unschicklich als Impersonalia (vgl. §. 127.), und *oportet* es muß; man muß, haben nie einen Accusativ allein bei sich, sondern nur den Infinitivus oder Accus. cum Infinitivo, und oportet, wenn Zweideutigkeit vermieden werden soll, auch den Conjunctiv.

Nulla gens est, quae non, etiamsi ignoret, qualem *habere* deum *deceat*, tamen habendum sciat. C. Leg. 1, 8. *Oratorem irasci*, minime *decet*; *simulare* non *dedecet*. C. Tusc. 4, 25. *Decet*, verecundum *esse adolescentem*. Plaut. Asin. 5. 1, 7. Omnes leges ad commodum reipublicae *referre oportet*, et eas ex utilitate communi interpretari. C. Inv. 1, 38. Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, *eum oportet* amnem *quaerere* sibi. Plaut. Poen. 5, 3, 14. In omni vita sua *quemquam* a recta conscientia transversum unguem non *oportet discedere*. C. Att. 13, 20. Docet ratio mathematicorum, *quam* Chaldaeis notam *esse oportebat*, quanta humilitate luna feratur. C. Div. 2, 43. Me ipsum *ames oportet*, non mea, si veri amici futuri sumus. C. Fin. 2, 26. Suis te *oportet* illecebris *ipsa virtus trahat* ad verum decus. C. Somn. 7. Novi ego vos magnos patronos: hominem *occidat oportet*

tet, qui vestra opera uti velit. C. Fam. 2, 14. cf. C. Or. 1, 5, 17. 6, 20.

134 IX. Bei Verbis der Bewegung, als gehen, reisen, schicken und andern stehen die Eigennamen der Städte und Ortschaften, auch *domum* nach Hause, in die Heimath, und *rus* aufs Land, als diejenigen Gegenstände, gegen welche die Bewegung gerichtet ist, auf die Frage: Wohin? im Accusativo (Accusativus *Loci*).

Legati *Athenas missi sunt*, iussique inclitas leges Solonis describere. L. 3, 31. Hannibal in hiberna *Capuam concessit*. L. 23, 18. Athenienses bello Persico sua omnia, quae moveri poterant, partim *Salaminem*, partim *Troezenem asportarunt*. N. 2, 2. Legati, qui redierant a Carthagine, *Romam retulerunt*, omnia hostilia esse. L. 21, 16. Galli quondam longe ab suis sedibus *Delphos* usque ad oraculum orbis terrae spoliandum *profecti sunt*. C. Font. 10. Omnia illa municipia, quae *sunt* a Vibone *Brundisium*, in fide mea erant. C. Planc. 41. Dionysius cum fanum Proserpinae Locris expilavisset, *navigabat Syracusas*. C. N. D. 3, 34. Lex Roscii quinque millia colonorum *Capuam scribi* *) iubet. C. Agr. 2, 28. Consules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino erant, media urbe *transire Esquilias* iusserunt. L. 26, 10.

Aristoteles, Theophrastus, Zeno, innumerabiles alii philosophi nunquam *domum revertêre*. C. Tusc. 5, 37. Thraces, navibus committere se non ausi, *domos dilapsi sunt*. L. 44, 45. *Veni* consulis Antonii *domum* **) saepe salutandi causa. C. Fam. 11, 28. Paulus Aemilius nihil *domum* suam ***), praeter memoriam nominis sempiternam, *detulit*. C. Off. 2, 22. Vagenses, ubi tempus fuit, centuriones, tribunosque militares alius alium *domos suas* invitant. Sall. I. 66. cf. Liv. 2, 7. pr. Ego *rus ibo* atque ibi manebo. T. Eun. 2, 1, 10. Laelius et Scipio *rus* ex urbe, tanquam e vinculis *evolabant*. C. Or. 2, 6.

Daher die Substantiva verbalia: *domum itio*, *domum reditus*, etc. Qui *reditus* inde *Romam?* C. Phil. 2, 42. Helvetii oppida

---

*) Nach Capua einzuschreiben.

**) So: Pomponii domum venisse dicitur. C. Off. 3, 31. cf. C. Verr. 5, 15.

***) So domum tuam. C. Mur. 31, 66. meam, C. Fam. 9, 19. nostram, vestram; seltner andre Adiectiva possessiva, z. B. Oppidani aurum atque argentum et alia, quae priora ducuntur, *domum regiam* comportant. Sall. I. 76. *Domos* vadere *Memnonias*. Propert. 1, 6, 4. Iret ut *Aesonias* aurea lana *domos*. Id. 3, 9 (4, 10), 12. Ferner: *Has meas* usque *domos* vestigia fecit Apollo. Stat. Theb. 2, 155.

sua omnia incendunt, ut, *domum reditionis* spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Caes. 1, 5. Magni *domum concursus* ad Afranium fiebant. Caes. C. 1, 53.

Not. 1. Auch die Namen kleinerer Inseln, Halbinseln, Meerengen und selbst einiger durch ihre Lage ausgezeichneten Länder werden so gebraucht. Andre Eigennamen von Ländern, Flüssen, Völkern und Appellativa stehen jedesmal mit einer Präposition, außer bei Dichtern und Spätern.

Pompeius Africam exploravit; inde *Sardiniam* cum classe *venit.* C. Manil. 12. Proditum est memoriae ac literis, Latonam ex longo errore *confugisse Delum* atque ibi Apollinem Dianamque peperisse. C. Verr. 1, 18. Lacedaemonii Pausaniam cum classe *Cyprum* atque *Hellespontum miserunt.* N. 4, 2. Miltiades pervenit *Chersonesum.* N. 1, 1. Mithridates cum *Bosporum confugisset*, etiam in extrema fortuna nomen tamen retinuit regium. C. Mur. 16. Datames *Aegyptum proficisci* parabat. N. 14, 4. cf. Caes. C. 3, 106. pr. Caesar inita hieme *Illyricum profectus est.* Caes. 3, 7. Caesar expugnato oppido Parthinorum, tertio die *Macedoniam* *) ad Pompeium pervenit. Id. 3, 41.

At nos hinc alii *sitientes ibimus Afros*, pars *Scythiam*, et *rapidum* cretae *veniemus Oaxen*, et penitus toto *divisos* orbe *Britannos* **). V. Ecl. 1, 64. *Mittitur Aemoniam*, magni qui Pelea facti impleat. Stat. Achill. 2, 247. Alexander Ciliciam petens, *regionem* ***), quae castra Cyri appellatur, *pervenerat.* Curt. 3, 4, 1.

Not. 2. Die Präposition wird Städtenamen beigefügt:

a. Wenn sie die Richtung nach einem Ort hin deutlicher bezeichnet: Cum Rhodanum traiecissem, iterque *ad Mutinam* †) *dirigerem*, in itinere de proelio facto, Brutoque et Mutina obsidione liberatis audivi. C. Fam. 10, 11. Tres *viae sunt ad Mutinam.* C. Phil. 12, 9. Ex Asia rediens cum ab Aegina *Megaram versus navigarem*, coepi regiones circumcirca prospicere. Ib. 4, 5.

b. Wenn die Umgegend eines Orts gemeint ist. Omnes Galli alacres et fiduciae pleni *ad Alesiam* ††) *proficiscuntur.* Caes. 7, 76. Ad me legati *venerunt* in castra *ad Iconium.* C. Fam. 15, 3. Rex Attalus P. Africano dona *usque ad Numantiam misit* ex Asia. C. Deiot. 7. Quum *ad Sidam* navi *accederem*, literae a meis sunt redditae. C. Fam. 3, 12. cf. 16, 2.

c. Wenn dem Stadtnamen ein Adjectivum oder Appellativum als Apposition beigefügt ist. Magnum iter *ad doctas* proficisci cogor *Athenas.* Propert. 3, 20, 1. Iugurtha et Bocchus *ad Cirtam oppidum* iter constituunt. Sall. I. 81. Consul pervenit *in oppidum Cirtam.* Ib. 102. *Ad oppidum* Eleutherocilicum *Pinde-*

---

*) *in* Macedoniam hat hier eine einzige, noch dazu neuere, Handschrift.

**) st. *ad* Afros, *in* Scythiam, *ad* Oaxem, *ad* Britannos.

***) st. *in* regionem.

†) Nach Mutina zu.

††) Nach Alesia zu; vor dieser Stadt war Cäsars Lager, das sie angreifen wollten.

nissum exercitum adduxi. C. Fam. 15, 4. cf. Caes. 7, 11. 13. Demarathus Corinthius cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset, fugisse cum magna pecunia dicitur ac *se contulisse Tarquinios in urbem* Etruriae *florentissimam*. C. Rep. 2, 19. Fidenatium qui supersunt, *ad urbem Fidenas* tendunt. L. 4, 33. Iugurtha *Thalam* pervenit, *in oppidum magnum et opulentum*. Sall. I. 76. Caius Claudius, perosus decemvirorum scelera, *Regillum, antiquam in patriam*, se contulerat. L. 3, 58.

Bei Dichtern und Spätern hingegen: Aliquis *doctus* iam nunc *eat*, inquit, *Athenas*. O. Her. 2, 83. Sic mitigatis animis, *Bonnam, hiberna* primae legionis, ventum. Tac. H. 4, 25.

d. Wenn *domus* nicht als Heimath, sondern als Gebäude, und *rus* als ein bestimmtes Landgut genommen wird.

Socrates primus philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et *in domos* etiam introduxit. C. Tusc. 5, 4. Cn. Octavius *in suam domum* consulatum primus attulit. C. Off. 1, 39. cf. C. Verr. 1, 26, 65. Omnes *ad eam domum*, in qua Verres deversabatur, profecti sunt. C. Verr. 1, 27. Minucius ad senatum refert, tela *in domum Maelii* conferri. L. 4, 13. Antiocho licuit remigrare *in domum veterem* e nova. C. Acad. 1, 4.

Caricas *in Albense rus* e Syria intulit L. Vitellius. P. 15, 19. Signa et statuas homines privati raro vident, cum *in sua rura* venerunt. C. Tusc. 5, 35.

135 X. Wird die Maßangabe einer Größe als Gegenstand eines Prädicats betrachtet, so steht sie im Accusativo (Accusativus *Mensurae*).

1. Die Größe des Gewichts wird bei pondo durch ein Nomen im Accusativ angegeben.

Exercitus coronam auream dictatori *libram pondo* decrevit. L. 3, 29. Paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, *libras* ferme omnes *pondo*. L. 26, 47.

2. Die Größe des Raums wird

a. bei Adiectivis und Adverbiis, die eine Ausdehnung im Raume andeuten, im Accusativ ausgedrückt auf die Fragen: Wie lang? wie breit? wie hoch? wie tief? wie dick? wie weit?

Arabes gladios habebant tenues, *longos quaterna cubita*. L. 37, 40. Carthaginienses ratem, *ducentos longam pedes, quinquaginta latam* a terra in amnem porrexerunt, quam pontis in modum humo iniecta constraverunt, ut elephanti audacter velut per solum ingrederentur. L. 21, 28. Milites aggerem *latum pedes trecentos triginta, altum pedes octoginta exstruxerunt*. Caes. 7, 24. Perpetuae fossae, *quinos pedes altae*, ducebantur. Ib. 73. Orbem olearium *crassum digitos sex* facito. Cato R. R. 18. Foramina *longa pedes tres semis, exsculpta digitos sex* *). Ibid. — Campestris locus *alte duos pedes et semissem* infodiendus est. Colum. 3, 13, 8. In hortis

*) 6 Fuß ausgeschnitten, d. i. weit.

iustum est, fimum *tres pedes alte* cum terra misceri. P. 19, 4. Vercingetŏrix locum castris deligit ab Avarico *longe millia* passuum XVI. Caes. 7, 16.

b. Bei den Verbis fortgehen, reisen, sich erstrecken, entfernt seyn, steht das Maß des Raums oder der Entfernung im Accusativ auf die Frage: Wie weit? wie hoch? wie tief?

Nuntiatum est Caesari, Ariovistum *tridui viam* a suis finibus *processisse*. Caes. 1, 38. Nemo est, qui possit biduo, aut summum triduo, *septingenta millia* passuum *ambulare*. C. Quint. 25. Caesar a lacu Lemanno ad montem Iuram *millia* passuum *decem* murum, fossamque *perducit*. Caes. 1, 8. Habeo regulam, ut talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possunt: ab hac mihi non licet *transversum*, ut aiunt, *digitum discedere*. C. Acad. 2, 18. cf. C. Verr. 4, 15, 33. Ambracia muro firmo septa erat, *patente* in circuitu paulo amplius *tria millia* passuum. L. 38, 4. Campus Marathon *abest* ab oppido Atheniensium circiter *millia* passuum *decem*. N. 1, 4. Caesar turres tanto opere circumdĕdit, quae *pedes octoginta* inter se *distarent*. Caes. 7, 72. Saguntum civitas longe opulentissima fuit, *sita passus mille ferme* a mari. L. 21, 6. Alyzia locus *est* citra Leucădem *stadia centum viginti*. C. Fam. 16, 2. Taleas oleaginas divaricato supra terram, ne plus *quatuor digitos transversos emineant*. P. 17, 18. Cum truncum arboris recideris, cuneum inter corticem et materiem ne minus *digitos tres demittito*. Columell. de Arb. 26, 3. Est locus in carcere, quod Tullianum adpellatur, circiter *duodecim pedes* humi *depressus*. Sall. C. 55.

Not. Der Genitivus Mensurae §. 105. ist mit dem Accusativ nicht zu verwechseln. In der Stelle: Nos in castra properabamus, quae *aberant bidui*. C. Att. 5, 16. extr. cf. 17. pr. auch: In ea planitie, quam *III. millia* passuum in longitudinem *patere* supra demonstravimus. Caes. 7, 70. wenn man nach einigen Handschriften *millium* annimmt, ist spatium zu suppliren. Statt des Genitivs bei altus, latus, z. B. Diades turrem minimam ait oportere fieri ne minus *altam cubitorum* LX. — maiorem vero turrem *altam cubitorum CXX, latam cubitorum XXIII.* Vitruv. 10, 13 (19), 5. und: Musculum *pedum LX longum* facere instituerunt. Caes. C. 2, 10. wo aber 2 Mss. *pedes* haben; ferner: Solis colossus Rhodi *septuaginta cubitorum altitudinis fuit.* P. 34, 7, 18. Italia patet *longitudine* decies centena et viginti millia passuum. P. 3, 5. sagt Cäsar lieber *in altitudinem* etc. z. B. Caesar a lacu Lemanno ad montem Iuram murum *in altitudinem pedum sedecim*, fossamque perducit. Caes. 1, 8. A medio fere colle *in longitudinem sex pedum* murum perduxerant Galli. Ib. 7, 46. cf. 69. 79. Helvetiorum fines *in longitudinem millia passuum CCXL, in latitudinem CCXXX* patebant. Caes. 1, 2.

Maßbestimmungen können auch im Ablativ ausgedrückt werden, aber ebenfalls in verschiedenem Sinne. Man sagte z. B. a te *pe-*

dem discessi. C. Deiot. 15. *digitum transversum* aut *unguem latum* excesseris. Plaut. Aul. 1, 1, 18. *vestigium* abscedi ab Hannibale. L. 27, 4. aber nie pede, digito, vestigio.

3. Die Größe der Zeit oder die Zeitlänge wird bei *longus*, *natus* alt, und bei Verbis, wenn die Dauer des Zustandes anzugeben ist, durch den Accusativus auf die Frage: wie lange? wie alt? ausgedrückt, z. B. tres annos natus vor (ante) drei Jahren geboren, d. i. drei Jahr alt.

Siculi quidam decreverunt intercalarium *quinque et quadraginta dies longum*, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. C. Verr. 2, 52. Dionysius *quinque et viginti natus annos* dominatum occupavit. C. Tusc. 5, 20. Tiberius *novem annos natus* defunctum patrem pro rostris laudavit. Suet. Tib. 6. cf. C. Brut. 20, 80. Sen. 5, 14.

Appius caecus *multos annos* fuit. C. Tusc. 5, 38. Aulo Trebonio *multos annos* utor valde familiariter. C. Fam. 1, 3. Improborum animi sollicitudinibus *noctes* atque *dies* exeduntur. C. Fin. 1, 16. Atticus *annos triginta* medicina non indiguit. N. 25, 21. Pericles *quadraginta annos* praefuit Athenis. C. Or. 3, 34. Urbs Veii *decem aestates hiemesque continuas* circumsessa, postremo operibus expugnata est. L. 5, 22. Aniculae saepe inediam *biduum* aut *triduum* ferunt; subduc cibum *unum diem* athletae, Iovem Olympium implorabit. C. Tusc. 2, 17. *Multa saecula* sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Ibid. 1, 16.

Auch mit Numeris ordinalibus: Nestor *tertiam* iam *aetatem**) hominum vivebat; equidem *quartum annum* ago *et octogesimum*. C. Sen. 10. *Quartum* iam *annum* regnante Lucio Tarquinio Superbo, Sybarim et Crotonem Pythagoras venisse reperitur. C. Rep. 2, 15. Verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum *octavum* iam *annum* sub hostium potestate esse. L. 24, 42. C. Marius a spe consulatus longe aberat et iam *septimum annum* post praeturam iacebat. C. Off. 3, 20. Mithridates, qui uno die tota Asia tot cives Romanos trucidavit, ab illo tempore *annum* iam *tertium et vicesimum* regnat. C. Manil. 3. Afraniani, *quartum* iam *diem* sine pabulo retentis iumentis, colloquium petunt. Caes. C. 1, 84. Daher im Passivo: Nunc *tertia vivitur aetas*. O. Met. 12, 188. *Tota* mihi *dormitur* hiems. Martial. 13, 59.

---

*) Er lebte das dritte Menschenalter, d. i. er hatte bereits zwei Menschenalter gelebt und stand im dritten. So annum *agens* vicesimum einer, der im zwanzigsten Jahre steht.

Not. 1. Bei maior quam decem annos natus älter als 10 Jahr, minor quam X. annos natus jünger als 10 Jahr, oder über, unter 10 Jahr alt, wird quam (wie nach plus, amplius, minus) auch weggelassen. Statt des Accusativs ist aber der Ablativus mit und ohne natu (selten natus) eben so gebräuchlich. Auch steht im letztern Fall der Genitivus. §. 103. Not.

a. Nomina sunt recitata principum Macedonum, quos cum liberis, *maioribus quam quindecim annos natis*, praecedere in Italiam placeret. L. 45, 32. Qui de Vestali virgine capienda scripserunt, *minorem quam annos sex*, *maiorem quam annos decem natam*, negaverunt capi fas esse. Gell. 1, 12. Dionysius, *maior annos sexaginta natus* decessit florente regno. N. 21, 2. S. Roscius *annos natus maior quadraginta*. C. S. Rosc. 14. Antigonus edixit, ne quis *minor quinquaginta annos natus* hospitio matris familias uteretur. Frontin. Strateg. 4, 1, 10. In senatum legei non liceat queive minor anneis XXX *maiorve annos LX gnatus* siet. Fragm. legis Serviliae ap. Grut. 506. lin. 13. Quei *minor annos XXX natus* est, erit. Tabb. Heracleens. Cap. 5. init. ap. Mazoch. p. 410. Homo *maior natus*. Petron. 57.

*) Hannibal, *minor quinque et viginti annis natus*, imperator factus est. N. 23, 3. ist die einzige Stelle dieser Art, wo annis durch alle Handschriften gesichert ist.

b. Claudius leges Halesinis dedit, in quibus sanxit de aetate senatorum, ne qui *minor triginta annis natu* legeretur. C. Verr. 2, 49. Te, hominem amicissimum et *aliquot annis minorem natu*, non dubitabo monere. C. Acad. 2, 19.

c. Pompeius, qui Bithynicus dictus est, *biennio*, quam nos, fortasse *maior*, summo studio dicendi fuit, multaque doctrina. C. Brut. 68. Ex urbano exercitu, qui *minores quinque et triginta annis* erant, in naves impositi sunt. L. 22, 11. Iulius Caesar sanxit, ne quis civis *maior annis viginti*, minorve XL, plus triennio continuo Italia abesset. Suet. Caes. 42.

d. Antiochus obsides Romanis viginti dato, ne *minores octonum denum annorum*, neu *maiores quinum quadragenum*. L. 38, 38. Videndum, ne equae sint minores trimae, *maiores decem annorum*. Varr. R. R. 2, 7, 1.

Sonst wird das Alter auch durch Adjectiva auf —*arius* ausgedrückt, aber nur bei Spätern, z. B. *Quadragenarius* pupillus. Sen. Ep. 25. vierzigjährig. Hadrianus obiit in Campania, maior *sexagenario*. Eutrop. 8, 7. Accia exheredata ab *octogenario* patre. P. Ep. 6, 33, 2.

Not. 2. Genauere Zeitbestimmungen auf die Frage: Wie lange? werden durch Präpositionen ausgedrückt.

a. Durch *ad* bis zu, auch *ad tempus* eine Zeit lang, sonst: zu einer bestimmten, zur rechten Zeit, und nach Beschaffenheit der Umstände.

Sophocles *ad summam senectutem* tragoedias fecit. C. Sen. 7. Regnatum Romae est ab condita urbe *ad liberatam* annos ducentos quadraginta quatuor. L. 1, 60. Coluntur tyranni simulatione amicitiae duntaxat *ad tempus*. C. Lael. 15. Haec *ad id tempus* Caesar ignorabat. Caes. C. 3, 79. cf. 94. B. G. 2, 17. Dictaturae *ad tempus* sumebantur. Tac. 1, 1. Consul *ad tempus* venit. L. 38, 25. pr. cf. C. Att. 13, 45. 1, 4. pr. Mulieres si quae castiores erant, *ad tempus* veniebant, lucem conventumque

vitabant. C. Verr. 5, 11. Si itineri meo se opposuerit Lepidus, *ad tempus* consilium capiam. C. Fam. 10, 9.

b. Durch *in*, auf wie lange? und auf welche Zeit hin?

Solis defectiones, itemque lunae praedicuntur *in multos annos*. C. Div. 2, 6. Scaptius centesimis, renovato *in singulos annos* fenore, contentus non fuit. C. Att. 6, 3. Senatus *in quatriduum* supplicationes decernit. L. 5, 23. Antea, profectis domo regibus, ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, *in tempus* *) deligebatur, qui ius redderet. Tac. 6, 11. Unus hostium stipendii *in dies* sestertios centenos, si quis transfugisset, Arminii nomine pollicetur. Ibid. 2, 13.

Concordiae auctorem me *in hunc annum* reipublicae professus sum. C. Agr. 3, 2. Auctio constituta est *in mensem Ianuarium*. Ib. 1, 2. Roma urbs diis auctoribus *in aeternum* condita est. L. 23, 28. Caesar legionibus stipendium *in perpetuum* duplicavit. Suet. Caes. 26. *In crastinum* differo res severas. N. 16, 3. Minime miror, Antonium non solum de die, sed etiam *in diem* **) vivere. C. Phil. 2, 34. Interiora tuendo minorem *in dies* ***) urbem Saguntini faciunt. L. 21, 11.

c. Durch *inter* während und *intra* innerhalb, d. i. binnen, vor Ablauf.

Inter decem annos, posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, multa in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt. C. Verr. A. 1, 13. cf. Garat. h. l. p. 136. C. Quint. 14, 46. Manil. 23, 67 Caes. 1, 36. extr. Gron. ad L. 1, 10, 7. Decemviros legibus scribendis *intra decem hos annos* et creavimus et e republica sustulimus. L. 4, 4. Gracchus centum tria oppida *intra paucos dies* in deditionem accepit. L. 40, 49. Multi *intra vicesimum diem* dictatura se abdicaverunt. L. 9, 34. cf. Drak. ad L. 2, 8, 4.

d. Durch *per* hindurch, während, von Zuständen, die eine Zeit lang ununterbrochen fortdauern.

Per annos quatuor et viginti primo Punico bello classibus certatum est cum Poenis. L. 9, 19. Dies festus Dianae Syracusis *per triduum* agitur. L. 25, 23. Haruspicum responsis ludi *decem per dies* facti sunt. C. Cat. 3, 8. Sero resistimus ei, quem *per annos decem* aluimus contra nos. C. Att. 7, 5. Animo, *per somnum* sensibus et curis vacuo, futura providentur. C. Div. 2, 11. Apud Germanos de re publica nisi *per concilium* loqui non conceditur. Caes. 6, 20.

e. Seit wie lange? wird durch *abhinc* von jetzt an rückwärts, seit, vor, ausgedrückt, wobei der Accusativus auf die Frage: wie lange? steht; der Ablativus aber auf die Frage: um wie viel Jahre, Tage, seit jetzt?

Demosthenes, qui *abhinc annos* prope *trecentos* fuit, cum Philippo facere Pythiam dicebat. C. Div. 2, 57. Pater Sosippi *abhinc duo et viginti annos* est mortuus. C. Verr. 2, 9. cf. Ib. 1, 12, 34. Phil. 2, 46, 119. — Pro Cornificio me *abhinc* amplius *annis* XXV spopondisse dicit Flavius. C. Att. 12, 17. Comitia iam *abhinc triginta diebus* erant habita. C. Verr. 2, 52.

---

*) Auf eine Zeit lang. Dieses war der Praefectus urbis.
**) Nur für den gegenwärtigen Tag, in den Tag hinein.
***) Von Tag zu Tage, täglich.

XI. Bei Partikeln bezeichnet der Accusativus nur Raum und Zeitverhältnisse, oder er steht elliptisch. 136

A. Adverbia.

1. Adverbia, welche räumliche Beziehungen andeuten und deshalb mit dem Accusativ vorkommen, sind *propius*, *proxime*; *longe*, *alte* §. 135, 2, a. auch *cominus*, *intus*; und bei Städtenamen *usque* bis, *versus* wärts, außerdem fast nur mit den Präpositionen trans, ad, in. *Versus* wird seinem Nomen gewöhnlich nachgesetzt. Ueber *propius*, *proxime*, *cominus* mit dem Dativ vgl. §. 125, 1.

Inferior pars Britanniae est *propius* solis *occasum*. Caes. 4, 28. Bello Punico secundo adeo varia belli fortuna fuit, ut *propius periculum* fuerint, qui vicerunt. L. 21, 1. cf. Drak. ad L. 2, 41, 11. 4, 17, 5. Brutus operam dat, ut cum suis copiis quam *proxime Italiam* sit. C. Phil. 10, 11. In Africa *proxime Hispaniam* Mauri sunt. Sall. I. 19. *Proxime deos* *) accessit Clodius. C. Mil. 22. Non ausim *agrestis cominus* ire *sues* **). Prop. 2, 15 (3, 11), 22. Romae *intus cellam* aedis Fortis Fortunae signum prolapsum est. L. 37, 11. Theatrum totius Asiae natura est ita resonans, ut *usque Romam* ***) significationes vocesque referantur. C. Q. Fr. 1, 1, 15. Solido procedebat elephas in pontem: cuius priusquam in extremum procederet, subcisis asseribus collapsus pons, *usque* alterius *initium* pontis, prolabi eum leniter cogebat. L. 44, 5. Ab astris descendit *vos usque* fragor. Stat. Theb. 11, 89. Tarso Nonis Octobr. *Amanum versus* profecti sumus. C. Fam. 3, 8. *Elorum versus*, ut ipse Cleomenes, ita ceteri navigabant. C. Verr. 5, 34. Ab his gentibus vastae solitudines *orientem versus* †) usque Garamantes. P. 5, 8. Caesar castra ex Biturigi-

---

*) cf. Drak. ad L. 1, 21, 1. 28, 15, 9. Garat. ad C. Mil. 22. p. 152. Sonst propius, proxime accedere *ad rem*. C. Ligar. 12, 38. Verr. 2, 3, 7.

**) So: Si deiecta gemes longo venabulo rostro, Hic *levis ingentem* cominus ibit aprum. Martial. 14, 31. wie nach Scriverius und nach einer alten Vaticanischen Handschrift bei Rhodius ad Scribon. p. 45. statt brevis in grandem, zu lesen ist.

***) So bei Städtenamen öfter. Außerdem selten; und dann muß ad hinzugedacht werden; denn usque heißt eigentlich nur in einem fort.

†) So alterthümlich, z. B. *portum versus* volito. Plaut. Amph. Suppos. Sc. Di vostram fidem! 66. Aegyptum versus. Sall. I. 19, 3. occidentem versus. P. 7, 2. und in einer römischen Inschrift: Illic unde Tagus et nobile flumen Hiberus
Vorsum ortus, *vorsum occasus* fluit alter et alter.
Grut. 690, 5. cf. Prisc. XV, 5, 31.

Dagegen: in provinciam Narbonem versus. Caes. 7, 7. in Ita-

bus movet *in Arvernos versus*. Caes. 7, 8. Numa, ab augure deductus in arcem, in lapide *ad meridiem versus* consedit. L. 1, 18. Cassius *Ambraciam versus* iter facere coepit. Caes. C. 3, 36.

2. Die eine Zeit bedeuten, als: *pridie*, *postridie* mit verstandnem ante, und *usque* st. *usque ad*.

Acusius nuntiabat, Quintum filium ad Caesarem profectum IV. Kal. Iun. Philotimum Rhodium *pridie eum diem* venisse. C. Att. 11, 23. Nocte, quae *pridie Quinquatrus* fuit, circa forum incendium ortum. L. 26, 27. Augustus *postridie nundinas* nusquam proficiscebatur. Suet. Aug. 92. Venatio *postridie ludos Apollinares* futura est. C. Att. 16, 4. So *pridie*, *postridie Calendas*, *Nonas*, *Idus*, aber auch eius diei §. 115. IV, 2.

Claudius Tiburi accitum ab urbe carnificem *vesperam usque* opperiri perseveravit. Suet. Claud. 34. Vitium mansurum est *usque mortis diem*. Cels. 7, 7, 15.

137 B. Praepositiones.

Wenn ein Prädicat eine bestimmte Beziehung auf einen leidenden Gegenstand entweder gar nicht, oder nicht deutlich genug ausdrückt, so wird dazu eine Präposition gebraucht. §. 78. Die Grundbedeutungen dieser Wörter lassen sich am besten in ihren Compositis erkennen.

1. Bei, nahe. Sowohl Annäherung, als Nähe, im allgemeinsten Sinne genommen, bezeichnet ad zu, bei; specieller apud bei, die Nähe innerhalb meines nächsten Bezirks, wo ich lebe, wirke, zu Hause bin; iuxta neben an, dicht neben, ein Sich-Anschließen an etwas (von iungere); penes bei, mein Innerstes angehend, daher von dem gebraucht, was in meinem Besitz, in meiner Macht, zu meiner Disposition steht; prope nahe, im Gegensatz von procul, bezeichnet die bloße Lage, nicht fern von mir; propter (statt propiter wie nahlich, so circiter, praeter) ganz nahe, nahe an einem Gegenstande hin, daher auch wegen, d. i. rücksichtlich auf einen ganz nahen Gegenstand.

Ad. Antonius legiones quatuor *ad urbem* adducere cogitabat. C. Fam. 12, 23. Caesar erat *ad portas* *) cum imperio.

liam versus. C. Fam. 4, 12. In occidentem versus. Tac. G. 1. et Ern. h. l. ad meridiem versus. Varr. R. R. 1, 2, 4. ad Oceanum versus. Caes. 6, 33. ad Orientem versus. P. 6, 16. 27. Romam versus. C. Fam. 2, 6, 1. Delphos versus. P. 4, 7. aber auch: In omni vinea observant, ut ridica vitis *ab septentrione versus* tegatur. Varr. R. R. 1, 26.

*) Vor den Thoren.

C. Sext. 18. Fatum fuit, bello Punico secundo exercitum populi Romani *ad lacum Trasimenum* interire. C. Div. 2, 8. Curio fuit *ad me* *) sane diu. C. Att. 10, 4. Mummius Thespiadas, quae *ad aedem* Felicitatis sunt, ex oppido Corintho sustulit. C. Verr. 4, 2. Legatorum nomen *ad omnes nationes* **) sanctum inviolatumque semper fuit. Caes. 3, 9. Haruspices iusserunt simulacrum Iovis *ad orientem* ***) convertere. C. Cat. 3, 8. Pars Galliae *vergit ad septemtriones* †). Caes. 1, 1. Cum magnam partem noctis vigilassem, *ad lucem* ††) denique arcte et graviter dormitare coepi. C. Div. 1, 28. Manlius protulit spolia hostium caesorum *ad triginta*, dona imperatorum, *ad quadraginta* †††). L. 6, 20. *Ad templum monumentumque* Ciceronis civitates Asiae pecunias decreverunt. C. Q. Fr. 1, 1, 9. Permulta sunt animadversa a medicis herbarum et radicum genera *ad morsus* bestiarum, *ad* oculorum *morbos*, *ad vulnera*. C. Div. 1, 7. Faciam id, quod est *ad severitatem* [1]) lenius, *ad communem salutem* utilius. C. Cat. 1, 6. Omnes mundi partes ita constitutae sunt, ut neque *ad usum* meliores potuerint esse, neque *ad speciem* pulcriores. C. N. D. 2, 34. cf. C. Fam. 3, 1. fin. 5, 12, 24. Or. 2, 49, 200. Nihil de insignibus *ad laudem* viris obscure nuntiari solet. C. Fam. 3, 11. cf. C. Or. 1, 25, 113. Erant eloquentiae studio maxima, quae nunc quoque sunt, exposita praemia, vel *ad gratiam*, vel *ad opes*, vel *ad dignitatem*. C. Or. 1, 4, 15. *Ad praecepta* aetas non est [2]). C. Planc. 42. Milites nihil *ad celeritatem* [3]) sibi reliqui fecerunt. Caes. 2, 26. Laelium Decimum cognovimus virum bonum et non illiteratum, sed ni-

---

*) bei mir, in meinem Hause, statt apud.

**) cf. Caes. 4, 16. extr. 6, 38. So reum fieri *ad praetorem*, *ad populum*, etc. Drak. ad L. 7, 7, 4. 38, 55, 4.

***) Gegen Morgen.

†) Liegt nach Mitternacht zu.

††) Gegen Tags Anbruch.

†††) Gegen 40.

1) Nach, in Rücksicht, cf. C. Verr. 1, 22. init. Sonst steht auch hier der Ablativus, aber in einem andern Sinn, z. B. Agro bene culto nil esse potest nec *usu* uberius, nec *specie* ornatius. C. Sen. 16. cf. Ib. 15, 53.

2) sc. *idonea*, cf. C. Sext. 42, 91. Verr. 4, 15. pr. 56, 124. T. Heaut. 1, 2, 33. Daher servus *ad argentum*. Grut. 582, 6. Lygdamus *ad cyathos*. Prop. 4, 8, 37. servi *ad remum*. L. 34, 6, 13. Drak. ad L. 22, 19, 4.

3) So, ein Ziel bedeutend, Caes. 5, 25. 4, 19. u. öfter, und impedire, tardare *ad*, Caes. 7, 26. cf. Held ad Caes. C. 1, 29. 62. Oberlin. in Ind. v. *Ad*.

Saepe Archiam vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere *ex tempore*. C. Arch. 8. Apud Germanos ea consuetudo erat, ut matresfamiliae eorum sortibus et vaticinationibus declararent, utrum proelium committi *ex usu* esset, nec ne. Caes. 1, 50.

---

11. Caes. 1, 3. Sotiates *in itinere* agmen nostrum adorti. Caes. 3, 20. Da in itinere zu agmen gehört. Held ad Caes. C. 1, 14. So *ex* fuga. Caes. 2, 12. N. 17, 4, 5. multi *in fuga* sunt comprehensi. Caes. 5, ...

†) gleich nach seinem Consulate. cf. Drak. ad L. 4, 31, 4. 40, 25, 1. Oud. ad Caes. C. 1, 31. ad Lucan. 4, 719.

††) seit dem ersten Januar.

†††) wegen seiner Staatsverwaltung, oder von seiner Staatsverwaltung her.

*) da er Nierenschmerzen hatte. So: Bibulus graviore morbo *ex frigore ac labore* implicitus. Caes. C. 3, 18. cf. Held ad 2, 22.

**) der öffentlichen Wohlfahrt gemäß, d. i. zum Nutzen des Staats.

***) nach Wunsch.

2. *Prae* und *pro* (von pris, woher pridie, prior, primus), unterscheiden sich wie voran und vorwärts, beide in Beziehung auf etwas hinterwärts, wogegen ante sich auf etwas vorwärts Befindliches bezieht, §. 137, 2. Prae bedeutet vor, vor etwas her, im Sinne des Voraussehns, Vorangehens und Uebertreffens, daher bei Vergleichungen mehr als, gegen, in Vergleichung mit; bei negativen Prädicaten vor. Pro vor, vorwärts, in Beziehung auf einen hinterwärts befindlichen Gegenstand nach vorn zu gekehrt, und in so fern durch den vorwärts gekehrten Gegenstand der hinter ihm befindliche mehr oder weniger geschützt wird, für, anstatt, und nach, nach Beschaffenheit, nach Verhältniß, cf. Gell. 11, 3. Festus h. v.

Villa a tergo potius, quam *prae se* flumen habeat. Colum. 1, 5, 4. Hercules Tiberim fluvium, *prae se* armentum agens, nando traiecit. L. 1, 7. Nos tibi beati videmur: at contra, nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed *prae nobis* beatus. C. Fam. 4, 4. cf. C. Verr. A. 1, 13, 37. Fiduciam orator *prae se* *) ferat semperque ita dicat, tanquam de causa optime sentiat. Q. 5, 13, 51. Gallis *prae magnitudine* **) corporum suorum brevitas nostra contemtui est. Caes. 2, 30. Sed finis sit: neque enim *prae lacrimis* ***) iam loqui possum. C. Mil. 38. *Prae gaudio*, ubi sim, nescio. T. Heaut. 2, 3, 67. Solem *prae* iaculorum *multitudine* et sagittarum non videbitis. C. Tusc. 1, 42.

Augustus bifariam laudatus est, *pro aede* divi Iulii a Tiberio, et *pro rostris veteribus* a Druso, Tiberii filio. Suet. Aug. 100. Dictator miris *pro concione* Manlii Torquati pugnam laudibus tulit. L. 7, 10. Caesar legiones *pro castris* †) constituit, ne quae subito irruptio ab hostium peditatu fiat. Caes. 7, 70. Convenit dimicare *pro legibus*, *pro libertate*, *pro patria*. C. Tusc. 4, 19. Tu ausus es *pro nihilo prae tua praeda* tot res sanctissimas ducere? C. Verr. 2, 16. Italico bello Sicilia Romanis non *pro penaria cella*, sed *pro aerario fuit*. C. Verr. 2, 2. cf. C. Mil. 24, 65. Scaevolam *pro dignitate* ne laudare quidem quisquam satis commode potest. C. S. Rosc. 12. cf. C. Cluent. 58, 160. Phil. 3, 14, 36. Haec *pro tuo ingenio* considera. C. Fam. 16, 1.

---

*) vor sich hertragen, sehen lassen, offenbaren; cruentis manibus scelus et facinus *prae se* ferens et confitens. C. Mil. 16.
**) in Vergleichung mit ihren großen Körpern.
***) vor Thränen, prae moerore. C. Planc. 41, 99. prae fletu et dolore. C. Att. 11, 7.
†) er stellte sie vor dem Lager auf.

3. *Absque*, *sine* ohne; *tenus* bis an. *Absque* (veraltet) bezeichnet die bedingte Abwesenheit, *sine* die wirkliche. *Absque te* *) esset, hodie nunquam ad solem occasum viverem. Plaut. Men. 5, 7, 33. Quam fortunatus sum ceteris rebus, *absque una hac* foret. T. Hec. 4, 1, 25. Non fit *sine periculo* facinus magnum et memorabile. T. Heaut. 2, 3, 73. Pompeius summos honores *sine ulla commendatione* maiorum est adeptus. C. Brut. 25.

Tenus bis an, bis zu dem Punkt, bis zu welchem etwas von unten herauf sich erstreckt, wird jedesmal seinem Casu nachgesetzt. Antiochus Magnus *Tauro tenus* regnare iussus est. C. Deiot. 13. Aqua Trebiae fluminis erat *pectoribus tenus* aucta nocturno imbri. L. 21, 54. cf. L. 9, 19. 4. 28, 39, 14. Tac. Agr. 10. extr. Iuvenal. 6, 446. **). Ist der hervorragende Theil gemeint, so wird bis zu, bis an, (von oben herab,) durch *fine* ausgedrückt: Oleas operito terra *radicibus fini*. Cato R. R. 28. Matres familiae de muro vestem, argentumque iactabant et, *pectoris fine* prominentes, obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent. Caes. 7, 47. per mare *umbilici fine* ingressi. Hirt. B. Afr. 85.

B. 4. In in, *sub* unten an, unter, *subter* ganz unter, *super* über, auf die Frage Wo? oder Ruhe andeutend.

In a. in, unter, auf, von der Ruhe im Innern eines Gegenstandes, einer Menge, einer Oberfläche, daher bei den Verbis *pono*, *loco*, *colloco*, *statuo*, *constituo*, *consido*, *habeo*, *duco*, *numero*, *defigo*, *mergo*, *incīdo*, *insculpo*, *inscribo* und ähnlichen mit dem Ablativ des Gegenstandes, auf oder in welchem etwas bleibt, meist auf die Frage: Worauf?

---

*) wärest du nicht gewesen, d. i. ohne dich. Nur in dieser Verbindung mit verstandnem *si* kommt absque vor; bei guten Schriftstellern nie für sine, daher auch Oudend. ad C. Inv. 1, 36. die Stelle: absque argumento et sententia. C. Att. 1, 19. init. für verdorben hält.

**) Tenus c. Genit. §. 115, III. Not. 2. auch c. Accusat. *Umbilicum tenus* exstantes e gurgite cano. Catull. 64, 18. Et *Tanaim tenus* immenso descendit ab Euro. Val. Flacc. 1, 538. cf. Fea ad Hor. Epist. 1, 1, 32. Tenus ist demnach eigentlich ein Nomen: *Tenus* significat *finem*, ut cum dicimus hactenus. Festus; und hactenus erklärt Servius durch hic sit finis. ad V. Aen. 6, 62. cf. C. Fam. 3, 7, 10. So auch: *Quatenus*, *quaque fini* dari amicitiae venia debeat. Gell. 1, 3. Der Abstammung nach (teneo, τείνω, tendo) bedeutet das Wort Dehnung, was auch protenus, vgl. Voß zu Virg. Ecl. 1, 13., beweiset, und womit sich die Erklärung bei Nonius 1, 17. vereinigen läßt: *Tenus* est laqueus, dictus a tendicula.

Deus intelligentiam *in animo*, animum conclusit *in corpore*. C. Univ. 3. *In Persis* augurantur et divinant Magi. C. Div. 1, 41. Darius pontem fecit *in Istro flumine*. N. 1, 3. Is, qui non defendit iniuriam, neque propulsat, quum potest, iniuste facit, ut *in primo libro* disserui. C. Off. 3, 18. cfr §. 147, C, a. Ego scripsi etiam illud *quodam in libello*, disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem. C. Or. 1, 21. Verres coronam habebat unam *in capite*, alteram *in collo*. C. Verr. 5, 11. Plato animi principatum, id est rationem *in capite*, sicut *in arce*, posuit; iram *in pectore* locavit. C. Tusc. 1, 10. Herculem hominum fama *in concilio* coelestium collocavit. C. Off. 3, 5. Omnia, quae secundum naturam fiunt, habenda sunt *in bonis*. C. Sen. 19. Dolor *in maximis malis* ducitur. C. Leg. 1, 11. Lucretia cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum *in pectore* defigit. L. 1, 58. Aves quaedam se *in mari* mergunt. C. N. D. 2, 49. Decemviri leges, quibus populus Romanus uteretur, *in duodecim tabulis* *) scripserunt. Gell. 11, 18. cf. C. Pis. 38, 92. Conon nunquam *in hortis suis* custodem imposuit fructus servandi gratia. N. 5, 4. Polycrates Samius annulum, quo delectabatur, *in mari* abiecerat. C. Fin. 5, 30. cf. Görenz h. l. p. 649.

b. in, bei, über, bei Angaben obwaltender Umstände, gewisser Veranlassungen zu etwas, auch während von Zeiträumen, in welchen etwas geschieht, cf. §. 148, C. Not. 4, g.

Q. Mucii ianua *in eius infirmissima valetudine* **) maxima quotidie frequentia civium celebratur. C. Or. 1, 45. Plerumque *in summo periculo* timor misericordiam non recipit. Caes. 7, 26. *In magna copia* rerum aliud alii natura iter ostendit. Sall. C. 11. Caedes in Appia via facta est, *in qua* P. Clodius occisus est. C. Mil. 6. et 5. pr. Atticus cavit, ne *qua in re* iure plecteretur. N. 25, 11. *In quo oratore* homines exhorrescunt? *in quo* ***) exclamant? C. Or. 3, 14. M. Crassum semel ait *in vita* risisse Lucilius. C. Fin. 5, 30.

---

*) auch: Foedus cum Latinis, *columna aenea* insculptum. L. 2, 33. wie insisto margine ripae. O. Met. 5, 598.

**) So: *in* summis tuis occupationibus. C. Fam. 3, 11, 11. *in* optima mea causa. C. Or. 3, 5, 19. *in* hac libidine hominum. C. Caecil. 3, 9. *in* vestro timore. C. Cat. 4, 1, 2. cf. Liv. 2, 11, 5. 2, 26, 4. Cort. ad Sall. I. 14, 11. Heus. ad C. Off. 1, 22, 2.

***) Von Personen und überhaupt von Gegenständen, an welchen etwas vorgeht, auf welche ein Zustand bezogen wird: *In hoc homine* nullam accipio excusationem. C. Fam. 2, 14, 2. Se id,

Sub unten an, unter, auch von Unterwürfigkeit. Bei Orts- und Zeitangaben drückt es so eine genauere Nähe, als mit dem Accusativ aus.

Saepe est etiam *sub palliolo sordido* sapientia. C. Tusc. 3, 23. Antigenis *sub imperio* phalanx erat Macedonum. N. 18, 7. Iam lucescebat omniaque *sub oculis* erant. L. 4, 28. Caesar hostem se ad oppidum Ilerdam recipere et *sub muro* consistere cogit. Caes. C. 1, 45. *Sub exitu* *) anni comitia habita sunt. L. 6, 18. cf. Drak. ad L. 2, 65, 1.

Subter. Virtus omnia, quae cadere in hominem possunt, *subter se* habet. C. Tusc. 5, 1. Omnes ferre iuvat *subter densa testudine* casus. V. Aen. 9, 513.

Super. Destrictus ensis cui *super impia cervice* pendet, non Siculae dapes dulcem elaborabunt saporem. H. C. 3, 1, 17. *Hac super re* **) scribam ad te Regio. C. Att. 16, 6.

Not. 1. *In praesentiarum* oder *impraesentiarum* für jetzt, für den gegenwärtigen Augenblick, zusammengezogen statt in praesentia rerum, (in praesentia. C. Fam. 4, 5. Att. 16, 13. Verr. 3, 1. Caes. C. 1, 30. 3, 85.) kommt bei ältern und spätern Schriftstellern vor:

Si quem socium *impraesentiarum* dixerit. Cato R. R. 144, 4. In vita agenda didicimus multa, quae *impraesentiarum* bona videntur, post inventa. Fannius ap. Prisc. XIII, 3, 12. Cupivit *in praesentiarum* bellum componere. Nep. 23, 6. *In praesentiarum* hoc interdicere non alienum fuit. Ad Herenn. 2, 11. und in einem Codex statt in praesentia. C. Inv. 1, 30, 49. Insectabantur Neronem, plerumque, quid *in praesentiarum* conduceret, oblitum. Tac. 4, 59. Sed nunc *impraesentiarum* libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. Appul. Flor. 3, 16. p. 70. Oud. h. l. Nam nunc *impraesentiarum* laetitia facundiae obstrepit. Ib. p. 72. Metuo, ne me *impraesentiarum* refrenet tua generosa modestia. Ib. 3, 18. extr. p. 82. Idcirco superaedebo *impraesentiarum* in his rebus orationem occupare. Id. de Deo Socrat. 686. p. 150. Sedulo *impraesentiarum* a laudibus tuis tempero. Id. Apol. 483. p. 506. Quid igitur *impraesentiarum* vis tibi credi? Ibid. 491. p. 514. Tempus ei dandum est, si non potest *impraesentiarum* exhibere. Ulpian. in Digg. XLIII, 5, 1. Compositi *in praesentiarum* rusticabuntur. Sidon. Epist. 4, 3. post init. — Alioquin iam tibi *depraesentiarum*

---

quod *in Nerviis* fecisset, facturum. Caes. 2, 32. cf. Cort. ad C. Fam. l. c. et ad 5, 8, 8. Drak. ad L. 28, 43, 8. Gron. ad Iustin. 38, 6, 1. Tertium est, *in quo* fuerunt Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi. C. Or. 69, 231. *In hoc eodem* peccat Hieronymus. C. Fin. 2, 10. se *in ea re* diis gratias agere. Nep. 20, 4, 6. cf. 4, 2. extr.

*) als eben das Jahr zu Ende ging.

**) über, wegen dieser Sache. So nach alterthümlichem Gebrauch, vgl. Virg. G. 4, 559.

rum reddidissem. Petron. 58. Ut *depraesentiarum* intelligas, quid tibi feceris. Id. 74.

Not. 2. Ist bei den Verbis setzen, nicht von einem Bleiben, sondern nur von einer Annäherung, oder von einem vorübergehenden Setzen, Stellen, Einschlagen u. s. w. die Rede, so steht *in* mit dem Accusativ. Omnia *in naves* imposuit. N. 10, 4. Indutiomarus eos, qui per aetatem in armis esse non poterant, *in silvam Arduennam* abdidit. Caes. 5, 3. Hodierno die primum longo intervallo *in possessionem* libertatis pedem ponimus. C. Phil. 3, 11. Metellus exercitum *in provinciam* hiemandi gratia collocat. Sall. I, 61. Romani, fixis *in terram* pilis, quo leviores ardua evaderent, cursu subeunt. L. 2, 65. So sagt man auch: *Sub iugum* mittere unter das Joch schicken, und *sub iugo* mittere unter dem Joche wegschicken, Drak. ad L. 3, 28, 11. *sub lucem* und *sub luce*, *sub adventum* und *sub adventu*. Ueberhaupt kommt es hier auf den Gesichtspunkt an, aus welchem der Schriftsteller das Verhältniß beurtheilt, z. B. *in conspectum* venire und *in conspectu*. Caes. C. 2, 27. 2, 32, 6. Burm. ad Phaedr. 6, 1, 15. *In amicitiam ditionemque* esse. C. Caecil. 20, 66. cf. Garat. h. l. *In potestatem*, *in custodiam* esse, *habere*, Caes. C. 1, 25. zur Disposition haben, und *in potestate* esse unter seiner Gewalt haben, Gell. 1, 7. Drak. ad L. 2, 14, 4. Garat. ad C. Quint. 5. Verr. 2, 27. Manil. 12. deponere *in publico* und *in publicum*. Oud. ad Caes. C. 1, 23. *in cados* condere. P. 12, 28. 13, 4. und *in cadis*; auch *cavo*, Intpp. ad Phaedr. 2, 4, 17. abdere se *in tenebras*. C. Mil. 15. und *tenebris*. Oud. ad Caes. 6, 5. auch *in tenebris*. Auffallendere Verschiedenheiten kommen bei ältern Römern, besonders bei Plautus vor. cf. Ellendt ad C. Brut. 61, 219.

C. 5. *Coram* vor, in Gegenwart, *cum* mit, nebst. Epaminondae eloquentia maxime eluxit Spartae, ubi *coram frequentissimo* legationum *conventu* Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit. N. 15, 16. Cantabit vacuus *coram latrone* viator. Iuvenal. 10, 24. Pariter *cum vita* sensus amittitur. C. Tusc. 1, 11. Nihil est turpius, quam *cum eo* bellum gerere, *quicum* familiariter vixeris. C. Lael. 21. Quotidie *mecum* habebam homines doctissimos. C. Or. 1, 18. Cum venissem Athenas, sex menses *cum Antiocho philosopho* fui. C. Brut. 91. In cella Concordiae *cum gladiis* homines collocati stant. C. Phil. 2, 8. Quid mihi, inquit, *cum ista summa sanctimonia ac diligentia?* C. Quint. 17.

Not. Cum, das Oppositum von sine, brauchen die besten Schriftsteller oft, wo man den bloßen Ablativus Qualitatis, Modi oder Instrumenti erwarten sollte, §. 140. 141, a. b. Allein man dachte sich hier jedesmal ein Zusammenwirken mehrerer Subjecte, eine Theilnahme des Andern, ein Dabei- oder Beisammenseyn, überhaupt eine Begleitung, während man unter andern Umständen den bloßen Modus berücksichtigte, z. B. Iuventius fuit non indoctus et *magna cum* iuris civilis *intelligentia*. C. Brut. 48. Quod certius legis scriptor testimonium voluntatis suae relinquere potuit, quam quod ipse *magna cum cura* atque *diligentia* scripsit? C. Inv. 1, 39. Difficile est, quod *cum spe magna* sis ingressus,

id non exsequi usque ad extremum. C. Rab. P. 2. cf. C. Phil. 10, 10. pr. Verres *cum pallio purpureo talarique tunica* versabatur in conviviis. C. Verr. 5, 13. Caesar *cum omnibus copiis* Helvetios sequi coepit. Caes. 1, 26. cf. 1, 38. Iugurtha, in otio facinus suum *cum animo* *) reputans, timebat populum Romanum. Sall. I. 13. Ira procul absit, *cum qua* nihil recte fieri, nihil considerate potest. C. Off. 1, 38. Orator res *cum omni gravitate et iucunditate* explicet. C. Or. 1, 13.

Anmerkungen über den Gebrauch der Präpositionen.

1. Wenn eine Präposition mit ihrem Casu neben einem Substantivo stehen und dasselbe bestimmen soll, §. 106. Not. 4., so dürfen die nächsten Umgebungen keine Beziehung auf dieselbe gestatten; außerdem wird sie durch einen Relativsatz auf das zu bestimmende Wort bezogen, was auch oft der Deutlichkeit wegen nöthig wird. 151

a. Mihi tua fuit periucunda *a proposita oratione digressio*. C. Brut. 85. Atinio, *de plebe homini*, somnium fuit. L. 2, 36. Antiochi regis legati commemorabant *ex India elephantos*. L. 35, 32. *ex Sicilia testes*. C. Verr. 1, 59, 154. Phocion *a rege* Philippo *munera* magna pecuniae repudiabat. N. 19, 1. Dumnŏrix *sororem ex matre* et propinquas suas nuptum in alias civitates collocavit. Caes. 1, 18. Caesar Ariovistum ad sanitatem reverti arbitrabatur, magnamque in spem veniebat, pro *suis* tantis populique Romani *in eum beneficiis*, cognitis suis postulatis, fore, uti pertinacia desisteret. Caes. 1, 42. Meam *tuorum erga me meritorum* memoriam nulla delebit oblivio. C. Fam. 2, 1. Me frater accusat nullo *meo in se merito*. L. 40, 15. Clusinis *adversus* Romanos nullum *ius* societatis *amicitiae*ve erat. L. 5, 35. Scipio Locrensibus ob egregiam *fidem adversus Romanos* multa concessit. L. 29, 8. C. Fannius unam *orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum* reliquit. C. Brut. 26. Demosthenes in illa *pro Ctesiphonte oratione* longe optima exsultavit audacius. C. Or. 8, 26. Aristoteles in tertio *de philosophia libro* **) multa turbat. C. N. D. 1, 13.

---

*) wie im Deutschen: er ging wegen seiner Unthat mit sich selbst zu Rathe; so: habere *cum animo* statutum ac deliberatum. C. Verr. 5, 41, 95. Haec facilius credetis, si *cum animis vestris* longo intervallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis. C. Cluent. 25.

**) So: *Librum* tibi celeriter mittam *de Gloria*. C. Att. 15, 27. Quod maxime efficit Theophrasti *de vita beata liber*. C. Fin. 5, 5.

b. Quod in aliis *libris* feci, *qui sunt de natura* deorum, itemque in *iis*, *quos de divinatione edidi* *), ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, id in hac *disputatione de Fato* casus quidam, ne facerem, impedivit. C. Fat. 1. De liberalitate in iis *libris*, *quos de republica scripsi*, diligenter est disputatum. C. Off. 2, 17. cf. N. 10, 3, 2. Ad philosophiae studium cohortati sumus eo *libro*, *qui est inscriptus Hortensius* **). C. Div. 2, 1. A Socrate haec omnis, *quae est de vita et moribus*, *philosophia* manavit. C. Tusc. 3, 4. In hac causa tu nomine *legis Liciniae*, *quae est de sodalitiis*, omnes ambitus leges complexus es. C. Planc. 15. Praecipue tibi commendo *negotia* eius (Genucilii), *quae sunt in Hellesponto*. C. Fam. 13, 53. Appi Caeci carmen, quod valde Panaetius laudat *epistola* quadam, *quae est ad Q. Tuberonem*, Pythagoreum videtur. C. Tusc. 4, 2. cf. C. Or. 1, 7, 28. Haec, *quae est habita de universitate oratio a nobis*, haud unquam esset inventa, si neque sidera, neque coelum sub oculorum adspectum cadere potuissent. C. Univ. 14. Caesar, tramisso, *quod Capreas et Surrentum interluit*, *freto* ***), Campaniam praelegebat. Tac. 6, 1. Fecit Sp. Carvilius *Iovem*, *qui est in Capitolio*. P. 34, 7, 18.

2. Präpositionen werden bei verbundnen Wörtern, z. B. Appositionen und andern erklärenden Begriffen (Epexegesen), bei angereiheten Begriffen oder Enumerationen, nach Copulativ- Disjunctiv-, Adversativ- und Comparativpartikeln nicht wiederholt, außer a. wenn solche Begriffe besonders unterschieden werden, z. B. Opposita; b. wenn auf jeden derselben oder auf der Präposition ein starker Accent liegt, daher auch c. meistentheils bei Vergleichungen. Drak. ad L. 6, 28, 6. Oud. ad Suet. Caes. 80. extr. Tib. 5.

P. Clodius a *Milone*, *candidato* consulatus, circa Bovillas iugulatus est. Vellei. 2, 47. Quid dicam *de thesauro* omnium rerum, *memoria?* C. Or. 1, 5. Hoc apparet *in bestiis*, *volucribus*, *nantibus*, *agrestibus*, *cicuribus*, *feris*, ut se ipsae diligant. C. Lael. 21. Concessio *in duas partes* dividitur *purgationem et deprecationem*. C. Inv. 1, 11. Epicurus levationem aegritudinis *in duabus rebus* ponit, *avocatione*

---

*) nicht libris de natura deorum, de divinatione. In Catonis *libro*, *qui de agricultura est editus*, scripta sunt permulta similia. Varr. R. R. 1, 2, 28.

**) dafür: Plato et *in Timaeo* dicit, et *in Legibus*, mundum deum esse. C. N. D. 1, 12. cf. C. Off. 1, 42. extr.

***) nicht freto inter Capreas et Surrentum.

a cogitanda molestia, *et revocatione* ad contemplandas voluptates. C. Tusc. 3, 15. Non sunt alia sermonis, alia contentionis verba: neque *ex alio genere* ad usum quotidianum, *alio* ad scenam pompamque sumuntur. C. Or. 3, 45. Nusquam possumus, nisi *in laude, decore, honestate* utilia reperire. C. Off. 3, 28. Hortensius erat *in* verborum *splendore* elegans, *compositione* aptus, *facultate* copiosus. C. Brut. 88. *Inter ingenium et diligentiam* perpaululum loci reliquum est arti. C. Or. 2, 35. Saepissime *inter me et Scipionem* de amicitia disserebatur. C. Lael. 10. Artibus exculta hominum vita valde distat *a victu et cultu* bestiarum. C. Off. 2, 4. Constat *ad salutem* civium, civitatumque *incolumitatem*, *vitamque* hominum quietam et beatam inventas esse leges. C. Leg. 2, 5. Virtus eadem *in homine ac deo* est, *neque alio ullo ingenio* praeterea. Ib. 1, 8. Quid faceres, si *in aliquam domum*, plenam ornamentorum, *villamve* venisses? C. Or. 1, 35. Auctoritas multum *in bellis administrandis atque imperio militari* *) valet. C. Manil. 15. Quid *de* pratorum *viriditate*, aut arborum *ordinibus*, *aut* vinearum olivetorumque *specie* dicam? C. Sen. 16. Nihil *per iram* aut *cupiditatem* actum est. L. 1, 11. Themistocles non minus *in rebus gerendis* promtus, *quam excogitandis* erat. N. 2, 1. Optimi cuiusque animus in morte facillime evolat, tanquam *e custodia vinculisque* *) corporis. C. Lael. 4. Quid interest, motu animi sublato, non dico *inter hominem et pecudem*: sed *inter hominem et saxum*, *aut truncum*, *aut quidvis* generis eiusdem? C. Lael. 13.

a. Videte, quantum intervallum sit interiectum *inter* maiorum nostrorum *consilia*, et *inter* istorum hominum *dementiam*. C. Agr. 2, 33. Concio iudicare solet, quid intersit *inter popularem*, id est, assentatorem et levem *civem*, et *inter constantem*, severum et gravem. C. Lael. 25. Lex est ratio mensque sapientis *ad iubendum* et *ad deterrendum* idonea. C. Leg. 2, 4. Contentio est oratio acris, et *ad confirmandum* et *ad confutandum* accommodata. ad Her. 3, 13. Nunc ades *ad imperandum*, vel *ad parendum* potius. C. Fam. 9, 25. Plebicolae isti vos nec *in armis*, nec *in otio* esse sinunt. L. 3, 68. Certatum suadenda dissuadendaque lege *inter App. Claudium* maxime ferunt et *inter P. Decium Murem*. L. 10, 4.

b. Ardeam Rutuli habebant, gens, ut *in ea regione* atque *in ea aetate*, divitiis praepollens. L. 1, 57. Per Alpes *magno cum periculo*, *magnisque cum portoriis* mercatores ire

---

*) Exegesen.

consuerant. Caes. 3, 1. Eodem tempore legati *ab Aeduis* et *a Treviris* veniebant. Caes. 1, 37. Antiochus *a Xenocrate* et Aristotele, et *ab illa* Platonis *familia* non discrepat. C. Leg. 1, 21. Nisi ea virtus, quae constat *ex hominibus* tuendis, id est, *ex societate* generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et ieiuna videatur. C. Off. 1, 44. Officia quaedam pertinent *ad vitae cultum*, et *ad* earum rerum, quibus utuntur homines, *facultatem*, *ad opes*, *ad copias*. Ib. 2, 1. Omne officium, quod *ad coniunctionem* hominum et *ad societatem tuendam* †) valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur. Ibid. 1, 44.

c. Ut *ad cursum* equus, *ad arandum* bos, *ad indagandum* canis; sic homo *ad duas res*, ut ait Aristoteles, *ad intelligendum et ad agendum* natus est. C. Fin. 2, 13. Suscepisti onus grave et Athenarum et Cratippi; *ad quos* cum tanquam *ad mercaturam* bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. C. Off. 3, 2. Amicitiae erit ortus *a natura*, quam *ab imbecillitate*, et gravior, et verior. C. Lael. 9. Omnis *ad utilitatem* potius, quam ad ostentationem componatur oratio. Quinctil. 4, 2, 122. Iter impeditur pluresque *in eo loco* sine vulnere, quam *in proelio* aut fuga intereunt. Caes. C. 2, 35. Talis est ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum *in oratione constanti*, sic *in vita* omnia sint apta inter se et convenientia. C. Off. 1, 40.

Not. 1. Auch vor *qui* wird die Präposition nicht wiederholt, die bei dem ihm correspondirenden Demonstrativo oder betonten Adiectivo vorausgegangen ist und dem nämlichen Verbo angehört. Heindorf ad C. N. D. 1, 12, 31. Bremi ad Nep. 5, 3, 1.

Agrippa Atticum obsecrabat, ne *ad id*, *quod* *) natura cogeret, ipse quoque accelereret. N. 25, 22. Zeno negat Platonem, si sapiens non sit, *eadem* esse *in causa*, *qua* **) tyrannum Dionysium. C. Fin. 4, 20. Stulti scriptoris est, non posse *omnibus de rebus* cavere, *quibus* velit. C. Inv. 2, 56. Verschieden hiervon ist Respublica *ab iis ipsis*, *quibus* ***) tenetur, de te propediem impetrabit. C. Fam. 4, 13.

Dagegen: Ego id tibi affirmo: te *in istis molestiis*, *in quibus* es hoc tempore, non diutius futurum; *in iis* autem, *in quibus* etiam nos sumus, fortasse semper fore. C. Fam. 4, 13.

Not. 2. Die Dichter brauchen die Präpositionen sehr willkührlich; häufig lassen sie sie weg, wo sie stehen sollten. Eben so Tacitus, s. oben die Regeln vom Accusativ und Ablativ.

---

†) et statt *id est*, ad soc. tuendam.
*) st. ad quod.
**) st. in qua.
***) st. a quibus §. 120, d. — *de te* i. e. de tuo reditu. Nigidius lebte im Exil.

Plus erat in gladio, quam *curvo* laudis *oratro* †). O. Fast. 2, 517. Quas ego te *terras* ††) et quanta per aequora vectum accipio. V. Aen. 6, 692. Nil intra est *olea* †††), nil extra est in nuce duri. H. Epist. 2, 1, 31. — Caecina, *complexu* Vitellii multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit. Tac. H. 2, 100.

3. **Die meisten Präpositionen können ihrem Casu nachgesetzt werden.** Ruhnken. ad Vell. 2, 91, 2.

a. *Tenus* steht jedesmal hinter seinem Casu, §. 150, 3. und *cum* in mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, quicum (st. quocum), oft auch in quocum, quacum, quibuscum *).

Rustici quum fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, *quicum* in tenebris mices. C. Off. 3, 19. P. Sulpicius tr. pl. a Q. Pompeio dissidebat, *quocum* coniunctissime et amantissime vixerat. C. Lael. 1. Maxime curandum est, ut eos, *quibuscum* sermonem conferemus, et vereri, et diligere videamur. C. Off. 1, 38. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, *cum quibus* vobis videbitur, consideretis. C. Fam. 14, 14. cf. N. 25, 4, 2.

b. **Die übrigen stehen einem von mehrern ihnen angehörenden Wörtern nach, wenn dieses den Accent hat, oder den Satz mit dem vorhergehenden verbindet, z. B. einem Adjectiv, einem Genitiv, einem** Pronom. demonstr., **besonders aber nach** qui; **daher** quam*ob*rem, quem*ad*modum.

Credo sepulcrorum modum recte requiri. *Quos* enim *ad sumtus* progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulcro vides. C. Leg. 2, 25. Telmessus in Caria est, *qua in urbe* excellit haruspicum disciplina. C. Div. 1, 41. Praeclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, *qua in re* homines bestiis praestent, *ea in re* hominibus ipsis antecellat. C. Inv. 1, 4. Ar-

---

†) st. in curvo aratro.

††) st. per terras.

†††) st. in olea, die Präposition des folgenden parallelen Worts zurückgenommen. So öfter.

*) Quid illud? non olet unde sit, quod dicitur *cum illis? cum* autem *nobis* non dicitur, sed *nobiscum?* quia si ita diceretur, obscoenius concurrerent literae, ut etiam modo, nisi *autem* interposuissem, concurrissent. Ex eo est *mecum*, et *tecum*, non *cum me*, et *cum te*, ut esset simile illis *vobiscum*, atque *nobiscum*. C. Or. 45. Vitium est, si iunctura deformiter sonat, ut, si *cum hominibus notis loqui* nos dicimus, nisi hoc ipsum *hominibus* medium sit, in praefanda videmur incidere; quia ultima prioris syllabae litera, quae exprimi, nisi labris coeuntibus, non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur. Q. 8, 3, 45.

dor animi non semper adest. *Hanc ob causam* videtur Laelii mens spirare etiam in scriptis, Galbae autem vis occidisse. C. Brut. 24. Fateor, oratorem *nulla in re* tironem ac rudem esse debere. C. Or. 1, 50. Semper equidem *magno cum metu* incipio dicere. C. Cluent. 18. Iphicrates fuit talis dux, ut non solum *aetatis suae cum primis* compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. N. 11, 1.

*) *Qui* und *hic* stehen oft am Anfange eines Satzes allein mit einer folgenden Präposition, doch nicht mit allen.

Senatus, *quos ad* soleret, referendum censuit. C. N. D. 3, 4. Quum Lacedaemonii Agesilaum bellatum misissent in Asiam, *hunc adversus* Pharnabazus habitus est imperator. N. 9, 2. Homo disertus non intelligit, eum, *quem contra* dicit, laudari a se; eos, apud quos dicit, vituperari. C. Phil. 2, 8. cf. C. Or. 10, 34. Socii putandi sunt, *quos inter* res communicata est. C. Verr. 3, 20. cf. C. Lael. 22, 83. Caes. 7, 33. Cicero quinque cohortes frumentatum in proximas segetes misit, *quas inter* et castra unus omnino collis intererat. Caes. 6, 36. So: *hunc iuxta*. N. 4, 4, 4. *quem penes*. C. Fam. 9, 16, 4. agrum, *quem per* iter qui faciunt. C. Agr. 2, 30. *hunc post*. C. Tusc. 2, 6, 15. *quem propter*. C. Pis. 7, 15. *quem ultra*. C. Tusc. 4, 17, 38. *quae super*. Tac. H. 3, 26. ea re, *qua de* *) agitur. C. Inv. 1, 49. cf. 1, 44, 82. *quam circum*. Varr. L. L. 6, 3. *quam circa*. C. Verr. 4, 48, 107. *quam ante*. C. Att. 6, 1, med. N. 12, 3, 1. *quam subter*. V. Aen. 8, 418. *hunc subter*. P. Ep. 8, 8. *quibus ex* **). T. Ad. 5, 3, 36. Commonstrabo, *quo in* quemque hominem facile inveniatis *loco* ***). Plaut. Curc. 4, 1, 6.

Nach Pronominibus personalibus und andern Wörtern hingegen fast nur bei Dichtern und Spätern.

Tiberius iudiciis adsidebat, multaque *eo coram* adversus ambitum constituta. Tac. 1, 75. *se erga*. T. Heaut. 1, 2, 15. *me erga*. Ib. 2, 3, 24. *te praeter*. Tibull. 4, 1, 5. *me penes*. O. Fast. 1, 119. *te propter*. V. Aen. 4, 320. *Te sine*. V. Georg. 3, 42. — Epaminondas, *Diomedonte coram*: Nihil, inquit, pecunia opus est. N. 15, 4. Cerauniorum *saxa inter et alia loca periculosa* quietam nactus stationem. Caes. C. 3, 6. *Cumulos super et recentia* caede *vestigia* incessere. Tac. H. 3,

---

*) eine häufig vorkommende juristische Formel, z. B.: Fundum Capenatem, *quo de* agitur. C. Verr. 2, 12.

**) nur bei Dichtern, z. B. Lucret. 5, 851.

***) so nur dem Dichter gestattet. Auch: *Quam in* quisque *decuriam* ita viator lectus erit, is in ea decuria viator esto. Grut. 628.

19. *Misenum apud et Ravennam.* Tac. 4, 5. *montem apud Erycum.* Ib. 43. natus *mare citra.* H. Sat. 1, 10, 31. *praeturam intra.* Tac. 3, 75. *Scythas inter.* Tac. 6, 41. *urbem iuxta.* Ib. 6, 39. *Assyrios penes Medosque.* Ib. H. 5. 8. *saxa per et scopulos.* V. Georg. 3, 276. *viam propter.* Tac. 15, 47. *modum supra.* V. Georg. 4, 236. *portas ultra.* Propert. 4, 7, 29. *ilia subter.* Pers. 4, 43. *ignibus ex.* Lucret. 1, 841. *bello super.* Sil. Ital. 2, 680. — Rebus divinis peractis, de bello, *reque de publica* dictator retulit. L. 22, 11. *tempus ad hoc.* O. Ibid. 1. *ornatum ad urbis.* Tac. 3, 72. *ripam apud Euphratis.* Tac. 6, 31. *nodum* collectus *in unum.* O. Met. 8, 319. *postes sub ipsos.* V. Aen. 2, 442. *ora sub Augusti.* Claud. 26, 259. si *exemplari ab suo* non aberrat. S. Benef. 4, 25. *puppi* deturbat *ab alta.* V. Aen. 5, 175. *thalamo sub fluminis.* V. Georg. 4, 333. *fronde super viridi.* V. Ecl. 1, 81. *opera sine divum.* Lucr. 1, 159. Agrippina Corcyram insulam advehitur, *litore Calabriae contra* sitam. Tac. 3, 1. *Maria omnia circum.* V. Aen. 1, 32. *Loca haec circiter.* Plaut. Cist. 4, 2, 8. *Hospita vina inter.* Val. Flacc. 1, 44. *Plaustrum glaciale sub ursae.* Lucan. 5, 23. — *His* accensa *super.* V. Aen. 1, 29. *Vitiis* nemo *sine* nascitur. H. Sat. 1, 3, 68. Noch seltnere Constructionen kommen bei Lucretius vor, z. B. prostrata *viam per.* Lucr. 6, 1262.

4. Eine Präposition kann von ihrem Casu durch ein denselben bestimmendes Wort, auch durch eine Conjunction, wie que, ve, autem, vero, tamen, quidem, enim, getrennt werden.

Isocrates non *ad* iudiciorum *certamen*, sed ad voluptatem aurium scripserat. C. Or. 12. Nec in constituentibus rempublicam, nec *in* bella *gerentibus*, nec *in impeditis* ac regum dominatione *devinctis* nasci cupiditas dicendi solet. C. Brut. 12. Erat olim mos, ut faciles essent *in* suum cuique *tribuendo.* Ib. 21. Honore digni *cum* ignominia *dignis* non sunt comparandi. C. Fam. 12, 30. Exorsus es magis a veritate, quam *a* nescio *qua dignitate.* C. Or. 2, 8. Atticus honores non petiit *propter* vel *gratiam*, vel *dignitatem.* N. 25, 6. Sensim hanc consuetudinem et disciplinam iam antea minuebamus: *post* vero Sullae *victoriam* penitus amisimus. C. Off. 2, 8. Eumenes apud Alexandrum uni equitum alae profuit: *post* autem Alexandri Magni *mortem* imperator exercitus duxit. N. 18, 13. Herillus iam pridem est reiectus, *post* enim *Chrysippum* non sane est disputatum. C. Fin. 2, 13.

Not. Nur Dichtern ist es gestattet, auch andre Wörter nach Präpositionen einzuschieben; besonders setzen sie hinter *per*, als Betheurungsformel, Personalpronomina, daher diese Partikel auch in

Prosa von ihrem Casu durch ein Comma getrennt und letzterer mehr als Interjection (§. 138.) betrachtet wird.

Vulneraque illa gerens, quae *circum* plurima *muros* accepit patrios. V. Aen. 2, 278. Ponitur hic *imos ante* corona *pedes*. Propert. 2, 8, 26 (3, 1, 22). Iure venit *cultos ad* sibi quisque deos. O. Pont. 1, 2, 150. Vis animi pervicit et *extra* processit longe *flammantia moenia* mundi. Lucr. 1, 73.

Per ego te *deos* oro. T. Andr. 5, 1, 15. *Per*, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam intemerata *fides*, oro, miserere laborum tantorum. V. Aen. 2, 142. Nolite, iudices, *per vos*, *fortunas*, per liberos vestros, inimicis meis, iis praesertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare laetitiam. C. Planc. 42. cf. Garat. et Orell. h. l. Paucae horae sunt, intra quas iurantes *per quidquid* deorum est, dextras iungentes fidem obstrinximus. L. 23, 9. cf. Drak. ad L. 29, 18, 9.

Das Adiectivum.

152 1. Die Adjectiva *primus*, *ultimus*, *extremus*, *postremus*, *intimus*, *summus*, *medius*, *infimus*, *imus*, *reliquus*, (*ceterus*) stehen mit einem Substantiv in gleichem Genere, Numero und Casu, wenn sie auch nur einen Theil andeuten. Drak. ad L. 3, 29, 8. vgl. §. 104. Not. 4.

Turpione Ambivio magis delectatur, qui *in prima cavea* spectat; delectatur tamen etiam, qui *in ultima* *). C. Sen. 14. Lusciniae pariunt *vere primo* **) cum plurimum sena ova. P. 10, 29. Magna pars Aquitaniae sese Crasso dedidit obsidesque ultro misit; paucae *ultimae* ***) *nationes* hoc facere neglexerunt. Caes. C. 3, 27. Byzantium *in extrema Europa* posuere Graeci. Tac. 12, 63. Conon *extremo Peloponnesio bello* †) praetor fuit. N. 9, 1. More maiorum date plausum *postrema in Comoedia*. Plaut. Cist. fin. Antistius abdidit se *in intimam Macedoniam* ††). C. Fam. 13, 29. *Ex intima philosophia* haurienda est iuris disciplina. C. Leg. 1, 5. *Prima luce summus mons* †††) a Labieno tenebatur. Caes. 1, 22. Mento *summam aquam* *) attingens siti enecatur Tantalus. C. Tusc. 1, 5. Persuadent mathematici, terram *in medio mundo* esse sitam. Ib. 1, 17. Numa Ianum *ad infimum Argiletum*, indicem pacis bellique fecit. L. 1, 19. Est *in ima aure* memoriae locus. P. 11, 45. Sexto demum die *apud imas Esquilias*

*) auf den ersten — letzten Sitzen des Theaters.
**) zu Anfange des Frühlings.
***) in den entlegensten Theilen.
†) am Ende des peloponnesischen Kriegs.
††) in das Innerste Macedoniens.
†††) beim Anbruch des Tages waren die höchsten Puncte des Berges besetzt.
*) die Oberfläche des Wassers.

finis incendio factus est. Tac. 15, 40. Maximum bellum Cn. Pompeius *extrema hieme* apparavit, *ineunte vere* suscepit, *media aestate* confecit. C. Manil. 12. Iam pridem cupio Alexandriam, *reliquamque Aegyptum* visere. C. Att. 2, 5. Cum *cetero orbe* Vespasianus et Britanniam reciperavit. Tac. Agr. 17.

Not. Auch Pronomina demonstr. können diese Bedeutung annehmen, z. B. Antequam *ad eam orationem* venio, quae est propria vestrae quaestionis. C. Mil. 7. st. ad *eam* orationis *partem*; ferner plurimus bei Dichtern: *Plurimus* heic aeger moritur vigilando. Iuvenal. 3, 232. cf. Martial. 5, 16, 7. — Der Unterschied Varro's: *Dimidiatum* est in partes duas pares divisum; *dimidium* ex dimidiato pars altera. Gell. 3, 14. ist so zu berichtigen, daß dimidiatus zur Hälfte abgetheilt, das genau in der Mitte Getheilte bedeutet: Verres eximi iubet ex anno unum *dimidiatum*que *mensem*. C. Verr. 2, 52. Dimidius halb, ohne Rücksicht auf Theilung: Luna est maior, quam *dimidia* pars terrae. C. N. D. 2, 40. Dicunt Scopam Simonidi dixisse, se *dimidium* eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. C. Or. 2, 86.

2. Mehrere Adiectiva stehen bei einem Substantivo

a. ohne Verbindungspartikel, wenn das eine, gewöhnlich zunächst stehende, mit ihm einen Gattungsbegriff bildet, z. B. dies festus ein Festtag, naves longae Kriegsschiffe, die übrigen aber, als von verschiedner Art, z. B. solche, die eine Größe, Zahl, Zeit bedeuten, Participia, Pronomina, auch Adiectiva qualitatis, immer das nächststehende bestimmen; außerdem, wenn das eine Adiectivum als Apposition gelten kann. §. 96, 4, b. cf. Drak. ad Liv. 1, 14, 7.

Propter Ennam est spelunca quaedam, ubi Syracusani *festos dies anniversarios* agunt. C. Verr. 4, 48. Mediocriter *doctos magnos* in republica *viros* et *doctissimos homines* non nimis in republica *versatos multos* commemorare possumus. C. Leg. 3, 6. Ego *meis rebus gestis* hoc sum assecutus, ut bonum nomen existimer. C. Fam. 5, 6. — Praetori urbis negotium datum, ut *naves longas triginta veteres* reficeret. L. 27, 22. Incidit *Caesarianum civile bellum*, quum Atticus haberet annos circiter sexaginta. N. 25, 7. Romani cervicibus Karthaginiensium *praepotentem finitimum regem* imposuerunt. L. 42, 50. Atticus nullos habuit hortos, *nullam* suburbanam, aut *maritimam sumtuosam villam*. N. 25, 14. Nausea discutitur, si *integrum gallinaceum crudum ovum* *) ieiuni faucibus inse-

*) nicht gallinaceum ovum *crudum*, weil auf crudum der Accent liegt; so C. Gracchi frumentaria *magna largitio* exhauriebat aerarium. C. Off. 2, 21. nicht magna frum. larg. — *Bellum acerbissimum* civile. C. Phil. 5, 15.

ras. Colum. 6, 4, 2. *Columna aurea solida* sacrata est. L. 24, 3. Urbis Acradinae partes *una lata via perpetua*, multisque transversis divisae sunt. C. Verr. 4, 53. Verri apud Mamertinos *privata navis oneraria maxima* publice est aedificata. Ib. 5, 52. Gabinium Crassus *proximis superioribus diebus* acerrime oppugnaverat. C. Fam. 1, 9, 54. cf. C. Or. 64, 216. Gell. 15, 7. med. Cavebam, ne cui suspicionem *fictae reconciliatae gratiae* darem. Ib. 3, 12.

Themistocles consulebatur, utrum bono viro *pauperi*, an minus probato *diviti* filiam collocaret. C. Off. 2, 20. Dictator multos populatores *vagos palantes* *) oppressit. L. 7, 17. Iacet inter saltus satis patens *clausus* in medio campus *herbidus* aquosusque. L. 9, 2.

b. mit Verbindungspartikeln, wenn sie weder einander bestimmen, noch das eine als Apposition gelten kann.

Cum Armeniorum rege Tigrane *grave bellum, perdiuturnumque* gessimus. C. Sext. 27. Assentior Platoni, nihil tam facile in animos *teneros atque molles* influere, quam varios canendi sonos. C. Leg. 2, 15.

Not. Wird auf jedes der mehrern Adjective ein starker Accent gelegt, so werden sie 1. ohne Partikel neben einander gesetzt, wenn sie verschiedner Art sind und einander bestimmen: Res ipsa *tot tam claris argumentis* signisque lucet. C. Mil. 23. Non inest *in hoc tanto* naturae *tam praeclaro motu*. Ib. 31. ferner wenn sie gleicher Art sind und enumerationsweise oder als Opposita an einander gereihet werden: *Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum* rationis et consilii, quem vocamus Hominem, praeclara quadam conditione generatum est a supremo deo. C. Leg. 1, 7. Auribus iudicantur vocis *genera permulta, candidum, fuscum, lene, asperum, grave, acutum, flexibile, durum*. C. N. D. 2, 58.

2. mit Partikeln hingegen, wenn sie, obgleich einander bestimmend, doch deutlich von einander unterschieden werden sollen: Masinissa *multa et praeclara* rei militaris facinora fecerat. Sall. I. 5. Bituriges facile se loci natura defensuros dicunt, quod flumine et palude circumdata, *unum* habent *et perangustum aditum*. Caes. 7, 15. Rhenus ubi Oceano appropinquat, in plures diffluit partes, *multis ingentibusque insulis* effectis. Id. 4, 10.

*) Das Zusammentreffen mehrerer Adiectiva qualitatis, die einander bestimmen, wird durch Umschreibung vermieden: Verres mensas Delphicas *e marmore*, crateras *ex aere* pulcherrimas ex omnibus aedibus sacris Syracusis abstulit. C. Verr. 4, 59. statt marmoreas, aeneas.

3. Adiectiva, die mit einem hinzugedachten Substantiv einen Gattungsbegriff bilden, z. B. *probi* sc. homines, *ferae* sc.

---

*) i. e. qui vagi palabantur.

bestiae; ferner, die eine Menge bedeuten, wie *multi, nonnulli*; besonders Neutra und Participia §. 101. Not. 1. können *substantive* stehen und mit Adjectivis andrer Art, z. B. Possessivis, verbunden werden; ein Adiectivum qualitatis hingegen können nur die durch den Sprachgebrauch zu wirklichen Substantiven erhobenen Adjectiva bei sich haben. Beschaffenheiten werden durch Adverbia ausgedrückt.

*) Im Singulari bedeuten solche Neutra nur Einerlei, wie multum, utile; im Plurali hingegen Vielerlei.

Erubescunt *pudici* etiam *impudica* loqui. C. Leg. 1, 19. *Dextrae* fidei testes esse solebant. C. Phil. 11, 2, sc. *manus*. In divisione orbis terrae *plerique* in partem tertiam Africam posuere. Sall. I. 17. Apud Graecos antiquissimum est e *doctis* genus poetarum. C. Tusc. 1, 1. cf. C. Brut. 4, 15. Lucilius dicere solebat, ea, quae scriberet, neque ab *indoctissimis* se, neque ab *doctissimis* legi velle. C. Or. 2, 6. Aiunt *multum* legendum esse, non *multa*. P. Ep. 7, 9. Cuius aures veritati clausae sunt, ut ab amico *verum* *) audire nequeat, huius salus desperanda est. C. Lael. 24. Plerique *vana* mirantur. Tac. 1, 9. Dionysium *musicorum* perstudiosum accepimus. C. Tusc. 5, 22. Scrobes fodiebantur, paulatim angustiore *ad infimum* fastigio. Huc teretes stipites *ab summo* praeacuti et praeusti demittebantur. Caes. 7, 73. Tuas nunc epistolas *a primo* **) lego. C. Att. 9, 6. Idcirco abeatis, ut sitis *in tuto*. C. Fam. 12, 2. Quis rem tam veterem *pro certo* affirmet? L. 1, 3. — *Meus* est *natalis*, Iola. V. Ecl. 3, 76. *natali meo*. C. Att. 7, 5. *Vester aequalis* Curio neminem mihi magnopere videtur imitari. C. Or. 2, 23. Ego mei iam rationem officii confido esse *omnibus iniquissimis meis* persolutam. C. Verr. 5, 69. cf. Garat. ad C. Planc. 23, 57. Caria et Phrygia et Mysia adsciverunt dictionis genus, quod *eorum vicini*, Rhodii nunquam probaverunt. C. Or. 8.

Murenam accusat *paternus inimicus*, Postumius, *vetus vicinus* ac necessarius. C. Mur. 27. Est tibi *gravis adversaria* constituta et parata, incredibilis quaedam exspectatio. C. Fam. 2, 4. *Amicus dulcis*, ut aequum est, mea compenset vitiis bona. H. S. 1, 3, 69. Vulnerat aures *gravior nuntius*. V. Aen. 8, 582. Verres *legatus quaestorius* oppida sociorum diripienda curavit. C. Verr. 1, 21. Prodeas, *nova nupta*. Catull. 61, 80. cf. P. 28, 9. Iuvenal. 2, 120. Hoc Epicurus in

*) hier nicht veritas, welches nur Eigenschaft ist, §. 81. verum ist dasjenige selbst, was die Eigenschaft der Wahrheit hat.
**) der Reihe nach, so daß ich mit dem der Zeit nach ersten anfange.

voluptate ponit, quod *summum bonum* esse vult; *summumque malum*, dolorem. C. Fin. 1, 9. Omnes, qui Catilinae incepta probabant, *malum publicum* alebat. Sall. C. 37.

O vere Principis, reconciliare aemulas civitates. P. Pan. 80.

Not. 1. Da ein Adjectivum nur dann *substantive* stehen kann, wenn sein Appellativum durch das Prädicat völlig überflüßig wird, so ergibt sich leicht, daß die Adiectiva multitudinis, wie *omnes*, *pauci*, *plerique*, *nonnulli* am häufigsten, Eigenschaftswörter häufiger im Neutro, als in den übrigen Generibus, und in den letztern öfter im Plurali, als im Singulari vorkommen müssen. Daher erscheinen solche, wie boni, divites, fortes, fast nur in allgemeinen Sätzen, z. B. Homini potentiam quaerenti *egentissimus* quisque opportunissimus. Sall. I. 86. *Fortes* creantur *fortibus et bonis*. H. C. 4, 4, 29. Außerdem werden solche Adjectiva, von welchen allein das Prädicat gilt, in Substantiva verwandelt, z. B. *Graecorum familiaritates* parum fideles sunt. C. Q. Fr. 1, 1, 5. (nicht Graeci familiares.) Sp. Mummius fuit *doctus ex disciplina Stoicorum*. C. Brut. 25. (nicht doctus Stoicus.) Demetrius, *vir ex doctrina nobilis et clarus*, aspide ad corpus admota, vita est privatus. C. Rab. P. 9. (nicht nobilis et clarus doctus.) poetisch ist dagegen *Dives* avarus. O. Am. 3, 7, 50. Iuvenal. 7, 30. *Praeceps* immane. Iuvenal. 10, 107. dulce *serenum*. Stat. Theb. 11, 135. Wo dieses nicht Statt findet, da darf beim Adiectivo das Appellativum nicht fehlen, wie: *Bonus vir*, et fortis, et sapiens, miser esse non potest. C. Par. 2, 2. *Hominem mortuum* in urbe ne sepelito. C. Leg. 2, 23. Disputabant contra diserti *homines Athenienses*. C. Or. 1, 19. Victoribus Gallis capta tota urbe, Capitolium tamen dii et *homines Romani* tenuerunt. L. 5, 51. Hoc se labore durant *homines adolescentes*. Caes. 6, 28. cf. Oud. h. l. Deliquere *homines adolescentuli* per ambitionem. Sall. C. 52, 26. Eben so wird für das Neutrum des Adjectivs *res* gebraucht, in welches jenes sogar übergeht, z. B. Id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. *Rem difficilem atque omnium difficillimam*. C. Or. 16. etwas Schweres. Id mihi sic erit gratum, ut *nulla res* gratior esse possit. Cic. Planco in Att. 16, 16. ep. penult. Sumtu ne parcas *ulla in re*, *quod* ad valetudinem opus sit. C. Fam. 16, 4. Sthenius *rem* ad amicos suos detulit, *quae* ut erant *acerba atque indigna*, sic videbantur omnibus. C. Verr. 2, 38. extr. cf. Cort. ad C. Fam. 16, 4. ad Sall. I. 41, 1. Gron. Obs. 5, 2. Oudend. ad Caes. C. 1, 7, 4.

*) Auch Substantiva mobilia können *adiective* gebraucht werden: Abeunt studia in mores, *artesque magistrae*. O. Her. 15, 83. Non una *ministri* turba *gregis*. Sil. 11, 276. In der Stelle: Clavi ferrei, *digiti pollicis* crassitudine. Caes. 3, 13. bleibt pollex Substantivum.

Not. 2. Bei einigen Participiis Neutrius generis wechselt bisweilen das Adverbium und Adjectivum, wenn nämlich Adiectivum und Participium einander gegenseitig bestimmen, z. B. bona facta und bene facta, gethanes Gutes und gut Gethanes, wodurch jedoch der Unterschied zwischen beiderlei Bestimmungen nicht aufgehoben wird.

Accusator, si quem pecunia dicat inductum fecisse, demonstrabit aliqua in re eius aliquod *factum avarum*. C. Inv. 2, 10. Praecipuum munus annalium reor, ne virtutes sileantur, ut *pravis dictis factis*que ex posteritate et infamia metus sit. Tac. 3, 65. Qui *perniciosa* et *iniusta* populis *iussa* descripserunt, quidvis potius tulerunt, quam leges. C. Leg. 2, 5. Ante quoddam *facetum dictum* emissum haerere debet, quam cogitari potuisse videatur. C. Or. 2, 54. Ista comprobabis *divina praedicta*. C. Fat. 7. Gorgias, nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem. *Praeclarum responsum* et docto homine dignum. C. Sen. 5. A Syrtibus introrsus sunt elephantorum solitudines, mox *deserta vasta*. P. 5, 4.

Zeno *recte facta* sola in bonis actionibus ponebat; *prave*, id est peccata, in malis. C. Acad. 1, 10. Multa Catonis et in senatu et in foro vel *provisa prudenter*, vel *acta constanter*, vel *responsa acute* ferebantur. C. Lael. 2. In odium adducentur adversarii, si quod eorum *superbe*, *crudeliter*, *malitiose factum* proferetur. C. Inv. 1, 16. *Honeste factis* veritas sufficit. P. Ep. 7, 23.

4. Einige Adiectiva neutra werden wie Adverbia gebraucht, als: *multum*, *multa*, *nimium quantum*, *mirum quantum*, *sublime*, seltner *recens*. §. 132, 5.

Commentabar declamitans, idque faciebam *multum**) etiam latine, sed graece saepius. C. Brut. 90. Quid Caesar irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui *multa* deos venerati sunt contra eius salutem. C. Fam. 6, 7. Sales in dicendo *nimium quantum* valent. C. Or. 26. Id *mirum quantum* **) profuit ad concordiam civitatis. L. 2, 1. Sonus natura *sublime* fertur. C. N. D. 2, 56. cf. Tac. H. 4, 30. Astragalus *difficile* tunditur. P. 26, 8, 29. Patricia gens Claudia orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam, *recens conditam*, cum magna clientum manu commigravit. Suet. Tib. 1. *Recens*, Galbae principatu, censuerant Patres, ut accusatorum causas noscerentur. Tac. H. 2, 10. cf. 1, 77. 4, 68. 83.

Not. Die Schriftsteller des goldnen Zeitalters brauchen recens nur als Adjectivum; Dichter und Spätere hingegen nehmen desto häufiger auch andre Adjectiva als Adverbia, z. B. *aeternum*que locus Palinuri nomen habebit. V. Aen. 6, 381. *altum* dormire. Iuvenal. 1, 16. *acerba* tuens. V. Aen. 9, 794. So *laevum*, *torvum*, *insanum*, *tantum*, *acutum*, *suave*, *lene*, *miserabile*, *lugubre*, *infanda* etc. Ueber *ultimum* illud visuri s. §. 96, 4, h.

---

*) oft, häufig. C. Leg. 3, 15, 33.

**) θαυμαστὸν ὅσον. Dafür mire quam. C. Att. 1, 11. extr. θαυμαστῶς ὡς. So immane quantum. H. Od. 1, 27, 6. Tac. H. 4, 34. extr. plurimum quantum. Flor. 4, 2, 74. incredibile quantum. L. 8, 2.

Comparatio.

153 Durch die Comparation werden mehrere Begriffe nach ihrem Verhältniß zu einer ihnen gemeinschaftlichen Eigenschaft so mit einander verglichen, daß sie einander in einem gewissen Grade gleich oder ungleich erscheinen. Zur Bezeichnung der hieraus sich ergebenden drei Hauptverhältnisse, der Gleichheit, der Ungleichheit zweier und der Eminenz (ratio aequalitatis, inaequalitatis duorum, eminentiae) werden die Gradus des Adiectivi und des Adverbii gebraucht. §. 41. §. 77, II.

I. Das Verhältniß der Gleichheit, wenn zwei mit einander verglichenen Gegenständen die ihnen gemeinschaftliche Eigenschaft in völlig gleichem Grade zukommt (ratio aequalitatis), wird durch *tam* mit dem Positivo und folgendem *quam* ausgedrückt; negativ durch *non tam — quam* nicht so sehr, nicht sowohl — als.

Canis *tam placida* est, *quam* est aqua. Plaut. Most. 3, 2, 165. *Tam* hoc tibi quidem *in proclivi*, *quam* imber est, quum pluit. Id. Capt. 2, 2, 86. *Tam felix* utinam, *quam* pectore candidus, essem. O. Pont. 4, 14, 43. Nihil est *tam populare*, *quam* bonitas. C. Ligar. 12, 37. Quid est oratori *tam necessarium*, *quam* vox? C. Or. 1, 59.

*) *Hic* non solum de praesente, verum etiam de absente possumus dicere, ad intellectum referentes demonstrationem. Prisc. 17, 9, 58. *Hic* dicitur de persona loquentis; *iste* de persona audientis; *ille* de persona remota ab utroque. Calph. ad T. Heaut. 2, 3, 115. *Hic*, *iste*, *ille* tertiam omnino personam demonstrant, non tamen eandem: sed *Hic*, praesentem ei, qui loquitur; *Iste* praesentem ei, ad quem fit sermo. Linacer de emendata struct. Lat. serm. p. 9. Edit. Ald. Allerdings soll nach der Absicht des Redenden der Angeredete den mit *iste* bezeichneten Gegenstand als den jetzt ihm nächsten und beachtenswerthesten betrachten. — Prima et secunda persona ideo non egent diversis vocibus, quia semper praesentes inter se sunt et demonstrativae; tertia vero persona modo demonstrativa est; ut *hic*, *iste*; modo relativa, ut *is*, *ipse*; modo praesens iuxta, ut *iste*; modo absens vel longe posita, ut *ille*. Prisc. XII, 1, 1.

**) ich und kein andrer.

***) ich für meine Person.

tumne me dicturum putas? *Tu* vero *), ut videtur. C. Tusc. 5, 8. *Tu* quos ad studium atque usum formabis agrestem, iam vitulos hortare, viamque insiste domandi, dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas **). Virg. G. 3, 163. Tuo tibi iudicio est utendum: tibi si recta probanti placebis, tum non modo *tu* te viceris, sed omnes et omnia. C. Tusc. 2, 26.

Dionysius, servus meus, aufugit. *Is* est in provincia tua. C. Fam. 13, 77. Ardor animi non semper adest, *is*que ***) cum consedit, omnis *illa* vis et quasi flamma oratoris exstinguitur. C. Brut. 24. Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent, neque solum *ista* vestra oratoria, sed *haec* etiam levia nostratia? C. Fam. 2, 11. Ignavia corpus hebetat, labor firmat; *illa* maturam senectutem, *hic* longam adolescentiam reddit. Cels. 1, 1. Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege: fortem, iustum, magnaninum, liberalem; *hae* sunt regiae laudes; *illa* privata est. C. Deiot. 9. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria: *haec* in tua, *illa* †) in deorum manu est. L. 30, 30. Vos, Quirites, quoniam iam nox est, veneramini *illum* ††) Iovem, custodem huius urbis ac vestrum, atque in vestra tecta discedite. C. Cat. 2, 12. Verus amicus est tamquam alter *idem* †††). C. Lael. 21. Veteres illi doctores *iidem* [1]) erant vivendi praeceptores atque dicendi. C. Or. 3, 15. Si scriberem *ipse*, longior epistola fuisset; sed dictavi propter lippitudinem. C. Att. 7. 13.

Hierbei ist zu bemerken:

a. Diese Pronomina können bei den Präpositionen *ad*, *apud*, *a* auch die Wohnung der genannten Person bedeuten.

Septimo Idus veni *ad me* in Sinuessanum. C. Att. 16, 10. Velim domum *ad te* scribas, ut mihi tui libri pateant non secus, ac si ipse adesses. Ib. 4, 14. Aricia rediens devertit

---

*) ja du!

**) So gewöhnlich bei Ermahnungen und Belehrungen; cf. Virg. G. 2, 241. 3, 73. 4, 45. O. Met. 2, 88. 102.

***) und wenn das (Feuer) sich gelegt hat.

†) haec, sc. pax, als näher, vorliegend gedacht; illa, sc. victoria, als das Entferntere in der Vorstellung, wie illis — his. Caes. C. 2, 51. ante med.

††) auf die Statue des Jupiter hinzeigend, die auf dem Capitolium auf einer hohen Säule gegen den Markt zu gerichtet stand, die der Redner also im Gesicht hatte, vgl. C. Cat. 3, 8. 9. Div. 1, 11. 2, 20. Quinctil. 5, 11, 42. Dio Cass. 37, 9. 34 Oud. ad Iul. Obseq. Prodig. 122. p. 182. sq. Rycquius de Capitol. p. 246.

†††) das andre Ich.

1) zugleich, in einer Person.

Clodius *ad se* in Albanum. C. Mil. 19. cf. Garat. h. l. *Ad se* quisque vago passim pede discedebant. Catull. 64, 278. Scaurum ruri *apud se* esse audio. C. Or. 1, 49. Curii villa abest non longe *a me*. C. Sen. 16. Pompeius venit etiam *ad me* in Cumanum *a se*. C. Att. 4, 9. Quisnam *a nobis* egreditur foras. T. Heaut. 3. 2, 50.

b. *Is* zeigt dem Angeredeten einen Gegenstand nur als bekannten, bereits erwähnten oder auch noch genauer zu bestimmenden; *iste* (is-te, §. 86, II, 2.) aber als einen ihm nahen und beachtenswerthen. Daher kann *iste* einen Gegenstand bald als einen bedeutenden, bald auch als einen verächtlichen bezeichnen. Cicero braucht dieses Pronomen vom Verres, in so fern dieser als Angeklagter vor den angeredeten Richtern steht, und unter denselben Umständen von Nävius. C Quint. 5, 18. 19.

Vercingetorix respondit; summam imperii se consulto *nulli* discedentem tradidisse, ne *is* multitudinis studio ad dimicandum impelleretur. Caes. 7, 20. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur, et de *eo* hoste, qui iam fatetur, se esse hostem? C. Cat. 2, 8. *Is* mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus curae est. T. Ad. 5, 6, 8. Quid exspectas? tabulas novas? errant, qui *istas* a Catilina exspectant. C. Cat. 2, 8. cf. Nep. 15, 5, 3. Homines sapientes et *ista* auctoritate praeditos, qua vos estis, his rebus mederi convenit. C. S. Rosc. 53. Animi est *ista* mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Caes. 7, 77.

c. Mit *hic* bezeichnet der Redende einen nähern Gegenstand, örtlich und in der Vorstellung; mit dem entgegengesetzten *ille* einen entferntern. Daher heißt auch *hic* gegenwärtig, jetzig; *ille* durch die, Entferntes immer vergrößernde, Sage bekannt, berühmt, berüchtigt.

Miscuere sese Iulius Tutor et Iulius Sabinus: *hic* Trevir, *hic* *) Lingon. Tac. H. 4, 55. Q. Catulus non antiquo *illo* more, sed *hoc* nostro fuit eruditus. C. Brut. 35. Capitolium saxo quadrato substructum est; opus vel in *hac* **) magnificentia urbis conspiciendum. L. 6, 4. Honestum *illud* ***) Solonis est, quod ait versiculo quodam, senescere se multa in dies addiscentem. C. Sen. 14. Antipater *ille* Sidonius solitus est versus hexametros fundere ex tempore. C. Or. 3, 50. Ex Ponto Medea *illa* quondam profugisse dicitur. C. Manil. 9. Nobisne

*) Beide wollte Tacitus lebhafter vergegenwärtigen.
**) gegenwärtigen, jetzigen Pracht.
***) die bekannte Aeußerung.

omnibus, et Platoni ipsi, nescio quem *illum* †) anteponebas? C. Fin. 4, 22.

Daher wird auch nach einem Substantivo, als Genus genommen, die untergeordnete Species oder Gattung desselben mit *ille* oder *hic* bezeichnet, anstatt daß der Deutsche das Substantivum wiederholt. §. 107, 3, b, *). Eben so bei speciellen Bestimmungen eines Hauptbegriffs.

An censes, omnium rerum publicarum nostram, *veterem illam*, fuisse optimam? C. Leg. 2, 10. Accepimus patres vestros, *asperrimos illos* ††) ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse. L. 22, 59. Charites in propylaeo Atheniensium Socrates fecit, *alius ille*, quam pictor. P. 36, 5, 10. Unguentis minus diu delectamur summa et acerrima suavitate conditis, quam *his moderatis*. C. Or. 3, 25. cf. 3, 59, 220. Orator, non *ille vulgaris*, sed *hic excellens*, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam. C. Or. 14. A Socrate philosophia, non *illa de natura*, quae fuerat antiquior, sed *haec*, in qua de hominum vita et moribus disputatur, inventa dicitur. C. Brut. 8. Quam dissimilis nuper alterius Principis transitus? si transitus *ille*, non populatio fuit. P. Pan. 20. cf. Garat. ad C. Phil. 3, 8. p. 36. Charmadas eloquentissimos homines nominabat: in quibus etiam, sive *ille* irridens, sive quod ita putaret atque ita audisset, me in illo numero proferebat. C. Or. 1, 20. Parmenides, Xenophanes, minus bonis quamquam versibus, sed *illis versibus* increpant eorum arrogantiam, qui, quum sciri nihil possit, audeant, se scire, dicere. C. Acad. 2, 23.

d. Wenn durch *idem* eben derselbe, zwei Dinge einander gleich gestellt werden, so geschieht dieses mit einem folgenden *qui*, *ac*, *et*, selten mit cum oder griechisch mit dem Dativo.

Eadem utilitatis, *quae* honestatis est regula. C. Off. 3, 18. *Idem* exstitisti consul in me ornando et amplificando, *qui* fueras semper. C. Fam. 15, 11. Servi *iisdem* moribus erant, *quibus* dominus. C. Verr. 3, 25. cf. C. Sen. 1, 1. Rhetorum dicta quam exilia sunt de virtutis vi! quibus etiam qui assentiuntur, *iidem* abeunt, *qui* *) venerant. C. Fin. 4, 3. Virtus *eadem* in homine *ac* deo est. C. Leg. 1, 8. Academici *et* Peripatetici quondam *iidem* erant. C. Off. 3, 4. Hunc ego, *eodem mecum*

†) sc. Zenonem. Nescio quem wird durch illum verstärkt: einen so ganz Unberühmten.
††) die so schwer an Friedensvorschläge gingen.
*) die gehen eben so davon, wie sie gekommen waren.

patre genitum, in possessionem Armeniae deduxi. Tac. 15, 2. Invitum qui servat, *idem* facit *occidenti* *). H. Art. P. 467.

e. *Ipse*, das verstärkte is, er selbst, zeigt auf einen Gegenstand, in so fern er allein, mit Ausschluß aller übrigen und im Gegensatz derselben gedacht werden soll, entweder in Hinsicht der bloßen Persönlichkeit, die andern entgegen gesetzt wird, in welchem Fall es auch durch an sich, allein, und, vorzüglich bei Zahlenangaben, durch voll, genau, gerade, nicht mehr und nicht weniger übersetzt werden kann; oder in Hinsicht des Prädicats, indem es dieses streng auf das Subject allein bezieht und alle fremde Theilnahme ausschließt, daher die active Bedeutung von selbst, von freien Stücken.

Neben einem Personalpronomen im Casu obliquo bezeichnet *ipse* im Nominativo ein Subject als thätig, in gleichem Casu, als leidend, und in diesem letztern Fall haben beide Pronomina, von welchen das erste durch das folgende nur genauer bestimmt wird, den nämlichen Gegensatz; im erstern Fall aber kann das Personalpronomen auch einen verschiedenen Gegensatz und demnach einen besondern Accent haben, wie dann besonders, wann ipse im Nominativo mit einem noch stärkern Accent vorangeht. Drak. ad L. 2, 19, 5. Bremi ad C. Fat. 11. Gernhard ad C. Off. 1, 38, 137.

Caesar totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treviros mittit, duasque legiones ad eum proficisci iubet: *ipse* cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiscitur. Caes. 6, 5. Par est, primum *ipsum* esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. C. Lael. 22. Perspicuum est, nullam artem *ipsam* in se versari, sed esse aliud artem *ipsam*, aliud quod propositum sit arti. C. Fin. 5, 6. an sich, cf. C. Acad. 2, 38, 120. 41, 127. Rerum natura cognita non conturbamur ignoratione rerum, e qua *ipsa* horribiles exsistunt saepe formidines. C. Fin. 1, 19. allein. Modus est optimus, decus *ipsum* tenere, nec progredi longius. C. Off. 1, 39. genau. Brundisii mihi Tulliola mea fuit praesto, natali *ipso* suo die. C. Att. 4, 1. gerade, eben. Crassus erat Q. Caepione consule natus et C. Laelio, triennio *ipso* minor, quam Antonius. C. Brut. 43. gerade, volle 3 Jahre. Cato mortuus est annis LXXXIII *ipsis* ante me consulem. Ib. 15. cf. C. Fam. 2, 8. *Nunc ipsum* **) sine te esse non possum. C. Att. 12, 16. Regulum *tum ipsum*, quum vigiliis et fame cruciaretur, cla-

---

*) handelt eben so, als wenn er ihn todt schlüge, wie τὸ αὐτὸ ποιεῖ τῷ ἀποκτείναντι.

**) gerade jetzt; tum (tunc) ipsum gerade damals. So öfter.

mat virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium. C. Fin. 2, 20. — Huc *ipsi* potum venient per prata iuvenci. V. Ecl. 7, 11. Iam *ipsae* defluebant coronae. C. Tusc. 5, 21. Tandem aliquando Catilinam *ipsum* egredientem verbis prosecuti sumus. C. Cat. 2, 1. cf. Intpp. ad Callimach. H. Apoll. 6. p. 41.

Non egeo medicina; *me ipse* consolor. C. Lael. 3. Maximus consularis maximum consulem, *te ipse* vicisti. C. Fam. 12, 13. cf. C. Cat. 1, 8, 19. Ephori putabant exspectandum, dum *se ipsa* res aperiret. N. 4, 3. cf. 4, 4, 3. Iulius Priscus, Praetoriarum cohortium praefectus, *se ipse* interfecit, pudore magis, quam necessitate. Tac. H. 4, 11. cf. Caes. 5, 37. Artes *se ipsae* per se tuentur singulae. C. Or. 2, 2. Thebis in templo Herculis valvae clausae repagulis, subito *se ipsae* aperuerunt. C. Div. 1, 34. von selbst. Iunius bello Punico primo tempestate classem amisit; itaque necem *sibi ipse* conscivit. C. N. D. 2, 3. Sedulitate *mihimet* *) *ipse* satisfacere possum; re quidem ipsa mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum consequi possum. C. Fam. 1, 8. Omnia cogitatione *nobismet ipsi* possumus fingere. C. N. D. 3, 18. cf. C. Off. 1, 32. pr. Deforme est, *de se ipsum* praedicare, falsa praesertim. C. Off. 1, 38. Difficile est, sensum in re publica, praesertim rectum et confirmatum, deponere. Verumtamen *ipse me* **) conformo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum. C. Fam. 1, 8. Iustitia ut *ipsa se* fundet usu in ceteras virtutes, sic illas expetet. C. Fin. 5, 23. cf. C. Cluent. 23. pr. — — Ista, quae habes a me, non reprehendo, ne *me ipsum* irrideam. C. Or. 3, 12. E Crasso nunquam verbum elicere potui de via ac ratione dicendi, quum et per *memet ipsum* egissem, et per Drusum saepe tentassem. C. Or. 1, 21. Eo ad te tardius scripsi, quod quotidie *te ipsum* exspectabam. C. Fam. 3, 6. Tu quando rem publicam nosque conservas, fac ut diligentissime *te ipsum*, mi Dolabella, custodias. Ib. 9, 15. Per te Asiam provinciam confidebam iam rei publicae reciperatam. Tu fac in augenda gloria *te ipsum* ***) vincas. Ib.

---

*) mir für meinen Theil; *met* beschränkt das Pronomen mehr auf das damit bezeichnete Subject, oder isolirt es. §. 86, II, 1. Statui *egomet* mihi tum modum orationi meae. C. Verr. 5, 63. Pulsi cum sauciis integri, *suomet* ipsi metu et angustiis viarum conflictabantur. Tac. H. 3, 16.

**) *me* hat hier keinen von ipse verschiednen Gegensatz; auf ipse aber, im Gegensatz von difficile est (omnibus), liegt der Hauptaccent.

***) *te ipsum*, nämlich, der du schon so viel geleistet hast; nicht te ipse. So muß auch *te ipsum* C. Fam. 1, 9, 9. 3, 4, 4. mit

12, 7. Vercingetorix accusatus respondit: Quod propius Romanos accessisset, (fecisse se) persuasum loci opportunitate, qui *se ipsum* munitione defenderet. Caes. 7, 20. Miles Pompeianus fratrem suum, dein, cognito facinore, *se ipsum* interfecit. Tac. H. 3, 51. cf. Tac. 14, 37. extr. Non potest exercitum is continere imperator, qui *se ipsum* non continet. C. Manil. 13. Progredientibus aetatibus, sensim tardeve potius quasi *nosmet ipsos* cognoscimus. C. Fin. 5, 15. cf. 5, 11, 30. 5, 16. pr. Off. 1, 9, 29. Or. 39, 135. 56, 189. Part. 13, 47. *Se ipsos* omnes natura diligunt. C. Fin. 3, 18. cf. C. Brut. 1, 4. Tusc. 1, 46, sub fin. Lael. 3, 10. Legiones, a Novesio Bonnaque in Treveros traductae, *se ipsas* in verba Vespasiani adigunt. Tac. H. 4, 70. Cn. Pompeium omnibus, qui unquam fuerunt, P. Lentulum *mihi ipsi* antepono. C. Fam. 3, 7. cf. 1, 1. pr. A me brevitas postulatur, quae *mihimet ipsi* amicissima est. C. Quint. 10. cf. C. Mur. 3. pr. Or. 71, 237. Necesse est, si quis *sibi ipsi* inimicus est, eum, quae bona sunt, mala putare; bona contra, quae mala. C. Fin. 5, 10. Quum praecipitur, ut *nobismet ipsis* imperemus, hoc praecipitur, ut ratio coerceat temeritatem. C. Tusc. 2, 21. Salutem quum utrisque his dederis, tres fratres non solum *sibi ipsis*, sed etiam rei publicae condonaveris. C. Lig. 12. Equidem et in vobis animadvertere soleo, et *in me ipso* saepissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, et tota mente atque omnibus artubus contremiscam. C. Or. 1, 26. cf. C. Mur. 20, 42. In oratione plurimum valet correctio, vel ante, vel postquam dixeris, vel quum aliquid *a te ipso* reiicias. C. Or. 3, 53. Nihil necesse est mihi, *de me ipso* dicere, quamquam est id quidem senile, aetatique nostrae conceditur. C. Sen. 9. cf. 23, 82. Off. 2, 19, 67. Ea, quae dicam, non *de memet ipso*, sed de oratore dicere putetis. C. Or. 3, 20. Ea gessimus, ut omnibus potius, quam *ipsis nobis* †) consuluerimus. C. Fin. 2, 19.

Lagune gelesen werden. Den Unterschied zeigen die Stellen: Si ad vitem sensus accesserit, ut appetitum quendam habeat, et *per se ipsa* moveatur, quid facturam putas? an ea, quae per vinitorem antea consequebatur, *per se ipsam* curabit? C. Fin. 5, 14. per se *ipsa*, in so fern bei der Rebe Empfindung und das Vermögen sich selbst zu bestimmen, vorausgesetzt wird. Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem: sed tantum ut *se ipse* diligat, ut integrum se salvumque velit. Omne enim animal, simul ut ortum est, et *se ipsum*, et omnes partes suas diligit. C. Fin. 2, 11. wo ipsum der Accusativ ist, opp. partes; ipse von selbst, aus eignem Antrieb.

†) nicht nobis ipsis, weil auf ipsis ein stärkerer Accent liegt. So Veritus, ne quid *in ipso se* offenderetur. C. Verr. 1, 25, 64.

exercitu, *hunc* delectu dato, iudicium exspectaturum fuisse? C. Mil. 26. Erat magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi atque irrumpere in meam provinciam conarentur, iter *eos* per Cappadociam esse facturos. C. Fam. 15, 2. Thebis in templo Herculis arma, quae fixa in parietibus fuerant, *ea sunt* humi inventa. C. Div. 1, 34. Numa urbem novam, conditam vi et armis, iure *eam* legibusque ac moribus de integro condere parat. L. 1, 19. Non omnes, qui Attice, *iidem* bene; sed omnes, qui bene, *iidem* etiam Attice dicunt. C. Brut. 84. Tertium est, ut id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus *idem* literis. C. Fam. 15, 14. cf. C. Manil. 18, 55. Illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, *id* in sapientibus est solis, neque a virtute divelli unquam potest. C. Off. 3, 3.

i. Bekommt ein Nomen eine neue Bestimmung, die den bestehenden Begriff desselben bedeutend einschränkt und deswegen durch ein stärkeres Gewicht ausgezeichnet werden soll, so wird es bei dieser nur in Hinsicht seiner Persönlichkeit durch *et is*, *et is quidem*, *et hic*, *isque*, *neque is*; (*sed is*) wiederholt, wofür der Deutsche und zwar braucht; ist aber diese neue Bestimmung mehr als ein Zusatz zu einer vorhergehenden, nicht minder wichtigen zu betrachten, so wird bei denselben mehr die Identität des vorausgegangenen Nomens berücksichtigt, und dieses durch *idem*, *et idem*, *idemque* wiederholt, welches gemeiniglich durch auch, zugleich, ebenfalls übersetzt wird.

Exempla quaerimus, *et ea* *) non antiqua. C. Verr. 3, 90. Homo habet memoriam, *et eam* infinitam rerum innumerabilium. C. Tusc. 1, 24. Uno *atque eo* **) facili proelio caesi ad Antium hostes. L. 4, 57. Epicurus una in domo, *et ea quidem* angusta, quam magnos tenuit amicorum greges! C. Fin. 1, 20. Negotium magnum est navigare, *atque id* mense Quintili. C. Att. 5, 12. cf. §. 21, III. Sunt alii philosophi, *et hi quidem* magni atque nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi censent. C. N. D. 1, 2. Quod adolescentes, *et ii quidem* non solum indocti, sed etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescent? C. Sen. 20. Tamĕsis uno omnino loco pedibus, *atque hoc* aegre, transiri potest. Caes. 5, 18. Unam rem explicabo, *eamque* maximam. C. Fin. 1, 8. Crassum cognovi studiis optimis deditum, *idque*

---

*) *Ἀθηναῖοι ἐκ γῆς τε, καὶ ταύτης Λακωνικῆς, ἠμύνοντο ἐκείνους ἐπιπλέοντας.* Thuc. 4, 12. extr.

**) und zwar, und noch dazu, und noch obendrein.

a puero. C. Fam. 13, 16. Galli legionem, *neque eam* plenissimam, propter paucitatem despiciebant. Caes. 3, 2. Erant in Torquato plurimae literae, *nec eae* vulgares. C. Brut. 76. Severitatem in senectute probo, *sed eam* *) modicam; acerbitatem nullo modo. C. Sen. 18. cf. C. Brut. 83, 287.

Quidquid honestum est, *idem* est utile. C. Off. 2, 3. Balbus eo utebatur cibo, qui et suavissimus esset, et *idem* facillimus ad concoquendum. C. Fin. 2, 20. Scripsi et dedi literas ad te liberto tuo, in quibus *idem* **) te hortor et rogo, ut Romam protinus pergas et properes. C. Q. Fr. 1, 3. Ego vir fortis *idemque* philosophus vivere pulcherrimum duxi. C. Fam. 9, 17. cf. C. Brut. 58, 212. Haec vestra est de somniorum veritate sententia. Atque *iidem* etiam vota suscipi dicitis oportere. C. N. D. 3, 39. Agebamus vitae beatum, *et eundem* supremum diem. C. Fin. 2, 30. cf. C. Mur. 9, 20. Quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, *easdemque* non necessarias. C. Off. 1, 6.

k. Wird ein Nomen einem andern in einem Zwischensatze enthaltenen, durch das darauf folgende Prädicat entgegen gestellt, so wird es durch *ille* wiederholt. Werden aber mit einem Subjecte zwei einander so entgegen gesetzte Prädicate verbunden, daß das erste durch das zweite beschränkt wird, so wird dieses Subject bei dem ersten durch ein Personalpronomen mit *quidem* wiederholt, worauf bei dem zweiten *sed, verum, vero, verumtamen* folgt.

Noster Plato Titanum e genere statuit eos, *qui*, ut illi coelestibus, sic *hi* adversentur magistratibus. C. Leg. 3, 2. Nos oportet habere certos locos, *qui*, ut literae ad verbum scribendum, sic *illi* ad causam explicandam statim occurrant. C. Or. 2, 30.

De Cicerone quod me semper rogas, ignosco *equidem* tibi, *sed* tu quoque mihi velim ignoscas. C. Q. Fr. 3, 1. Quod me hortaris ad memoriam factorum meorum, facis amice *tu quidem*, mihique gratissimum: *sed* mihi videris aliud tu honestum, meque dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. C. Att. 8, 2. Num igitur peccamus? — Minime *vos quidem*; *sed tamen* signa conturbantur, quibus voluntas a simulatione distingui possit. Ib. 8, 9. Eloquentia sive est ars, sive artis quaedam similitudo, non est *ea quidem* negligenda; *verum* intelligendum est, alia quaedam ad consequendam eloquentiam esse maiora. C. Or. 1, 23. Tuus dolor humanus *is quidem*,

---

*) aber eine mäßige.
**) ich zugleich.

sed magnopere moderandus. C. Att. 12, 10. Domitius nulla *ille quidem* arte, *sed* latine *tamen*, et multa cum libertate dicebat. C. Brut. 77. Astutiae tollendae sunt, eaque malitia, quae vult *illa quidem* videri se esse prudentiam, *sed* abest ab ea, distatque plurimum. C. Off. 3, 17. Apollonius in Hispaniam ad te, maxime *illa quidem* suo consilio, *sed* etiam me auctore est profectus. C. Fam. 13, 16. O hominem, semper *illum quidem* mihi aptum, *nunc vero* etiam suavem! C. Fam. 12, 30. Morositas senum habet aliquid excusationis, non *illius quidem* iustae, *sed* quae probari posse videatur. C. Sen. 18. Ludo et ioco uti *illo quidem* licet, *sed* sicut somno et quietibus ceteris, tum, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus. C. Off. 1, 29. Ipsum Latine loqui est *illud quidem* in magna laude ponendum; *sed* non tam sua sponte, quam quod est a plerisque neglectum. C. Brut. 37. C. Piso minime *ille quidem* tardus in excogitando, *veruntamen* vultu et simulatione multo etiam acutior, quam erat, videbatur. Ib. 68.

Ohne den Gegensatz zeigt *quidem* mit dem Personalpronomen eine genauere Bestimmung des vorhergehenden Satzes an.

Erat tribunus plebis tum C. Curio: quamquam is *quidem* silebat, ut erat semel a concione universa relictus. C. Brut. 89. Interdum homines ad hominem augendum atque honestandum pretio ac mercede ducuntur: quae sordidissima est *illa quidem* ratio et iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur. C. Off. 2, 6. T. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit *is quidem* paucos menses. C. Lael. 12. Cum essem in Puteolano, Hirtiusque noster, multum una eramus, maxime *nos quidem* exquirentes ea consilia, quae ad pacem et ad concordiam civium pertinerent. C. Fat. 1.

2. Die Genitive der Personalpronomina *nostrum*, *vestrum* unsrer, eurer (Personen), von, unter uns, euch sind Pluralis Numeri und werden nur von Mehrern gebraucht, daher allein als Genitivi Subiecti und partitive; hingegen *nostri*, *vestri*, *sui*, Singularis Numeri, indem hier bloß die Person als solche, das ist, als Einheit in Betrachtung kommt, werden nebst *mei*, *tui* vorzüglich als Genitivi Obiecti gebraucht und als geschlechtlos §. 45. mit dem Gerundium in *di* verbunden.

Patria est communis omnium *nostrum* parens. C. Cat. 1, 7. cf. 1, 6, 14. Flacc. 37, 94. Vitam omnium *vestrum* vobis conservatam ac restitutam videtis. C. Cat. 3, 1. cf. 4, 1, 1. 2. C. Or. 3, 55, 208. Att. 11, 6. ante med. Tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad *vestrum* omnium caedem, Romae restiterunt. C. Cat. 4, 2. Incertum est, quam longa *nostrum* cuiusque vita futura sit. C. Verr. 1, 58. Te ad me venire

uterque *nostrum* cupit. C. Att. 13, 33. cf. C. Q. Fr. 2, 4. Or. 1, 21, 97. Minus habeo virium, quam *vestrum* utervis. C. Sen. 10. Imperium summum Romae habebit, qui *vestrum* primus osculum matri tulerit. L. 1, 56. Quis *nostrum* exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? C. Fin. 1, 10. aliquem *nostrum*, nemo *nostrum*. C. Div. 2, 55. Ais, habe mei rationem, habe tu *nostrum* *). C. Att. 7, 9. Ne quis etiam errore labatur, *vestrum* **) quoque non sum securus. L. 39, 16.

Prorsum oblitus sum *mei*. T. Eun. 2, 3, 14. Faciam, ut *mei* semper memineris. Ib. 4, 7, 31. cf. §. 111. Not. 1. Habetis ducem memorem *vestri*, oblitum *sui*. C. Cat. 4, 9. Mirum me desiderium tenet urbis, atque in primis *tui*. C. Fam. 2, 11. cf. 16, 1. Tiberius Gracchus magnum desiderium *sui* reliquit apud populum Romanum. C. C. Rab. 5. Quoniam vita, qua fruimur, brevis est, memoriam *nostri* quam maxime longam efficere debemus. Sall. C. 1. cf. C. Sen. 22. extr. Ita plerique omnes sumus ingenio, *nostri* nosmet poenitet. T. Phorm. 1, 3, 20. Si vos urbis, Quirites, si *vestri* nulla cura tangit, at vos veremini deos vestros ab hostibus captos. L. 3, 17. Plancius habuit in petitione multos cupidos *sui*. C. Planc. 19. Omnis est natura diligens *sui*. C. Fin. 4, 13. Maneat, quaeso, gentibus, si non amor *nostri*, at certe odium *sui*. Tac. G. 33. Nihil malo, quam et me *mei* similem esse, et illos *sui*. Caes. ap. C. Att. 9, 16. Quintus misit filium non solum *sui* deprecatorem, sed etiam accusatorem *mei*. C. Att. 11, 8. Pravae mentis homo iuventutem ad imitationem *sui* sollicitat, etiam sine malis exemplis per se docilem. S. Helv. 11. Lysander, Lacedaemonius, magnam reliquit *sui* famam. N. 6, 1. Parsimonia et diligens *sui* tutela perduxit Platonem ad senectutem. S. Ep. 58. Multa adsolet veritas praebere vestigia *sui*. L. 40, 54. *Nostri* melior pars ***) animus est. S. N. Q. 1. Praef. Neve aliquid *nostri* post mortem posse relinqui. Lucret. 4, 43.

Et nunc magna *mei* †) sub terras ibit imago. V. Aen. 4, 654. *Melioris* tibi memoria *nostri* ††) subeat. S. Med. 555.

---

*) auf uns Römer; nostri würde hier heißen: auf mich allein.

**) Vestrum entspricht dem Vorhergehenden: Optare igitur *unusquisque vestrum* debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. Es ist hier von den Angeredeten jeder für seine Person gemeint.

***) multaque pars *mei*. Hor. C. 3, 30, 6. cf. Burm. ad O. Met. 15, 875. Nullaque pars manet *nostri*. Sen. Troad. 378.

†) Worte der Dido.

††) an uns. Worte der Medea.

Copia *placandi* sit modo parva *tui* †). O. Her. 20, 74. Non vereor, ne quis me hoc *vestri adhortandi* causa magnifice loqui existimet. L. 21, 41. Magnam ingenuit animantibus *conservandi sui* natura custodiam. C. N. D. 2, 48. cf. C. Cat. 1, 3, 7. Qui sub vallo tendebant mercatores, *recipiendi sui* facultatem non habebant. Caes. 6, 37. Aedui legatos ad Caesarem *sui purgandi* gratia mittunt. Hoc faciunt recuperandorum suorum ††) causa. Id. 7, 43. cf. 4, 13. 5, 38. 7, 80. extr.

Not. 1. Man sagte seit dem goldnen Zeitalter hier nur *nostrum*, *vestrum* zum Unterschied von den Genitiven nostrorum, vestrorum von noster, vester. Weniger genau nahm es die frühere Zeit, z. B. *Nostrorum* nemo dignus est. Plaut. Poen. 4, 2, 59. Illud maxuma pars *vestrorum* intelligit. Plaut. Most. 1, 3, 123. von euch. *Vostrarum* nulla est, quin gnatum valit ducere uxorem. T. Hec. 2, 1, 43. von euch (Müttern). Daher läßt Livius auch den Decius seinem Zeitalter gemäß sagen: Divi, quorum est potestas *nostrorum* hostiumque. L. 8, 9.

Not. 2. a. Daß *nostrum* und *vestrum* auch obiective gebraucht werden, sobald Mehrere zu unterscheiden sind, beweisen die beiden letzten oben angeführten Stellen, und in dieser Hinsicht vertheidigte Apollinaris Sulpicius bei Gell. 20, 6. die Beispiele: misereri *vestrum* aus Gracchus, und: C. Mari, ecquando te *nostrum* et rei publicae miserebitur? aus Quadrigarius mit Recht. So sagt auch der Deutsche: Wir haben Mitleid mit euch Leuten. Mit Unrecht aber erklärte er sich gegen nostri, vestri, die in allen Zeitaltern nach der oben angegebenen Regel gebräuchlich waren.

b. Als Genitivi Subiecti werden diese Pronomina beibehalten, wenn die Person nur als Person oder als Subject genommen, nicht aber in so fern etwas als ihr zukommend oder ihr angehend, ihr gehörend betrachtet wird; daher ist imago *mei* der Schatten von mir, meiner Person, V. Aen. 4, 654. sehr verschieden von: Nec me *mea* fallit imago. O. Met. 3, 463. Agesilaus neque pictam, neque fictam imaginem *suam* passus esse. C. Fam. 5, 12, 23. Tenuis vapulat umbra *mea*. Prop. 2, 9 (3, 2), 20. Burm. Daher auch: Marcellinus se acerrimum *tui* defensorem fore ostendit. C. Fam. 1, 1. Imitantes genitorem et effectorem *sui* *). C. Univ. 13. Non dubitem dicere omnem naturam esse conservatricem *sui*. C. Fin. 5, 9. Ita se ipse consumtione et senio alebat *sui*. C. Univ. 6. Magno *sui* cum periculo. Caes. 4, 28. Dolabella terrore nominis Romani et quia Numidae peditum aciem ferre nequeunt, primo *sui* incessu solvit obsidium. Tac. 4, 24. Tellus pressa est gravitate *sui*. O. Met. 1, 30. cf. Burm. h. l. Oud. ad Caes. 1, 4, 2. ad Suet. Caes. 30. p. 50. Sic animum componamus, ut finem *nostri* sine tristitia cogitemus. Sen. Ep. 61.

---

†) *tui* sc. Cydippae, wie *tui videndi*. Plaut. Truc. 2, 4, 18. und *placandi* (nicht placandae) nach den bessern Handschriften.

††) um die Ibrigen wieder zu bekommen.

*) Dagegen: Prisci nosse generatores *suos* optime poterant. C. Univ. 11. Terram, altricem *nostram*, diei noctisque effectricem deus esse voluit. Ib. 10.

Saepe maiores *vestrum* †) misertti plebis Romanae decretis suis inopiae opitulati sunt. Sall. C. 33. Vectigalia locare nusquam licet, nisi hoc ex loco, hac *vestrum* frequentia. C. Agr. 2, 21. Frequentia *vestrum* incredibilis, Quirites, concioque tanta, quantam meminisse non videor, et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae affert, et spem recuperandae. C. Phil. 4, 1. Recordamini, quantus consensus *vestrum* fuerit, quanta virtus, quanta constantia. Ib. 5, 1. Quid faciatis, videndum est. is enim splendor est *vestrum*; ut eadem postulentur a vobis, quae ab amplissimis civibus. C. Att. 7, 13. Noli me ad contentionem *vestrum* vocare, Laterensis. C. Planc. 6. Possumne eripere orationi tuae contentionem *vestrum*, quae tractari sine contumelia non potest? Ib. 7. In der Stelle: *Vostrum* patri filii quot eratis? Plaut. Men. 5, 9, 58. steht *vostrum*, von quot abhängig, partitive.

c. Eben so werden diese Pronomina als Genitivi Obiecti jedesmal gebraucht, wenn das damit bezeichnete Subject in rein passivem Sinn genommen und die mit dem Possessivo verbundne Idee eines Besitzes entfernt gehalten werden soll, z. B. Vincebatur fortuna ipsa debilitatae gratiae nostrae *tui* *) caritate, et meo perpetuo erga te amore. C. Fam. 6, 12. Nondum in auxilium *mei* **) validus. Sen. Helv. 5. Germanicus nocte adit castrorum vias, assistit tabernaculis, fruiturque fama *sui*. Tac. 2, 13. an dem Lobe seiner Person, cf. 15, 49. dagegen: Ego sentio, non posse *tuam famam* et officium sustinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepisse praedices. C. Balb. in C. Att. 9, 6. dein guter Name. Anders ists in folgenden Stellen: Duorum labori ego hominum parsissem lubens, *mei*, te rogandi, et *tui*, respondendi mihi. Plaut. Pseud. 1, 1, 3. wo mei, tui als Appositionen zu duorum hominum genommen sind, und: Milonis gratiam unius *tui* studio me assequi posse confido. C. Fam. 2, 6. fin. cf. Cort. h. l. wo aus demselben Grunde tui hinter unius stehen mußte, statt *tuo* unius, s. 3. Not. 1. In der Stelle: Cum haec (villa) sit communis universi populi, illa solius *tua*. Varr. R. R. 3, 2, 4. haben ebenfalls einige Handschriften tui.

---

†) scil. qui adestis. Es sind hier nur die Vorfahren der anwesenden Senatoren und des Marcius gemeint, an den der Brief gerichtet ist. Vestri würde dem Worte maiores einen größern Umfang geben. Eben so geht auch in den folgenden Stellen *vestrum* nur auf die anwesenden Personen als solche; frequentia *vestrum* legt auf solche Männer, wie ihr seyd, das Gewicht, frequentia vestra nur auf die zahlreiche Versammlung, die ihr bildet. Contentio vestrum ist das Aneinanderhalten eurer beiden Personen, in so fern ihr mit einander in Vergleichung gestellt werdet, cf. C. Planc. 2. a med.; contentio vestra würde die Vergleichung heißen, die ihr anstellt, man müßte denn vestra in objectivem Sinn nehmen wollen, s. unten 3. Not. 3.

*) durch die Liebe zu dir: Me impulit *tui* caritas. C. Fam. 10, 6. Admirabilis est quaedam *tui nominis* caritas, amorque in te singularis omnium civium. Ib. 11, 8. cf. Phil. 12, 8, 20. §. 106, a. Nirgends caritas tua in diesem Sinn.

**) auxilium *meum* ist die Hülfe, die ich in der Person Andrer besitze.

3. Die Pronomina possessiva *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester* werden nur gebraucht, wenn ohne sie nicht verstanden werden könnte, wem eine Sache gehöre, wenn sie einen Gegensatz haben, und wo ein Accent auf ihnen liegt.

Multa me consolantur, maximeque conscientia consiliorum *meorum*. C. Fam. 4, 5. Septem Graeciae sapientes omnes, praeter Milesium Thalen, civitatibus *suis* praefuerunt. C. Or. 3, 34. Non cadit in virum bonum, mentiri emolumenti *sui* causa. C. Off. 3, 20. Tam mihi *mea* vita, quam *tua* tibi cara est. Plaut. Cas. 3, 6, 24. Tantumne a re *tua* otii est tibi, aliena ut cures? T. Heaut. 1, 1, 23. Prudentia in *suis* rebus, domestica; in publicis, civilis appellari solet. C. Partit. 22. Animum tibi *tuum* notum esse oportet, etiamsi ignores et locum et formam. C. Tusc. 1, 29. Defessus sum ambulando: ut, Syre, te cum *tua* monstratione magnus perdat Iuppiter! T. Ad. 4, 6, 1.

In folgenden Beispielen braucht sie abweichend der Deutsche: In philosophiae studio *aetatem* consumsi. C. Off. 1, 1. *Manus* lava et coena. C. Or. 2, 60. Rerum obscuritas ad confessionem *ignorationis* adduxit Socratem. C. Acad. 1, 12. Est in *manibus* Scipionis oratio. C. Lael. 25. Poenam semper *ante oculos* versari putant, qui peccarunt. C. Mil. 23. Stellatus Cepheus *cum uxore*, *genero*, *filia* traditur. C. Tusc. 5, 3.

Besonders werden sie gebraucht, wenn sie bedeuten

a. eigen, eigenthümlich, angemessen *): Ancilla, *mea* quae fuit hodie, *sua* **) nunc est. Plaut. Pers. 4, 3, 3. M. Plane esse vellem *meus*. quid enim negotii est, eadem, prope verbis iisdem conversa, dicere? — Q. Prorsus assentior. Te esse malo *tuum* ***). C. Leg. 2, 7. Diodorus quoque *suus* est: de summoque bono dissentiens, dici vere Peripateticus non potest. C. Fin. 5, 5. Quae est animo natura? propria puto et *sua*. C. Tusc. 1, 29. Omnes translatis et alienis magis delectantur verbis, quam propriis et *suis*. C. Or. 3, 39. Theophrastus vulgo parere mulas in Cappadocia tradit; sed esse id animal ibi *sui* †) generis. P. 8, 44. Ego anno

---

*) Den eigenthümlichen Besitz anzeigend, im Gegensatz von alienus, verschieden von proprius eigen, was einer allein, nicht gemeinschaftlich mit Andern besitzt, im Gegensatz von communis: Assumto aliunde uti bono, non proprio, nec suo. C. Or. 2, 10. Ueber suus vgl. Drak. ad L. 2, 30, 4. 2, 46, 1.

**) gehört jetzt sich an, ist frei.

***) originell.

†) von ganz eigenthümlicher, oder von besonderer Art.

meo *) consul factus sum. C. Brut. 94. Hortensius cessit e vita *suo* **) magis, quam suorum civium tempore. Ib. 1.

b. werth oder geschätzt, wie im Deutschen: Indicavit mihi Pansa *meus*, Epicureum te esse factum. C. Fam. 7, 12. Zenonem Philo *noster* coryphaeum appellare Epicureorum solebat. C. N. D. 1, 21. Hoc uno vitio maxime mihi premi videntur *tui* Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere. C. Fin. 4, 28.

c. günstig, vortheilhaft, gelegen mit verstandnem Gegensatz: alienus widrig, ungünstig, feindselig. Sed mihi tam faciles unde, *meos*que deos? O. Her. 12, 84. Nunquam aperta acie, nunquam aequis, utique nunquam *nostris* locis laboravimus. L. 9, 19. Caesar exspectabat, si forte timoris simulatione hostes in *suum* locum elicere posset. Caes. 5, 30. cf. C. 1, 61. a med. Perseus *suo* maxime tempore atque *alieno* hostibus incipere bellum poterat. L. 42, 43.

d. von der genannten Person herrührend, bisweilen mit dem verschwiegenen Gegensatz: und von keiner andern; vgl. §. 103. Lysandro quendam agrum diligenter consitum admiranti ferunt Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus: *mei* sunt ordines, *mea* descriptio; multae etiam istarum arborum *mea* manu sunt satae. C. Sen. 17. Nunquam ante arbitror te epistolam *meam* ***) legisse, nisi mea manu scriptam. C. Att. 2, 23. Plurimis *nostris* †) exemplis usus es. C. Div. 2, 5. Non committam, ut ullum *me*-

---

*) i. e. lege annali constituto.

**) i. e. natura constituto.

***) von mir, in so fern ich Verfasser bin; so: Asia sex mensibus imperii mei nullas *meas* acceperat literas. C. Att. 5, 21. ante med. Multas uno tempore accepi epistolas *tuas*. Ib. 7, 5. cf. C. Fam. 2, 10. pr. Tria epistolas *tuas* accepi. C. Att. 9, 9. Omnes arbitror mihi *tuas* literas redditas esse. Ib. 7, 16. Epistolas mihi *tuas* Aegypta reddidit. Ib. 8, 15. *Tuas* literas tamen exspecto. Ib. 8, 4. — *Ab aliquo* hingegen vom Ueberbringer, z. B. literas acceperam *a* Bruti *tabellario*. C. Att. 6, 2. cf. 6, 9. 7, 1. oder in so fern sie vom Verfasser als Absender herkommen: Multas *a te* accepi epistolas eodem die. C. Att. 10, 4. cf. 7, 9. 12. 23. 11, 22. Ecce postridie Cassio literas Capua *a Lucretio*, familiari eius. Ib. 7, 24. Unas video (literas) mihi *a te* non esse redditas. Ib. 7, 9. cf. 7, 16. 8, 1. Literae mihi dantur *a te*. C. Fam. 7, 5. med. Statius *a te* epistolam brevem attulit. C. Att. 9, 8. Mihi epistola affertur *a Lenta*. Ib. 9, 12. Epistolam exspectabam *a te* longiorem. Ib. 9, 2. ut tabellarius mihi *a te* literas referat. C. Fam. 9, 9. vgl. §. 150. *A*, *ab*. b. Ueber die Anwendung dieser Constructionen entscheidet jedesmal Deutlichkeit und Zusammenhang.

†) von uns, d. i. aus unsrer Geschichte.

um *) factum reprehendere iure possis. C. Fam. 10, 4. Hippocrates, clarus arte medicinae, videtur honestissime fecisse, qui quosdam errores *suos* †), ne posteri errarent, confessus est. Q. 3, 6, 63. Vos, quibus est iudicandum, *nostra* ††) crimina tenetis. C. Verr. 1, 11. Nolite, iudices, Coelium iam natura ipsa occidentem, velle maturius exstingui vulnere *vestro* †††), quam suo fato. C. Coel. 32.

Not. 1. Da die Pronomina possessiva die Stelle ihres Personalis im Genitiv vertreten, so muß ein dieses bestimmendes Nomen ihnen auch im Genitivo beigefügt werden. §. 96, 4, b. cf. Heins. ad O. Her. 5, 45. Drak. ad L. 7, 40, 9. Garat. ad C. Planc. 10.

Iuravi, rempublicam *mea unius* *) opera esse salvam. C. Pis. 3. cf. C. Val. 3. Quod nunquam senatus in universae rei publicae periculo decrevit, id in *unius mea* salute conservanda decernendum putavit. C. Sext. 60. Valerii Publicolae gratae in vulgus leges fuere, quas solus pertulerat, ut *sua unius* in his gratia esset. L. 2, 8. cf. 6, 23, 9. Non possum tanto dolori resistere. *solius* enim *meum* peccatum corrigi non potest. C. Att. 11, 15. Hem! tot *mea solius* solliciti sint causa, ut me unum expleant? T. Heaut. 1, 1, 77. Parvum Ciceronem eius, qui haec omnia *suo solius* periculo conservaverit, illum esse filium memineritis. C. Cat. 4, 11. ad *tuam ipsius* amicitiam. C. Verr. 3, 4, 7. Contentus ero *nostra ipsorum* amicitia. C. Fam. 6, 16. Aves foetus suos, cum visi sunt adulti, libero coelo, *suae*que *ipsorum* fiduciae permittunt. Q. 2, 6, 7. In Anienis pontem Gallus processit, et, Quem nunc, inquit, Roma virum fortissimum habet, procedat ad pugnam, ut *noster duorum* eventus ostendat, utra gens bello sit melior. L. 7, 9. Cui nomen *meum absentis* **) honori fuisset, ei *meas praesentis* preces non putas profuisse? C. Planc. 10. *Nostros* vidisti *flentis* ocellos. O. Her. 5, 45. Saepe rogabis, ut *mea defunctae* ***) molliter ossa cubent. O. Am. 1, 8, 108. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest evadere, qui *vestris paucorum* respondeat laudibus. C. ad Brut. 1, 7. Cogor *vestram omnium* vicem unus consulere. L. 25, 38, 5. (Dagegen omnium *vestrum*, s. oben 2.)

Not. 2. Neben einem Possessivo steht der Genitivus obiecti eines Personalpronomens nur, wo er sonst sehr gewöhnlich ist; außerdem steht dafür eine Präposition, vgl. §. 106. Not. 4.

Grata mihi vehementer est memoria *nostri tua*. C. Fam. 12, 17. Nicias vehementer *tua sui* memoria delectatur. C. Att. 13, 1. Vincebatur fortuna ipsa *meo* perpetuo *erga te* amore. C. Fam. 6, 12. De *mea* benevolentia *erga te* potes ex Phania cognosce-

*) eine meiner Handlungen.
†) einige seiner Fehler.
††) die Beschuldigungen, die ich gegen Verres vorbringe.
†††) durch eine Wunde, die ihr ihm schlagt.
*) durch mich allein.
**) mein Name in meiner Abwesenheit.
***) meine Gebeine, wenn ich todt bin.

re. Ib. 3, 1. Pro *meis in vos* singularibus studiis nihil aliud a vobis, nisi mei consulatus memoriam postulo. C. Cat. 4, 11. Utinam inspectare possis timorem *de illo meum*. C. ad Brut. 1. 4.

Not. 3. Wenn die Pronomina possessiva die Stelle eines Personalpronomens im Genit. Obiecti vertreten, so darf weder die Deutlichkeit des Ausdrucks, noch ihre Adjectivbedeutung dabei verlieren. Häufig stehen sie so bei injuria, invidia, odium, gratia, regelmäßig in den Ablativen *mea, tua causa, gratia*. §. 106. Not. 1. und 5. Vgl. oben 2. Not. 2, c.

Neque negligentia *tua*, neque odio id fecit *tuo*.†). T. Phorm. 5, 8, 27. Iam pridem ego Catilinam non modo invidiae *meae* ††), sed etiam vitae periculo sustulissem. C. Cat. 2, 2. Nemini mortalium iniuriae *suae* †††) parvae videntur. Sall. C. 51. Verres ea, quae faciebat, *tua* *) se fiducia facere dicebat. C. Verr. 5, 68. Amori *nostro* **) plusculum largiare. C. Fam. 5, 12. Facile scias, desiderio id fieri *tuo* ***). T. Heaut. 2, 3, 66. Gratiam *nostram* exstinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. C. Fam. 1, 1. cf. O. Met. 2, 293. Verres Ligurem accusare coepit, qui in re hereditaria tam attentus esset: debere eum aiebat *suam* quoque rationem ducere; multa sibi opus esse, multa canibus suis. C. Verr. 1, 48. cf. C. Off. 1, 39, 139. Fam. 16, 12, 4. Nosti Calvum, illum laudatorem *meum*, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. C. Att. 1, 16. Lysander imprudens ipse *suus* fuit accusator. N. 6, 4. im Gegensatz von aliorum.

4. Wird ein ausdrücklich genanntes oder als bekannt vorausgesetztes Subject der dritten Person in einem und demselben Satze Gegenstand des Prädicats, so wird seine Person im Singulari und Plurali mit *sui, sibi, se*, und sein Eigenthum mit *suus, a, um* bezeichnet; in einem angehängten Satze mit verschiedenem Subjectsnominativ hingegen auf dasselbe durch *is* und auf sein Eigenthum durch *eius, eorum* hingezeigt, z. B. *Cato se sua* manu interemit; *Tiberius Gracchus, eius*que frater occisi sunt, (statt *Tiberius Gracchus* occisus est, *eius*que frater occisus est); *Athenienses* urbem *suam* aede Minervae ornaverunt, *eorum*que magnificentiam mirata est posteritas.

*) Der Deutsche weicht hierin ab, indem er sich, sein, ihr u. s. w. auch in folgenden Sätzen auf ein vorher genanntes Subject bezieht, z. B. Tiberius Gracchus und sein Bruder; Cato war ein strenger Mann; seiner hat Cicero oft gedacht; wo im Lateinischen *eius* mentionem fecit oder *eum* commemoravit stehen müßte. So: Die Römer haben über die Korinther gesiegt und ihre Zierden in ihre

---

†) st. tui.
††) i. e. qua mihi invidetur; um des Hasses willen, den ich mir (durch seine Verfolgung) zugezogen habe.
†††) die ihm widerfahrnen Kränkungen, cf. C. Caecil. 20. pr.
*) scil. Hortensii, im Vertrauen auf dich.
**) der Liebe, die du gegen mich hegst.
***) nach dir.

Hauptstadt gebracht: Romani Corinthios vicerunt, *eorumque* ornamenta in *suam* urbem transportarunt.

a. Steht das Subject der dritten Person im Nominative, so wird es bei allen Bestimmungen des Prädicats durch das Reciprocum wiederholt.

Themistocles domicilium Magnesiae *sibi* constituit. N. 2, 10. *Iustitia* propter *sese* colenda est. C. Off. 2, 12. Senatui *populus* ipse moderandi et regendi *sui* potestatem tradidit. C. Or. 1, 52. *Ipse se quisque* *) diligit, quod per *se sibi quisque* carus est. C. Lael. 21. Licet non dubitanter dicere, omnem *naturam* esse conservatricem *sui*. C. Fin. 5, 9. Lento gradu ad vindictam *sui* divina procedit *ira*. Val. Max. 1, 1. ext. 3. *Caesar* civitatem non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem servire *sibi* coegit. C. Off. 3, 21. *Orator* proponere, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortarique ad *se* breviter dicentem, audiendum. C. Part. 28. *Vespasianus* solus omnium ante *se* Principum in melius mutatus est. Tac. H. 1, 50. Gentiles sunt, *qui* inter *se* eodem nomine sunt. C. Top. 6. Non dedecorant tua de *se* iudicia delecti tibi *Virgilius Variusque poetae*. H. Ep. 2, 1, 245. Etiam *ferae sibi* iniecto terrore mortis horrescunt. C. Fin. 5, 11. Lunam *sol* nunquam implet, nisi adversam *sibi*. S. N. Q. 7, 1. Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem *sui* **) quaerere. C. Lael. 22. Deforme est, de *se* ipso praedicare, falsa praesertim. C. Off. 1, 38.

Suum quisque noscat ingenium, acremque *se* et bonorum et vitiorum *suorum* iudicem praebeat. C. Off. 1, 31. *Alexander* eum interemisset Clitum, familiarem *suum*; vix a se manus abstinuit. C. Tusc. 4, 37. *Fabius* a me diligitur propter summam *suam* humanitatem. C. Fam. 15, 14. *Verres* solus cum *sua* cohorte relinquitur. C. Verr. 2, 29. Bestiis *homines* uti ad utilitatem *suam* possunt sine iniuria. C. Fin. 3, 20. Cato cum L. Flamininum e senatu eiiceret, *hic* Tito, fratre *suo*, censore elapsus est. C. Sen. 12. *Iphicrates* vixit ad senectutem placatis in se *suorum* civium animis. N. 11, 3. Qua facilitate *Pompeius* tulit contentionem meam pro Milone, adversante interdum actionibus *suis*? C. Fam. 3, 10. cf. Suet. Aug. 10. *M. Papirius* dicitur Gallo, barbam *suam*, ut tum omnibus pro-

*) Quisque wird in der Regel dem sui und suus nachgesetzt. Die wenigen Ausnahmen sind unten in dem Abschnitt über Anordnung der Redetheile angegeben. Drak. ad L. 3, 22, 6.

**) *sui* auf das allgemeine Subject Man bezogen, wie de *se* im folg. Beispiel.

missa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso iram movisse. L. 5, 41. *Hostes* in Lucretium incidunt consulem, iam ante exploratis itineribus *suis* instructum et ad certamen intentum. L. 3, 8. cf. Drak. h. l. Bellum est, *sua* *) vitia nosse. C. Att. 2, 17. Iam perventum ad *suos* **) in ima valle stantes erat, qui adventu exercitus imperatorisque pugnam renovant. L. 33, 8.

b. Einem Subject im Casu obliquo desselben Satzes gehört das Reciprocum an, wenn es den Subjectsnominativus selbst bestimmt, und wenn es auf diesen wegen seiner verschiednen Person und Numerus, oder wegen der Bedeutung des Prädicats nicht bezogen werden kann. Daher: Cepi, cepisti, Caius cepit, cepimus *columbam* in nido *suo*, nicht eius.

1. *Cui* proposita sit conservatio *sui*, necesse est *huic* partes quoque *sui* caras esse. C. Fin. 5, 13. *Scipionem* impellit (ad arma contra Caesarem) adulatio atque ostentatio *sui* et potentium, qui in re publica tum plurimum pollebant. Caes. C. 1, 4. — *Caesarem sua* natura mitiorem facit. C. Fam. 6, 13. *Hannibalem sui* cives e civitate eiecerunt. C. Sext. 68. *Indos suae* arbores vestiunt. P. 12, 11. Agi de concordia coeptum, concessumque, ut *plebi sui* magistratus essent sacrosancti. L. 2, 33. Sulla posteaquam magistratus creavit legesque constituit, *sua cuique* procuratio auctoritasque est restituta. C. S. Rosc. 48. *Sui cuique* mores fingunt fortunam. N. 25, 11. Omnia *Hannibali* hostium haud secus, quam *sua*, nota erant. L. 22, 41. Vestrum est, Quirites, si *ceteris sua* recte facta prosunt, mihi mea ne quando obsint, providere. C. Cat. 3, 12. Caesaris mira laus est, nec *illius* animi aciem perstringit splendor *sui* nominis. C. C. Rab. 16. Id maxime quemque decet, quod est *cuiusque* maxime *suum*. C. Off. 1, 31. Recte dici potest, scientiam *suam* cuiusque *artis* esse. C. Fin. 5, 9. Sed *Rufum atque alios* caedit *sua quaeque* ***) iuventus. Iuvenal. 7, 213.

2. *Furnium* per *se* vidi libentissime. C. Fam. 10, 3. *Suo sibi hunc* gladio iugulo. T. Ad. 5, 8, 35. Iube *sibi* aurum atque ornamenta, quae illi instruxisti *mulieri*, dono habere, auferreque abs te. Plaut. Mil. 4, 1, 34. — *Volaterranos* in *sua* possessione retinebam. C. Att. 1, 19. Huius *rei*

*) wenn man seine Fehler kennt.

**) Schon war man bei den Seinigen angelangt, st. *milites* pervenerant ad *suos*.

***) nicht sua quemque; so: cuiusque partis sua quaeque vis. C. Fin. 5, 17. init. cf. Wolf et Oud. ad Suet. Aug. 40. 66.

cognoscendae faciam vobis *suo* tempore potestatem. C. Verr. 2, 47. *Brutum non* destiti rogare et petere mea causa, suadere et hortari *sua*. C. Att. 6, 2. Sacrilegium ratus sum, *Cosso* spoliorum *suorum* Caesarem, ipsius templi auctorem, subtrahere testem. L. 4, 20. *Dicaearchum* cum Aristoxeno, aequali et condiscipulo *suo*, omittamus. C. Tusc. 1, 18. *Apibus* fructum restituo *suum*. Phaedr. 3, 13, 15. Neque occasioni tuae desis, neque *suam* occasionem *hosti* des. L. 22, 39. Conserva *tuis suos*. C. Lig. 11. Habetis *consulem* ex media morte non ad vitam *suam*, sed ad salutem vestram reservatum. C. Cat. 4, 9. *Suis* flammis delete *Fidenas*, quas vestris beneficiis placare non potuistis. L. 4, 33.

5. Ratio et oratio conciliat inter *se homines*. C. Off. 1, 16. cf. C. S. Rosc. 22. extr. Romani subito eruptione facta, neque cognoscendi, quid fieret, neque *sui* colligendi *hostibus* facultatem relinquunt. Caes. 3, 6. Maximas adversus copias spes omnis consistebat *Datami* in *se* locique natura. N. 14, 8. Multa sunt *civibus* inter *se* communia. C. Off. 1, 17. Vetus verbum est, communia esse *amicorum* inter *se* omnia. T. Ad. 5, 1, 17. Amicitiae effectrices sunt voluptatum tam amicis, quam *sibi* *). C. Fin. 1, 20. — Karthaginienses *Magonem* cum classe *sua* copiisque in Hispaniam mittunt. L. 23, 32. Caesar *Fabium* cum legione in *sua* remittit hiberna. Caes. 5, 53. Iustitia *suum cuique* tribuit. C. N. D. 3, 15. Scipio *suas* res *Syracusanis* restituit. L. 29, 1. Theophrastus spoliavit *virtutem suo* decore, quod negavit, in ea positum esse beate vivere. C. Acad. 1, 9. Consules *hostem* in *sua* sede in Algido inveniunt. L. 3, 31. Non inviderunt laudes *suas mulieribus* viri Romani. L. 2, 40. Antonianae scaphae unam *quadriremem* cum remigibus defensoribusque *suis* ceperunt. Caes. C. 3, 24. Asinius Gallus *Tiberium* victoriarum *suarum* admonuit. Tac. 1, 12. *Aequos* triennio ante accepta clades prohibuit, Bolanis, *suae* gentis populo, praesidium ferre. L. 4, 49. *Mithridatem* Tigranes, rex Armenius, excepit, diffidentemque rebus *suis* confirmavit. C. Manil. 9. Aequitas tollitur omnis, si habere *suum cuique* non licet. C. Off. 2, 22. Placet Stoicis, *suo* quamque *rem* nomine appellare. C. Fam. 9, 22. Quid est aliud, *aliis sua* eripere, aliis dare aliena? C. Off. 2, 23. Adversus *hostem* toties victorem, tam callidum, non virtute tantum, sed *suis* etiam pugnare consiliis oportebat. Flor. 2, 6, 26.

---

*) Mit verstandnem allgemeinen Man, d. i. denjenigen, der sie unterhält.

Lucernam fur accendit ex ara Iovis, *ipsumque* compilavit ad lumen *suum*. Phaedr. 4, 10, 1.

c. *Is* er, *eius*, *eorum* sein, ihr.

Hannibal quamdiu in Italia fuit, nemo *ei* in acie restitit, nemo adversus *eum* post Cannensem pugnam in campo castra posuit. N. 23, 5. Post obitum Alexandri imperia ceperunt *Antigonus* et *huius* filius Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus. N. 21, 3. Omitto *Isocratem* discipulosque *eius*, Ephorum et Naucratem. C. Or. 51. *Alcibiades* cum esset proiectus inhumatus, ab omnibusque desertus iaceret, amica corpus *eius* *) texit suo pallio. C. Div. 69. *Alexander* moriens annulum suum dederat *Perdiccae*; ex quo omnes coniecerant, *eum* regnum *ei* commendasse, quoad liberi *eius* in suam tutelam pervenissent. N. 18, 2. *Ambiorix* in Aduatucos, qui erant *eius* regni finitumi, proficiscitur. Caes. 5, 38. Quoquo se verterint *Stoici*, iaceat necesse est omnis *eorum* sollertia. C. Div. 2, 9. Epicurus vidit esse *deos*, quod in omnium animis *eorum* notionem impressisset ipsa natura. C. N. D. 1, 16.

5. Daher wird auch das Subject eines Hauptsatzes in allen folgenden abhängigen Sätzen, in welchen seine Rede, Empfindung oder Vorstellung erzählungsweise vorgetragen ist, als Person mit *sui*, *sibi*, *se*, und sein Eigenthum mit *suus*, *a*, *um* angegeben. Solche Sätze machen nämlich mit ihrem Hauptsatz ein Ganzes aus und sind im Acc. c. Inf., mit Fragwörtern und andern Partikeln mit folgendem Conjunctiv, besonders mit ut, ne, quo, qui zur Angabe einer Absicht, ausgedrückt.

Socrates multa vitia *sibi* insita, sed ratione a *se* deiecta dicebat. C. Tusc. 4, 37. Nemo est orator, *qui se* Demosthenis similem esse nolit. C. Opt. Gen. 2. Sentit *animus*, *se* vi *sua*, non aliena, moveri. C. Tusc. 1, 23. Boum ipsa *terga* declarant, non esse *se* ad onus accipiendum figurata. C. N. D. 2, 63. Meus me oravit *filius*, ut tuam sororem poscerem uxorem *sibi*. Plaut. Trin. 2, 4, 49. *Caerites* deos oraverunt, ut Romanos florentes ea *sui* misericordia caperet, quae *se* rebus affectis quondam populi Romani cepisset. L. 7, 20. Scipionem *Hannibal* eo ipso, quod adversus *se* dux potissimum lectus esset, praestantem virum credebat. L. 21, 39. *Datames*, cum nuntiatum esset, quosdam *sibi* insidiari, qui in amicorum erant numero, experiri voluit, verum falsumne *sibi* esset relatum. N. 14, 9. Prius poterit a *se quisque* discedere, quam appetitum earum rerum, quae *sibi* conducant, amittere. C. Fin.

*) sc. Alcibiadis, *Suo* auf das Subject amica bezogen.

6, 1. *Vir bonus* nihil cuiquam, quod in *se* transferat, detrahet. C. Off. 3, 19. Ridiculo sic utetur *orator*, ut ne sit aut *sua* persona, aut iudicum, aut tempore alienum. C. Or. 26. *Paetus* omnes libros, quos frater *suus* reliquisset, mihi donavit. C. Att. 2, 1. *Orator* sagaciter pervestigat, quid *sui* cives cogitent, opinentur, exspectent. C. Or. 1, 51. *Africanus*, qui *suo* cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum *se* subegisse, tamen, si *sua* *) res ageretur, testimonium non diceret. C. S. Rosc. 36. *Medeam* praedicant in fuga fratris *sui* membra in iis locis, qua *se* parens persequeretur, dissipavisse. C. Manil. 9. *Fonteius* in periculis eadem *se* solatia *suis* relinquere arbitrabatur, quae *suus* pater *sibi* reliquisset. C. Font. 17. Homerum *Colophonii* civem esse dicunt *suum*, *Smyrnaei* vero *suum* esse confirmant. C. Arch. 8. Negligere, quid de *se* **) quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. C. Off. 1, 28. Quid est amare, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiamsi ad *se* **) nihil ex his redeat. C. Fin. 2, 24. Equidem in senecta hoc deputo miserrimum, sentire ea aetate esse *se* odiosum alteri. C. Sen. 8.

Kommt hier die dritte Person des Redenden mit der eines neuen Subjectsnominativs in Collision, so muß sich aus dem Sinn des Prädicats ergeben, welche von beiden gemeint sey.

Natura quidquid genuit, in *suo quodque* genere perfectum esse voluit. C. Tusc. 5, 13. Agrippa Atticum orabat, ut *se sibi suisque* ***) reservaret. N. 25, 22. Tarquinius orabat Tarquinienses, ne *se* †) ortum, eiusdem sanguinis, cum liberis adolescentibus ante oculos *suos* perire sinerent. L. 2, 6. Romani legatos in Bithyniam miserunt, qui a rege peterent, ne inimicissimum *suum secum* haberet, *sibi*que ††) dederet. N. 23, 12. cf. 7, 4, 6. Scythae petebant ab Alexandro, ut regis *sui* filiam matrimonio *sibi* iungeret. si dedignaretur affinitatem, principes Macedonum cum primoribus *suae* †††) gentis connubio coire pateretur. Curt. 8, 1, 9. Ariovistus respondit, magnam Caesarem iniuriam facere, qui *suo* adventu vectigalia *sibi* deteriora faceret. — Quod *sibi* Caesar denuntiaret,

---

*) sua mit verstandnem Gegensatz aliena.
**) auf das allgemeine Subject Man bezogen mit gedachtem Gegensatz non ad alium.
***) alles in Beziehung auf das neue Subject Atticus.
†) auf Tarquinienses bezogen.
††) *suum* und *sibi* auf Romani, *secum* auf rex bezogen.
†††) *sui* und *suae* auf Scythae, *sibi* auf Alexander bezogen.

se Aeduorum iniurias non neglecturum; neminem secum sine *sua* *) pernicie contendisse. Caes. 1, 36.

Not. 1. Das Reciprocum wird überall gebraucht, wo es die genannte Person einer andern, und ihr Eigenthum dem Fremden entgegenstellt, also mit dem gedachten Gegensatz *alius* oder *alienus*, auch oft da, wo man das schwächer hinzeigende und daher von Dichtern verschmähte is, eius erwarten sollte:

a. wenn der dazu gehörende Casus obliquus sich leicht aus dem Vorhergehenden ergänzen läßt.

Coriolanum uxor ac liberi amplexi: fletusque ab omni mulierum turba ortus et comploratio *sui* patriaeque fregere tandem virum. L. 2, 40, int. comploratio a *mulierum turba* orta *sui*. — Mercator quidam fuit Syracusis senex. Ei sunt nati filii gemini duo, ita forma simili pueri, uti mater *sua* **) non internosse posset. Plaut. Men. pr. 17. Prometheus naturae partes separatim finxerat, aptare mox ut posset corporibus *suis* ***). Phaedr. 4, 14. Mira erant in civitatibus Asiaticis ipsorum furta Graecorum, quae magistratus *sui* †) fecerant. C. Att. 6, 2. Ab senatu impetratum, quia discordia intestina laborarent Veientes, ne res ab iis repeterentur: tantum afuit, ut ex incommodo alieno *sua* ††) occasio peteretur. L. 4, 58. Placetne a Karthaginiensibus captivos nostros, redditis *suis* †††), recuperari? C. Or. 3, 28.

b. wenn der genaue Zusammenhang der Sätze es gestattet und die Darstellung einer Thatsache eine stärkere Andeutung des Subjects erfordert.

Non a te emit *rex*, sed prius quam tu *suum sibi* venderes, *ipse* possedit. C. Phil. 2, 37. *Epaminondas* a Thebanis morte multatus est, quod eos coegit apud Leuctra superare Lacedaemonios, quos ante *se* Imperatorem nemo Boeotiorum ausus fuit adspicere in acie. N. 15, 8. *Caesar.* Scaevam centurionem, ut erat de *se* meritus et de re publica, ab octavis ordinibus ad primipilum se transducere pronuntiavit. Caes. C. 3, 53. *Epaminondas*, Thebanorum imperator, ei, qui *sibi* ex lege praetor successerat, exercitum non tradidit. C. Inv. 1, 33. *Aristoteles* et sese ipsum nobis, et eos, qui ante *se* fuerant, in medio posuit, ut et ceteros et se ipsum per se cognosceremus. Ibid. 2, 2. *Metellus* in his urbibus, quae ad *se* defecerant, praesidium imponit. Sall. I. 61. Non est *amici*, talem esse in eum, qualis ille in *se* est; sed potius eniti et efficere, ut amici iacentem animum excitet. C. Lael. 16. Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis *Pantagathus*, domini cura dolorque sui. — Sis licet inde *sibi* tellus placata levisque, artificis levior non potes esse manu. Martial. 6, 52. st. ei. — *Cimon* incidit in eandem invidiam, quam pater *suus*, ceterique Atheniensium principes. N. 5,

*) *sibi*, *sibi*, *secum* auf Ariovistus, *suo*, *se* auf Caesar, *sua* auf nemo bezogen.

**) sc. *eos*.

***) sc. *eas*.

†) sc. *in illis*.

††) suppl. *ab illo* sc. senatu oder allgemein: weit gefehlt, daß man bei fremdem Unglück seinen Vortheil absehen sollte.

†††) sc. *eis*.

b. Quod erat praesidium salutis libertatisque vestrae, si *Caii Caesaris*, fortissimorumque *sui* patris militum exercitus non fuisset? C. Phil. 4, 2. Defensor relationem comprobabit levius demonstrando *reum* punitum, quam sit ille promeritus, et *suum* supplicium cum illius iniuria conferendo. C. Inv. 28, 83. Lysandrum Athenienses confecisse apparet. Id qua ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute *sui* exercitus, sed immodestia factum est adversariorum. N. 6, 1. *Miltiadis* ratio est laudanda, cum amicior omnium libertati, quam *suae* fuerit dominationi. N. 1, 3. cf. 25, 7, 1. 12, 5. Epistolae servorum nomina praeferebant, ut quis egredientem cubiculo *Drusum* pulsaverat, etiam *sua* *) verba Centurio, saevitiae plena, vocesque deficientis adiecerat. Tac. 6, 34. Ipse sub Esquiliis, ubi erat *sua* **) regia, caesus. O. Fast. 6, 601. Ut Deus accedat coelo, templisque colatur, tu facies, natusque *suus* ***), qui nominis heres impositum feret urbis onus. O. Met. 15, 818.

c. daher bleibt es auch in einem Satze, der als Rede und Meinung im Conjunctivo stehen sollte, wenn dieser im Indicativo ausgedrückt ist, um die Sache als wirkliches Factum darzustellen.

Caesar duabus de causis Rhenum transire constituit, quarum erat altera, quod auxilia contra *se* Treviris miserant (Germani). Caes. 6, 9. *Cicero* tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre *suo*, sororis tuae filio, respondisti. C. Att. 2, 7. *Dexio* hic, non quae publice Tyndari, non quae privatim *sibi* eripuisti, sed unicum miser abs te filium flagitat. C. Verr. 5, 49. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui *se* dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, *Roscius* postulat. C. S. Rosc. 2. Refert *Epicurus*, quod *sibi* †) videtur morienti magna laus, Compensabatur, inquit, cum summis doloribus laetitia. C. Fin. 2, 30. *Caesar* omnibus, qui arma contra *se* tulerant, ignovit. Vellei. 2, 56.

Not. 2. Steht das Subject im Hauptsatze, auf welches sich das Relativum im abhängigen bezieht, im Casu obliquo, so muß es als Subjectsnominativus gedacht seyn.

Iam inde ab initio *Faustulo* ††) spes fuerat, regiam stirpem apud *se* educari. L. 1, 5. Valerius dictatura se abdicavit. Apparuit causa *plebi*, *suam* vicem indignantem magistratu abisse. L. 2, 31. *Alexandro* laetus nuntius adfertur, Persas acie a *suis* esse superatos. Curt. 3, 7, 4. A *Caesare* †††) valde liberaliter invitor, *sibi* ut sim legatus. C. Att. 2, 18. Clarorum virorum post mortem honores non permanerent, si nihil *eorum ipsorum* 1) animi efficerent, quo diutius memoriam *sui* teneremus. C. Sen. 22. *Canum* 2) tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio quid aliud significat, nisi *se* ad hominum commoditates esse generatos? C. N. D. 2, 63.

---

*) sc. Drusi.
**) *Ipse* sc. Servius Tullius; *sua* st. eius.
***) st. eius sc. Iulii Caesaris.
†) opp. non cuilibet alii.
††) st. Faustulus speraverat.
†††) st. Caesar me invitavit.
1) ipsorum animi st. ipsi.
2) st. canes quid aliud significant tam fida custodia.

Not. 5. Dagegen wird *is*, *eius* gebraucht, wenn nicht auf die eigne Persönlichkeit oder das im Gegensatz des Fremden gedachte Eigenthum eines Subjects Rücksicht genommen, sondern nur auf dasselbe hingezeigt wird:

a. in dem nämlichen Satze in Beziehung auf einen Casus obliquus, außerdem nur bei abhängigen Prädicatsbestimmungen, wenn der Redende in demonstrirender Darstellung mehr den Angeredeten im Auge hat, auch wohl zur Vermeidung der Zweideutigkeit.

Pisonem nostrum merito *eius* amo plurimum. C. Fam. 14, 2. Scaevolae te dedisti, *quem* omnes amare meritissimo pro *eius* eximia suavitate debemus. C. Or. 1, 55. Pompeio literae tuae periucundae fuerunt. — *Virum* excellentem et tibi tua praestanti in *eum* liberalitate devinctum, nonnihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suae cupiditatis, te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti. C. Fam. 1, 7, 7. *Hunc* tu *oratorem* (Demosthenem) cum *eius* studiosissimo Pammene, quum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti. C. Or. 30. *Pompeius* quum decretum de me Capuae fecit, *ipse* cunctae Italiae cupienti et *eius* fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. C. Mil. 15. Hac tanta perturbatione civitatis ne noctem quidem *consules* inter meum discrimen et *eorum* praedam interesse passi sunt. C. Sext. 24. Achaei Macedonum *regem* suspectum habebant pro *eius* crudelitate. L. 32, 19. Sextius Massiliam profectus est, ut socerum *Scipionem* videre consolarique posset, et ad *eum* filiam *eius* adduxit. C. Sext. 3. cf. C. Verr. 2, 59. extr. Crassum vehementer hortabar, ut eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam maiores *eius ei* tritam reliquissent. C. Brut. 81. Mentem hominis quamvis non videas, ut deum non vides; tamen, ut *deum* agnoscis ex operibus *eius*, sic ex memoria rerum omnique pulcritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito. C. Tusc. 1, 28. *Tirones* iureiurando accepto, nihil *iis* *) nocituros hostes, se Otacilio dediderunt. Caes. C. 3, 28. Oratio *Principis* per Quaestorem *eius* audita est. Tac. 16, 27. Iulius Caesar thoracem *Veneri Genitrici* in templo *eius* dicavit. P. 9, 35.

b. in abhängigen Sätzen, wenn ein von dem Subjectsnominativ verschiednes Nomen gemeint ist, wenn bei ut eine bloße Wirkung ausgedrückt wird, und bei demonstrativer Darstellungsweise angeführter Reden und Gedanken, in welchem Fall auch *ille* und *hic* gebraucht werden.

Ennius esse *deos* censet, sed *eos* non curare opinatur, quid agat humanum genus. C. Div. 1, 58. Iudaei iussi a *Caio Caesare*, effigiem *eius* in templo locare, arma potius sumsere. Tac. H. 5, 9. s. oben 4, c. — *Ligarius* in provincia pacatissima ita se gessit, ut *ei* pacem esse expediret. C. Lig. 2. *Heraclides* neminem adeo infatuare potuit, ut *ei* nummum ullum crederet. C. Flacc. 20. bloße Wirkung; dagegen: *Cicero* multa pollicendo per Fulviam effecerat, ut Q. Curius consilia Catilinae *sibi* aperiret. Sall. C. 26. *sibi*, weil dieser Satz eine beabsichtigte, also im Voraus gedachte Wirkung angibt.

---

*) sibi sc. tironibus würde hier nicht passen, weil sie die angeredeten Personen sind.

A Curione mihi nuntiatum est, *eum* *) ad me venire. C. Att. 10, 4. Me litterae *Caesaris*, quarum initium est, quam suavis *ei* tuus adventus fuerit, incredibiliter delectarunt. C. Q. Fr. 3, 15. Quidam *philosophi* queruntur, quod *eos* insimulemus **) omnia incerta dicere. C. Acad. 2, 10. *Verres* Milesios navem poposcit, quae *eum* praesidii causa Myndum prosequeretur. C. Verr. 1, 34. Tene, cum ceteri socii tui fugerent ac se occultarent, ut hoc iudicium non de *illorum* ***) praeda, sed de huius maleficio fieri videretur, potissimum tibi partes istas depoposcisse, ut in iudicio versarere et sederes cum accusatore? C. S. Rosc. 34. Haruspicum ex Etruria scientiam adhibebant *Romani*, ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum ab *iis* videretur. C. Div. 1, 2. *Ligarius* nihil egit aliud, nisi ut tu *eum* studiosum tui et bonum virum iudicares. C. Lig. 12. In reliquas provincias *Praetores* mittuntur, neque exspectant, quod superioribus annis acciderat, ut de *eorum* imperio ad populum feratur. Caes. C. 1, 6. *Pompeius* suos omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset *eius* adventus. Ib. 3, 30. Legatis dona data, quae ferrent *regi Masinissae*, iussique polliceri, si quid *ei* †) ad firmandum augendumque regnum opus esse iudicasset, enise id populum Romanum merito *eius* praestaturum. L. 31, 11. Calidius censebat, timere *Caesarem*, abreptis ab *eo* duabus legionibus, ne ad *eius* periculum reservare et retinere ad urbem Pompeius videretur. Caes. C. 1, 2.

Socrates iudicibus respondit, *sese* meruisse, ut amplissimis honoribus et praemiis decoraretur, et ut *ei* ††) victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur. C. Or. 1, 54. P. Sulpicio, C. Aurelio consulibus *legati Karthaginienses* Romam venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum *his* †††) pacem fecissent, simulque peterent, ut obsides *eorum* Fregellis essent. N. 23, 7. cf. C. Quint. 29, 88. 31, 99. Tac. H. 2, 9. *Aedui* legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri liberi *eorum* abduci non debuerint. Caes. 1, 11. Delphos postquam ventum est, cupido incessit animos *iuvenum* sciscitandi, ad quem *eorum* regnum Romanum esset venturum. L. 1, 56. Legatis Helvetiorum *Caesar* respondit: Si veteris contumeliae oblivisci vellet; num etiam recentium iniuriarum, quod *eo* invito iter per provinciam per vim tentassent, memoriam deponere posse? Caes. 1, 14. *Siculi* me saepe esse pollicitum dicebant, si quod tempus accidisset,

---

*) demonstrirend, statt *Curio* mihi nuntiavit, *se*.

**) Dagegen mußte der Indicativus in folgender Stelle bleiben: *Civilem* etiam beneficii memoria flexit, quod filium *eius* honorate custodierant. Tac. H. 4, 63. ebenfalls demonstrirend.

***) *illorum* hier wegen des Gegensatzes huius.

†) sc. regi, denn der röm. Senat spricht hier zu den an den König geschickten röm. Gesandten.

††) *sese*, um seine Person von andern zu unterscheiden; *ei* ihm, als demjenigen, der solcher Auszeichnung würdig sey.

†††) sc. Karthaginiensibus. Ohne diese demonstrirende Erzählungsweise hätte dafür *secum*, und statt eorum *sui* stehen müssen.

quo tempore aliquid a me requirerent, commodis eorum me non defuturum. C. Caecil. 1. Caesar ab Ariovisto postulabat, obsides, quos haberet ab Aeduis, redderet, Sequanisque permitteret, ut, quos illi haberent, voluntate *eius* *) reddere illis liceret. Caes. 1, 35. *Helvetii* Allobrogibus sese vel persuasuros existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines *eos* **) ire paterentur. Ib. 1, 6. cf. Caes. 1, 5, 4. 37, 2. 2, 1, 2. 5, 27, 3. Held ad C. 1, 35. Nep. 1, 4, 5. Liv. 7, 5, 5. Oud. ad Suet. Ner. 32.

Not. 4. *Ipse* er selbst und *ipsius* sein, bezieht ein Prädicat auf ein Subject ausschließlich, im Gegensatz aller Uebrigen, stärker hinzeigend, als is, eius, und verschieden von sui und suus, welches nur die Person als Subject Andern gegenüber stellt; daher dient es auch dazu, um Subjecte von andern mit is oder sui bezeichneten, zu unterscheiden.

Iugurtha legatos ad Metellum consulem mittit, qui tantummodo *ipsi* liberisque vitam peterent. Sall. I. 46. *Histiaeus*, ne pons rescinderetur, obstitit dicens: non idem *ipsis* ***), qui summas imperii tenerent, expedire, et multitudini, quod Darii regno *ipsorum* niteretur dominatio. N. 1, 3. *Caesar* milites suos incusavit: cur de sua virtute, aut de *ipsius* diligentia desperarent? Caes. 1, 40. *Parvi* de eo, quod *ipsis* superat, aliis gratificari volunt. C. Fin. 5, 15. *Aedui* contendunt, ut *ipsis* †) summa iperii transdatur. Caes. 7, 63. Iustitia societas *hominum* inter *ipsos* et vitae quasi communitas continetur. C. Off. 1, 7. Ea molestissime ferre debent *homines*, quae *ipsorum* culpa contracta sunt. C. Q. Fr. 1, 1, 1. Cum *Caesar* scripsisset, se in Alsiense venturum; scripserunt ad eum sui, ne id faceret; multos ei molestos fore, *ipsum*que multis. C. Fam. 11, 6. Habemus a *Caesare*, sicut *ipsius* dignitas et maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem perpetuae in rempublicam voluntatis. C. Cat. 4, 5. Otacilius *Cn. Pompeium Magnum* docuit, patrisque eius res gestas, nec minus *ipsius*, compluribus libris exposuit. Suet. Rhet. 3. cf. C. Verr. 1, 12, 33.

b. Demonstrativa et relativa.

Die Pronomina demonstrativa, auch *qui*, *quis* und deren 158
Composita werden im Genere und Numero nach denselben Gesetzen, wie die Adjectiva, mit ihren Substantivis verbunden, §. 91—93. Daher auch: *hic* est lapis, das ist ein Stein, wenn ein äußerlich bestimmter Gegenstand; *hoc* est lapis, das ist Stein ††), wenn bloß das innere Wesen oder die Qualität eines Gegenstandes gemeint ist.

---

*) sua könnte auch auf Cäsar bezogen werden.

**) *se* hier nicht wegen der Nähe des suos.

***) d. i. ihm und den übrigen Befehlshabern im Gegensatz von multitudo.

†) ihnen, im Gegensatz der übrigen Staaten Galliens.

††) Cum, *quid sit*, quaeritur; notio explicanda est, et proprietas et divisio et partitio. Hae enim sunt definitioni attributa. C. Top. 22.

a. *Genus:* *Haec* *) est nobilis ad Trasimenum pugna. L. 22, 7. Consulem cura de minore filio stimulabat. P. Scipio *is* **) erat, Africanus et ipse postea, deleta Karthagine, appellatus. L. 44, 44. Non solum ea perspicis, quae geruntur, quaeque iam gesta sunt; sed etiam, *qui* ***) cursus rerum, *qui* exitus futurus sit. C. Fam. 4, 2.

Ea visa est praedae magnitudo, cuius decimae Apollini Pythio mitterentur, universusque populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur. *Hoc* tunc Veii fuere: nunc fuisse quis meminit? Flor. 1, 12. *Quod* †) ego fui ad Trasimenum, ad Cannas, *id* tu hodie es. L. 30, 30. Si orator est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque *aliquid* sum. C. Fam. 6, 19. Cum vice mutata *quid* sim fuerimque recordor. O. Trist. 4, 1, 99. Placet definire, *quid* sit officium. C. Off. 1, 2. Nunc scio, *quid* sit amor. V. Ecl. 8, 43. Formas qui putat *idem* esse, *quod* partes, non satis acute, quae sunt secernenda, distinguit. C. Top. 7.

b. *Genus per synĕsim.* §. 92, 1, b. Sed videon' ego *Philotium*? unde *haec* advenit? T. Hec. 1, 2, 6. *Illa Furia* muliebrium religionum, *qui* ††) non pluris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores, impunitatem est assecutus. C. Fam. 1, 9, 34. *Colax* Menandri est: in *ea* †††) est parasitus Colax et Miles gloriosus. T. Eun. pr. 30. Provincia Gallia constat ex iis generibus *hominum et civitatum*, *qui* partim nostra memoria bella cum populo Romano acerba ac diuturna gesserunt. C. Font. 1. Bergistanorum civitatis septem *castella* defecerunt. *eos* [1]), deducto exercitu, consul in potestatem redegit. L. 34, 16. Clitomachus ait, vehementer errare eos, qui dicant, ab *Academia* sensus eripi, a *quibus* [2]) nunquam dictum sit, aut colorem, aut saporem, aut sonum nullum esse. C. Acad. 2, 32. Scauri dicendi genus ad *senatoriam* sententiam, *cuius* [3]) ille erat princeps, vel maxime aptum videbatur. C. Brut. 29. Illud quidem *nostrum* consilium iure laudandum est, *qui* meos cives servis armatis obiici noluerim. C. Fam. 1,

---

*) das ist die berühmte Schlacht.
**) das war P. Scipio.
***) welches der Lauf der Dinge, welches ihr Ausgang seyn wird.
†) Hannibal spricht hier zu Scipio vor der Schlacht bei Zama.
††) sc. Clodius. So: *mancipium*, si *qui*. C. Verr. 4, 5, 9. *servitia*, *qui* ibi mansissent. Liv. 38, 34.
†††) sc. comoedia.
1) int. homines.
2) int. Academicis. So: *haec aetas*, ut eorum. C. Off. 1, 34, 122.
3) sc. senatus. So: in *servili* tumultu, *quos*. Caes. 1, 40.

9, 31. *Veiens* bellum exortum, *quibus* Sabini arma coniunxerant. L. 2, 53. cf. Drak. ad L. 29, 12, 4.

In *Graecia musici* floruerunt, discebantque *id* *) omnes. In summo apud *illos* honore geometria fuit. C. Tusc. 1, 2. Saepe interfui *querelis* meorum aequalium, *quas* **) C. Salinator, *quas* Sp. Albinus deplorare solebant. C. Sen. 3.

e. *Genus potius.* §. 93, 1, b. c. *Cererem* et *Liberum* invoco, quod *horum* fructus maxime necessarii ad victum. Varr. 1, 1. Apud Gallos *viri*, quantas pecunias ab *uxoribus* dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur, fructusque servantur. Uter *eorum* vita superarit, ad *eum* pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Caes. 6, 19. Arbitrum habebimus *Civilem* et *Veledam*, apud *quos* pacta sanciuntur. Tac. H. 4, 65.

Fortunam nemo ab *inconstantia et temeritate* seiunget, *quae* digna certe non sunt deo. C. N. D. 3, 24. Favent *pietati fideique* dii, per *quae* populus Romanus ad tantum fastigii venit. Liv. 44, 2. Appius Claudius *viam* munivit, et *aquam* in urbem duxit, *eaque* unus perfecit. L. 9, 29. Si inest in hominum genere *mens*, *fides*, *virtus*, *concordia*, unde *haec* in terram, nisi a superis defluere potuerunt? cumque sint in nobis *consilium*, *ratio*, *prudentia*, necesse est, deos *haec ipsa* habere maiora. C. N. D. 2, 31. Duilius delectabatur crebro *funali* et *tibicine*, *quae* sibi nullo exemplo privatus sumserat. C. Sen. 13. Attali regis legatus postulabat, *naves captivosque*, *quae* ad Chium navali proelio capta essent, restitui. L. 32, 33. Timotheus Samum cepit, in qua oppugnanda Athenienses *mille et ducenta talenta* consumserant. *Id* ***) ille sine ulla publica impensa populo restituit. N. 13, 1. *Ad quadraginta millia militum*, *quod* †) roboris in Samnio erat, convenerunt. L. 10, 38. Iuniores, *id* maxime, *quod* ††) Kaesonis sodalium fuit, auxere iras in plebem. L. 3, 14. Quod si omnes mundi *partes* ita constitutae sunt, videamus, utrum *ea* fortuita sint. C. N. D. 2, 34. Ego cum Pompeio complures dies nullis in aliis, nisi de republica, *sermonibus* versatus sum: *quae* †††) nec possunt scribi, nec scribenda sunt. C. Fam. 2, 8. Mos par-

---

*) sc. Musicam; *illos* sc. Graecos.
**) *de iis* (rebus), quas, oder *et audivi*, quae, welches Verbum in interfui mit eingeschlossen ist.
***) so immer, wenn von Quantitäten die Rede ist.
†) st. quantum.
††) st. ea pars, quae.
†††) welche Dinge.

tium ac deinde omnium malarum artium Romae ortus est, otio et abundantia earum *rerum*, *quae* *) prima mortales ducunt. Sall. I. 41.

d. Numerus. §. 92, 2, a. b. Caesar *equitatum* omnem, ad numerum quatuor millium, praemittit, *qui* videant, quas in partes hostes iter faciant. Caes. 1, 15. Responsum Masinissae legatis, *quidquid* Scipio fecerit, quod cordi foret Masinissae, *ea* Patres comprobare atque laudare. L. 30, 17. Macedones, *quaecumque* senatus censuisset, *id* regem facturum esse, dicebant. L. 33, 24. Profecto virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus *tantum imperium* fecerunt, quam in nobis, qui *ea* **) bene parta vix retinemus. Sall. C. 51, 42. Fugitant *omnes* hanc provinciam, *cui* ***) obtigerat, postquam captus est Philopolemus tuus. Plaut. Capt. 1, 2, 53.

Diese Pronomina aber werden als demonstrativa und relativa auch auf folgende Weise gebraucht:

1. Wenn ein Wort oder auch ein ganzer Satz allgemein als Sache oder als Umstand genommen ist, so werden sie im Neutro singulari darauf bezogen. §. 21, III. §. 92, 1, a.

Cimon *testarum suffragiis*, *quod* Graeci ostracismum vocant, decem annorum exsilio multatus est. N. 5, 3. Vel virtus tua me, vel *vicinitas*, *quod* †) ego in propinqua parte amicitiae puto, facit, ut te audacter moneam. T. Heaut. 1, 1, 5. Quid est, quaeso, Metelle, *iudicium corrumpere*, si *hoc* non est? C. Verr. A. 1, 10. Apollonius mihi non egere commendatione videbatur, et, si *uti commendationibus* vellet, etiam per alios eum videbam *id* consequi posse. C. Fam. 13, 16. *Conclamat* omnis multitudo Gallorum et *suo more armis concrepat*; *quod* facere in eo consuerunt, cuius orationem adprobant. Caes. 7, 21. Quatenus sint ridicula tractanda, perquam diligenter videndum est, *id quod* ††) in quarto loco quaerendi posueramus. C. Or. 2, 58. Timoleon, *id quod* †††) difficilius putatur, *multo sapientius tulit secundam*, *quam adversam fortunam*. N. 20, 1. Si nos, *id quod* maxime debet, *nostra patria delectat*; quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quae una in omnibus terris domus

*) Vgl. §. 152, 3. Not. 1. am Ende.
**) mit Berücksichtigung der einzelnen Länder (μέρη) dieses Reichs.
***) i. e. omnes, quisquis suo loco, cui provincia obtigisset.
†) welchen Umstand.
††) So: *id quod* accidit. Caes. C. 3, 44. cf. C. Caecil. 9, 26.
†††) *id quod* zeigt stärker auf einen Satz hin; daher es mit seinem Verbo gewöhnlich zu einer Art von Parenthese gebraucht, dem Satze, auf welchen es sich bezieht, voran steht.

est virtutis, imperii, dignitatis? C. Or. 1, 44. Dicam tibi non tam doctus, quam, *id quod* est maius, expertus. Ib. 2, 17. cf. 2, 19, 81. 3, 17, 64. 3, 22, 85. 3, 38, 155. Verr. 4, 13, 30. 4, 14, 32. Caes. 4, 29. 7, 66. Liv. 2, 3, 2.

a. Folgt auf diese Pronomina ein Verbum mit einem Prädicatsnomen (§. 97. §. 130.), so richten sie sich nach dem Worte (oder Satze), auf welches sie hinzeigen sollen; gewöhnlich nach dem vorhergehenden Substantiv, auf welches sie bezogen werden, und dann geschieht dieses nach den oben angeführten Regeln; nach dem folgenden Prädicatsnomen aber, wenn dieses das wichtigere ist, wenn dieser Satz die Stelle einer Parenthese vertritt, auch wenn, bei der Wahl zwischen einem Appellativum und Eigennamen, der letztere bekannter ist. Drak. ad L. 32, 30, 6.

Sabini spem in *discordia* Romana ponebant, *eam* impedimentum delectui fore. L. 3, 38. Quid deinde? illud non succurrit, vivere nos, quod maturarimus proficisci? si *hoc* *) profectio, et non fuga est. L. 2, 38. Quid est, si *hoc* **) non contumelia est? T. Andr. 1, 5, 2. Unus erat toto naturae *vultus* in orbe, *quem* dixere Chaos. O. Met. 1, 6. Est *genus* quoddam hominum, *quod* Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit. N. 4, 3. *Flumen* est in Britannia, *quod* appellatur Tamesis. Caes. 5, 11. Caesar edito *loco*, *qui* appellatur Petra, castra communit. Caes. C. 3, 42. Virtutis est, cohibere *motus* animi perturbatos, *quos* Graeci πάθη nominant. C. Off. 2, 5. cf. C. Fin. 5, 6, 17. Fat. 1. init. N. D. 2, 55, 138. *Notionem* appello, *quod* ***) Graeci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. C. Top. 7. Et mare contrahitur, siccaeque est campus arenae, *quod* modo pontus erat. O. Met. 2, 262. Necesse est, si quis ipsi sibi inimicus est, eum, quae bona sunt, mala putare; bona contra, quae mala: et quae appetenda, fugere; et quae fugienda, appetere: *quae* sine dubio sunt vitae eversio. C. Fin. 5, 10.

a. Romae fanum Dianae populi Latini cum populo Romano fecerunt. *Ea* erat *confessio*, caput rerum Romam esse. L. 1, 45. Sed nihil aeque fatigabat, quam pecuniarum conquisitio: *eos* esse, belli civilis *nervos*, dictitabat Mucianus. Tac. H. 2, 84. Caesari Cimber Tillius ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem: *Ista* †) quidem *vis* est,

---

*) nämlich: dieses schleunige Abziehen.
**) *hoc* sc. quod fecit pater.
***) i. e. id, *quod*, s. oben a.
†) ein gewöhnlicher Ausdruck: das ist ja Gewaltthätigkeit.

alter e Cascis adversum vulnerat. Suet. Caes. 82. *Hic murus aheneus* esto, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. H. Ep 1, 1, 61. Constat ad salutem civium inventas esse leges: quaeque ita composita sanctaque essent, *eas leges* videlicet nominarunt. C. Leg. 2, 5. Levis est animi, justam gloriam, *qui* est *fructus* verae virtutis honestissimus, repudiare. C. Pis. 24. Domicilia coniuncta, *quas urbes* dicimus, invento et divino et humano iure, moenibus sepserunt. C. Sext. 42. Explicanda vis est, ratioque enuntiationum, *quae* Graeci ἀξιώματα vocant. C. Fat. 1. Venio nunc ad M. Catonem, *quod* est *firmamentum* ac robur totius accusationis. C. Mur. 28. Oratoribus et philosophis concessum est, ut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendae rei gratia dicatur, aut minuendae, *quae hyperbole* dicitur. C. Top. 10. Ea, quae secuta est hieme, *qui* fuit *annus* Cn. Pompeio, M. Crasso coss., Usipetes Germani et item Tenchtheri flumen Rhenum transierunt. Caes. 4, 1.

b. Negat Epicurus (*hoc* enim vestrum *lumen* est,) quemquam, qui honeste non vivat, iucunde posse vivere. C. Fin. 2, 22. Thebae ipsae, *quod* Boeotiae *caput* est, in magno tumultu erant. L. 42, 44. Caesar Gomphos pervenit, *quod* est *oppidum* primum Thessaliae venientibus ab Epiro. Caes. C. 3, 80. cf. Caes. 1, 38. 7, 68. Animal hoc plenum rationis et consilii, *quem* vocamus *hominem*, praeclara quadam conditione generatum est a supremo deo. C. Leg. 1, 7. Prisco Tarquinio regnante Celtarum, *quae pars* Galliae tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit. L. 5, 34. cf. Caes. 2, 1. Ex perturbationibus primum morbi conficiuntur, *quae* vocant illi νοσήματα, eaque, quae sunt his morbis contraria. C. Tusc. 4, 10. Est locus in carcere, *quod Tullianum* appellatur, circiter duodecim pedes humi depressus. Sall. C. 55. Caesar consecutus cohortes ad Rubiconem flumen, *qui* provinciae eius *finis* erat, paulum constitit. Suet. Caes. 31. In omni re difficillimum est, formam, *qui* χαρακτὴρ graece dicitur, exponere optimi. C. Or. 11.

c. Ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, *quem* nunc *Circum Flaminium* appellant. L. 3, 54. Patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, *quae* postea sunt *Mucia prata* appellata. L. 2, 13. Omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinent, ratio et disciplina studio sapientiae, *quae philosophia* dicitur, continetur. C. Tusc. 1, 1. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana, *quae praecordia* appellant. Plin. 11, 37. Praeter hos agros fluit amnis, *quam* olim *Albulam* dicunt vocitatam. Varr. ap. Non. 3, 11.

*) Daher richtet sich auch *qui*, auf ein Nomen proprium mit einem Apposito bezogen, nach dem bekanntern von beiden.

Helvetii continentur una ex parte flumine *Rheno* latissimo atque altissimo, *qui* agrum Helvetium a Germanis dividit; — tertia lacu Lemanno et flumine *Rhodano*, *qui* Provinciam nostram ab Helvetiis dividit. Caes. 1, 2. — Caesar ad *flumen* Scaldem, *quod* influit in Mosam, ire constituit. Ib. 6, 33. cf. 1, 11. Pax ita convenerat, ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, *quem* nunc *Tiberim* vocant, finis esset. L. 1, 3. cf. §. 95, 1. Not.

3. a. Zeigen diese Pronomina, auf ein vorhergegangenes Nomen oder auch auf einen folgenden Relativsatz bezogen, auf dasjenige Substantivum, neben welchem sie im Genitiv stehen sollten, stärker hin, so werden sie diesem in gleichem *Genere*, *Numero* und *Casu* vorgesetzt. Durch das stärker betonte Pronomen wird dann das Substantivum mehr hervorgehoben. Der Deutsche behält den Genitiv bei, oder braucht in dem folgenden Satze statt des Pronomens die Wörter: darüber, deswegen, davor, davon, darauf.

Loquimur de iis *amicis*, quos novit vita communis, ex *hoc numero* *) nobis exempla sumenda sunt. C. Lael. 11. Dicunt, conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse: *ea ruina* **) ipsum oppressum cum suis interiisse. C. Or. 2, 86. Darius eius pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat. In *hoc* fuit *tum numero* ***) Miltiades. N. 1, 3. Hanc cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque *ab hac similitudine* †) Coruncanii nostri, Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt. C. Or. 3, 15. Quum dispicere coeperimus, et sentire, quid simus, et quid animantibus ceteris differamus, tum ea sequi incipimus, ad quae nati sumus. *Quam similitudinem* ††) videmus in bestiis. C. Fin. 5, 15. — — Ex *eo numero* †††), *qui* per eos annos consules fuerunt, multi mortui sunt. C. Agr. 2, 14. Amicitiam adhibendam esse censent Stoici, quia sit ex *eo genere*, quae prosunt. C. Fin. 3, 21.

---

*) aus der Zahl dieser (Freunde).
**) durch den Einsturz desselben (dieses Zimmers).
***) Unter der Zahl dieser (Statthalter).
†) wegen der Aehnlichkeit mit diesen (Männern); fuerunt sc. sapientes.
††) die Aehnlichkeit mit uns oder etwas diesem Aehnliches.
†††) statt eorum.

Volsci comparaverant auxilia, quae mitterent Latinis. *Hac ira* *) consules in Volscum agrum legiones duxere. L. 2, 22. Metellus Roma per literas certior fit, provinciam Numidiam Mario datam. *Eo dolore* impeditus legatos ad Bocchum mittit. Sall. I. 82, 83. *Ea potestas.* Sall. C. 29. Cassivellaunus omnibus viis semitisque essedarios ex silvis emittebat et magno cum periculo nostrorum equitum cum iis confligebat, atque *hoc metu* **) latius vagari prohibebat. Caes. 5, 19. Antiochus rex terrestres copias Madytum traiicit, Chersonesi urbem; et iam opera admoventi deditio facta; *idem metus* ***) tum incolentes alias Chersonesi urbes in deditionem dedit. L. 33, 38. Omnes laudare fortunas meas. *Hac fama* †) impulsus Chremes ultro ad me venit. T. Andr. 1, 1, 72. Velitris, antiquitus tacta de coelo parte muri, responsum est: eius oppidi civem quandoque rerum potiturum; *qua fiducia* ††) Veliterni saepius cum populo Romano belligeraverant. Suet. Aug. 94. Tullus legiones et veteres explevit et novas scripsit. *Hac fiducia virium* †††) Sabinis bellum indicit. L. 1, 30.

b. So nimmt *qui* ein Appositionsnomen und ein zu einem vorhergehenden Substantiv gehörendes Adjectivum hinter sich, wenn dieses durch den folgenden Satz näher bestimmt wird.

Eodem anno a Campanis *Cumae*, *quam* Graeci tum *urbem* [1]) tenebant, capiuntur. L. 4, 45. Amanus Syriam a Cilicia dividit; *qui mons* erat hostium plenus sempiternorum. C. Att. 5, 20. In astrologia C. Sulpicius, in geometria Sex. Pompeius, multi in dialecticis, plures in iure civili multum operae curaeque posuerunt; *quae omnes artes* [2]) in veri investigatione versantur. C. Off. 1, 6. Accidit, ut esset *luna plena*, *qui dies* maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit. Caes. 4, 29. Veneti *legatos*, *quod nomen* ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuit, retinuerunt. Ib. 3, 9. Caesari nuntiatur, *Sulmonenses*, *quod oppidum* [3]) a Corfinio septem millium intervallo abest, cupere ea facere, quae vellet. Caes. C. 1, 18. Aspis *Cataoniam* tenebat, *quae gens* iacet

---

*) aus Zorn oder aufgebracht darüber.
**) aus Furcht davor. So *hoc timore*. Caes. C. 2, 20.
***) die Furcht vor dem nämlichen Schicksal.
†) durch den Ruf davon.
††) im Vertrauen hierauf. So *Quo timore*. Caes. 7, 26. extr. *Quo pudore*. Id. C. 3, 60.
†††) im Vertrauen auf diese Streitkräfte.
1) eine Stadt, die damals die Griechen inne hatten.
2) lauter Künste, die.
3) per Synesim, st. quorum oppidum, cf. Held h. l.

supra Ciliciam, confinis Cappadociae. N. 14, 4. Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt: *quod genus imperii* primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur. C. Leg. 3, 2. Quidam sibi nihil iuris, nullam societatem, communis utilitatis causa, statuunt esse cum civibus: *quae sententia* omnem societatem distrahit civitatis. C. Off. 3, 6. In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt, literis graecis confectae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, *qui numerus* †) domo exisset eorum, qui arma ferre possent. Caes. 1, 29. Pomtinus a te tractatus est praestanti ac singulari fide, *cuius tui beneficii* sum ego testis. C. Fam. 3, 10, 8. In reliquis Amani delendis, agrisque vastandis, *quae pars eius montis* ††) meae provinciae est, id tempus omne consumsimus. C. Fam. 15, 4, 19.

Verres mittit ad Antiochum regem, rogatum *vasa ea, quae pulcherrima* †††) apud eum viderat. C. Verr. 4, 27. cf. C. Lael. 3, 12. Crassus non vidit deformatam eam *civitatem, in qua* ipse *florentissima* *) multum omnibus gloria praestitisset. C. Or. 3, 2. Misericordia movetur, si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quae de altero deplorentur, ad suas *res* revocet, *quas* aut tulerit *acerbas*, aut timeat. Ib. 2, 52. Themistocles *de servis suis, quem* habuit *fidelissimum*, ad Xerxem misit. N. 2, 4. Sarmatis neque conti, neque *gladii, quos praelongos* utraque manu regunt, usui erant. Tac. H. 1, 79. Agamemnon cum devovisset Dianae, *quod* in suo regno *pulcherrimum* natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam. C. Off. 3, 25. *Consul, qui unus* supererat, moritur. L. 3, 7. cf. C. Or. 5, 18. Tempestivis conviviis delector cum *aequalibus, qui pauci* **) admodum restant. C. Sen. 14. So: *Οὗτοι δὲ, τοὺς κατέλεξα πάντας, — τίμιοι ἐγένοντο*. Herodot. 9, 71. extr.

Not. 1. Folgen auf das Relativum mehrere Substantiva, so muß es vor jedem derselben wiederholt werden: Erat in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: *qui habitus* et *quae figura* non procul abesse putatur a vitae periculo, si accedit labor et laterum magna contentio. C. Brut. 91. — Wie qui werden auch andre Relativa gebraucht: *Sic* ei te com-

---

†) st. ratio *numeri*, *qui*.

††) i. e. agrisque eius montis eius partis, quae meae provinciae est.

†††) vasa pulcherrima, quae würde heißen: er verlangte alle die schönen Gefäße, die er bei Antiochus gesehen hatte; quae pulcherrima aber: er verlangte nur die schönsten unter denen, die er gesehen hatte, worauf ea noch besonders hindeutet.

*) als er noch in seiner höchsten Blüthe stand.

**) deren wenige, vgl. §. 103. Not. 6.

mandavi et tradidi, *ut gravissime diligentissimeque* potui. C. Fam. 7, 7.

Not. 2. Ein von dem vorhergehenden Satze untrennbares Substantivum wird nach dem Relativo wiederholt, wenn es für diesen Satz eine besondre Wichtigkeit hat, wie bei Angaben von Terminen, Gesetzen, Oertern und andern, wo es auf Genauigkeit ankommt. Außerdem der Deutlichkeit wegen. Oudend. ad Caes. 2, 18. Ellendt ad C. Brut. 18, 69.

Cluentius causam dicit *ea lege*, *quae lege* senatores et ii, qui magistratum habuerunt, soli tenentur. C. Cluent. 57. Helvetii *diem* dicunt, *qua die* ad ripam Rhodani omnes conveniant. Caes. 1, 6. Caesar intellexit *diem* instare, *quo die* frumentum militibus metiri oporteret. Ib. 1, 16. Post Q. Fulvium, Q. Fabium, *consules*, *quibus consulibus* Capua devicta atque capta est, nihil est in ea urbe contra hanc rempublicam factum. C. Agr. 2, 33. Poeta habet bonorum *exemplum*, *quo exemplo* *) sibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. T. Heaut. pr. 20. In *hoc* maximo crudelissimoque *bello*, *quale bellum* nulla unquam barbaria cum sua gente gessit, *quo in bello* lex haec fuit constituta, ita me gessi, ut omnes salvi conservaremini. C. Cat. 3, 10.

Duo *genera* semper in hac civitate fuerunt eorum, qui in republica se excellentius gerere studuerunt: *quibus ex generibus* alteri se populares, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. C. Sext. 45. Nullo *modo* animus audientis aut incitari aut leniri potest, *qui modus* a me non tentatus sit. C. Or. 38.

*) Statt des wiederholten Substantivs kann auch ein allgemeineres, wie *res* gebraucht werden, cf. Held ad Caes. C. 1, 52. Ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent: et item separatim pueri, senes, mulieresque. *Quarum omnium rerum* summa erat capitum ad millia CCCLXVIII. Caes. 1, 29.

4. *Qui*, in einem Satze jedesmal an der ersten Stelle, wiederholt alle drei Personen und hiernach richtet sich sein Verbum. Soll nun

a. die Person oder der Gegenstand, worauf sich *qui* bezieht, deutlich unterschieden werden, so wird darauf mit *is* hingezeigt.

Ego, *qui* te *confirmo*, ipse me non possum. C. Fam. 14, 4. *Ego* idem sum, *qui* et infans *fui*, et puer, et adolescens. S. Ep. 121. Mihi beatiores illi esse videntur, qui tua liberalitate fruuntur, quam *tu* ipse, *qui* illis tam multa *concedis*. C. Ligar. 11. *Nobis* quidem, *qui te amamus*, erit gratum. C. Fam. 15, 17. Et filii tui eximia virtus summusque in te amor magnae tibi consolationi debet esse, et *nos ceterique*, *qui* non ex fortuna, sed ex virtute tua *pendemus*, amici. Ib. 5, 17. *Iudices*, *qui* ex lege *iudicatis*, legibus obtemperare debetis. C. Inv. 1, 39. *Adestote* omnes animis, *qui adestis* corporibus. C. Sull. 11. *Assentatio*, vitiorum adiutrix, procul amoveatur:

*) ein Beispiel, nach welchem, oder: und nach diesem Beispiel.

quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est. C. Lael. 24.

Tu es *is*, *qui* me saepissime ornasti. C. Fam. 15, 4. Contemnamus Babylonios, *eos* *), qui numeris stellarum cursus et motus persequuntur. C. Div. 1, 19. Communis intelligentia notas nobis res efficit, *eas*, *quas* in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. C. Leg. 1, 16. Conclusio rationis *ea* probanda est, *in qua* ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur. C. Div. 2, 49.

Etiam *is* **), *qui* omnia tenet, favet ingeniis. C. Fam. 4, 8. Fere libenter homines *id*, *quod* volunt, credunt. Caes. 3, 18. In praestantibus rebus magna sunt *ea*, *quae* sunt optimis proxima. C. Or. 2. Nullae sunt occultiores insidiae, quam *eae*, *quae* latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam *eum*, *qui* palam est adversarius, facile cavendo vitare possis. C. Verr. 1, 15.

b. Der mit *qui* anfangende Satz steht voran, wenn er eher gedacht wird, und dann umschreibt er meist das Subject oder Object des folgenden Satzes. Bezieht sich *qui* auf ein Substantivum, so nimmt es dieses in gleichem Casu hinter sich.

Male se res habet, cum, *quod* virtute effici debet, *id* tentatur pecunia. C. Off. 2, 6. Haud aequum facit, qui, *quod* didicit, *id* dediscit. Plaut. Amph. 2, 2, 55. Nonnulli multitudinis iudicio feruntur, *quaeque* maiori parti pulcherrima videntur, *ea* maxime optant. C. Off. 1, 32. *Quorum* patres aut maiores aliqua gloria praestiterunt, *ii* student plerumque eodem in genere laudis excellere. Ibid. Plerique, *a quo* plurimum sperant, *ei* potissimum inserviunt. Ibid. 1, 15.

Quam quisque norit *artem* ***), *in hac* se exerceat. C. Tusc. 1, 18. *Quas res violentissimas* natura genuit, *earum* moderationem nos soli habemus. C. N. D. 2, 60. Accusator non ferendus est is, qui, *quod* in altero *vitium* reprehendit, *in eo ipso* deprehenditur. C. Verr. 3, 2. Bestiae, *in quo* loco natae sunt, *ex eo* se non commovent. C. Fin. 5, 15. Apollonius, *ad quam* quemque *artem* putabat esse aptum, *ad eam* impellere atque hortari solebat. C. Or. 1, 28. Hoc non concedo, ut, *quibus rebus* gloriemini in vobis, *easdem* in aliis reprehendatis. C. Ligar. 7. Exspectationem nostram tu vinces, si hoc statueris, *quarum laudum* gloriam adamaris; *quibus ar-*

---

*) st. *eos dico*, *qui*. C. Tusc. 1, 32, 78.
**) Auf Cäsar hinzeigend.
***) Jeder übe sich in der Kunst, die er erlernt hat.

tibus *) eae laudes comparantur, *in iis* esse elaborandum. C. Fam. 2, 4.

c. Wenn dagegen *qui* wer, einen Gegenstand nur allgemein, so bleibt is weg, auch wo es dem Relativo nachstehen würde. Daher fehlt es auch gewöhnlich nach *quisquis*, *quicunque*.

Maximum ornamentum amicitiae tollit, *qui* †) ex ea tollit verecundiam. C. Lael. 22. *Qui* e nuce nucleum esse vult, frangit nucem. Plaut. Curc. 1, 1, 55. Est profecto Deus, qui, *quae* nos gerimus, auditque et videt. Id. Capt. 2, 2, 63. Virtute neglecta, *qui* se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos gravis aliquis casus experiri cogit. C. Lael. 22. Xerxes praemium proposuit, *qui* ††) invenisset novam voluptatem. C. Tusc. 5, 7. Semper in proelio maximum est periculum, *qui* maxime timent. Sall. C. 58, 17. Tributa vix, in fenus Pompeii *quod* †††) satis sit, efficiunt. C. Att. 6, 1. Invisa est singularis potentia et miseranda vita, *qui* se metui, quam amari malunt. N. 10, 9. Spartae primum ratio habebatur, *qui* maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. N. 17, 1. Leviora sunt, *quae* repentino aliquo modo accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. C. Off. 1, 84. Caesar naves paulo facit latiores, quam *quibus* *) in reliquis utimur maribus. Caes. 5, 1. Beneficia et mutua et grata dum sunt, *inter quos* **) ea sunt, firma devinciuntur societate. C. Off. 1, 17. Licet Romanis *in quaecunque partes* velint, sine metu ***) proficisci. Caes. 5, 41. *Quaecunque* sunt in omni mundo, deorum atque hominum putanda sunt. C. N. D. 2, 62. Semper circumiecta nemora petraeque, *quantamcunque* accepere vocem, multiplicato sono referunt. Curt. 3, 10, 1. *Quidquid* non licet, nefas putare debemus. C. Par. 3, 2.

Quos cum Matio *pueros* †) miseram, epistolam mihi attulerunt. C. Att. 6, 1. *Quibus bestiis* erat is cibus, ut alius generis bestiis vescerentur, aut vires natura dedit, aut celeritatem. C. N. D. 2, 48. Henĕti Troianique Euganeorum tenue-

*) Der Deutsche übersetzt, als wenn stünde: in iis artibus esse elaborandum, quibus eae laudes comparantur, quarum gloriam adamaris.
†) wer, allgemein genommen; nicht tollit *is*, qui.
††) wer, nicht *ei*, qui.
†††) nicht *id*, in fenus.
*) nicht *eae sunt*, quibus.
**) nicht inter quos, *ii* firma.
***) nicht *in eas* sine metu.
†) st. Quos — *ii* epistolam.

runt terras, et *in quem* primum egressi sunt *locum* Troia vocatur. L. 1, 1.

Not. 1. Nach *qui* wird der Infinitivus eines vorhergegangenen Verbi weggelassen.

Fit senatusconsultum, ut C. Marius, L. Valerius, consules, adhiberent tribunos plebis et praetores, *quos* eis videretur. C. C. Rabir. 7. scil. *adhibendos esse*, cf. C. Or. 1, 38, 175. Brut. 65, 232. Verr. 3, 7, 18. Nos imitamur, *quos* cuique visum est. C. Off. 1, 32. sc. *imitandos esse*. Decrevit senatus, ut P. Aelius consul, *quem* videretur ei, cum imperio mitteret. L. 31, 3. cf. L. 23, 34, 14. 33, 26, 5. Drak. ad L. 6, 26, 2. Si aliquid agas eorum, *quorum* consuesti, gaudeo. C. Fam. 5, 14. sc. aliquid agere. cf. Cort. h. l. Non facile est perficere, ut irascatur *ei*, *cui* tu velis, iudex, si tu ipse id lente facere videare. C. Or. 2, 45. sc. *eum irasci*. Hac a me sententia dicta, magnus animorum factus est motus, cum *eorum*, *quorum* oportuit, tum illorum etiam, *quorum* nunquam putaram. C. Fam. 1, 9, 6. sc. motum fieri — *quorum* sc. animos motum iri. Video me desertum, *a quibus* minime conveniebat. Cic.

Not. 2. Nach griechischem Gebrauch wird das Demonstrativum von qui bisweilen weggelassen und letzteres in den Casus desselben gesetzt oder mit der dazu gehörenden Präposition verbunden. Auch steht *qui* in dem Casu des unmittelbar vorhergehenden Nomens, besonders in kleinen eingeschalteten Sätzen.

Nunc redeo *ad quae* *) mihi mandas. C. Att. 5, 11. Haec cadere possunt *in quos* nolis. C. Or. 2, 60. Helvetii frumentum omne *praeter quod* secum portaturi erant, comburunt. Caes. 1, 5. Quum essent, *in quibus* demonstravi, angustiis, loquuntur ambo ex navibus cum M. Atilio et Statio Murco, Legatis. Caes. C. 3, 14. Raptim *quibus* **) quisque poterat, elatis, iam continens agmen migrantium impleverat vias. L. 1, 29. Exercitus, *quibus* poterat, *sauciis* ductis secum, ad urbem pergit. L. 4, 39. *Hac*, *qua* diximus, *aetate* Hannibal cum patre in Hispaniam profectus est. N. 23, 3. *Iudice*, *quo* nosti, *populo*. Hor. S. 1, 6, 15. cf. Bentl. et Heind. h. l. Imperat militibus Caesar ut naves faciant, *cuius generis* eum superioribus annis usus Britanniae docuerat. Caes. C. 1, 54.

Not. 3. Statt des wiederholten *qui* wird, ebenfalls griechisch, bisweilen ein Demonstrativum gebraucht.

Omnes tum fere, *qui* nec extra urbem hanc vixerant, *nec eos* aliqua barbaries domestica infuscaverat, recta loquebantur. C. Brut. 74. cf. Ellendt h. l. Cato, *qui* Siciliam tenere potuit, et, si tenuisset, omnes boni *ad eum* se contulissent, Syracusis profectus est. C. Att. 10, 16. st. et *ad quem*, si —. Phidiae in mente insidebat species pulcritudinis eximia quaedam, *quam* intuens *in eaque* defixus, ad illius similitudinem artem et manum dirigebat. C. Or. 2. Finem definiebas id esse, *quo* omnia, quae recte fierent, referrentur, *neque id ipsum* usquam referretur. C. Fin. 2, 2. st. *quod*que ipsum. Sapientis est ille vultus semper idem, *quem* dicitur Xanthippe praedicare solita in viro suo fu-

---

*) st. ad *ea*, quae.
**) st. *iis*, *quae* quisque poterat sc. efferre.

ipse Socrate, *eodem* semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. C. Tusc. 3, 15, st. *quo* semper viderit. So: *Τὴν δ' ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι, καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων.* Herodot. 2, 40. cf. 2, 39, 8.

Not. 4. Das Substantivum nach *qui* fällt weg; wenn es nach dem Demonstrativo wiederholt werden muß, und eben so wird es nach einem Demonstrativo weggelassen, wenn es nach *qui* mit Nachdruck folgt.

Quae *) voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impellitur, *ea* non est *virtus*, sed fallax imitatio simulatioque virtutis. C. Acad. 2, 46.

Haec **) est, *quam* Scipio laudat in libris, et *quam* maxime probat *temperationem* reipublicae. C. Leg. 3, 5. Animis omnes tenduntur insidiae, vel ab *ea*, *quae* penitus in omni sensu implicata insidet, *imitatrix* boni, *voluptas*, malorum autem *mater* omnium. Ib. 1, 17. Hi sunt *illi*, *quibus* in tabulis retulit sese Q. Tadius dedisse iussu istius *Graecis pictoribus*. C. Verr. 4, 13. Habeo testimonium tuum, quod apud Neronem dixisti; habeo, *quas* ad eundem *literas* misisti. C. Verr. 1, 31. Poeta id sibi negoti credidit solum dari, populo ut placerent, *quas* ***) fecisset *fabulas*. T. Andr. pr. 3. Daher der isolirt scheinende Casus vor *qui* bei Dichtern: *Urbem* †) *quam* statuo, vestra est. V. Aen. 1, 573. *Ostium* ††) *quod* in angiportu est, patefeci fores. Plaut. Most. 5, 1, 5. Spiracula sunt in Hirpinis Amsancti ad Mephitis aedem; *locum quem* qui intravere, moriuntur. P. 2, 93. Aber auch: Cecidere sinu, *quas* legerat, *herbae*. O. Met. 14, 350.

5. Der Ablativus *qua*, sc. parte, wo, auch wodurch, §. 147, C, *) bezeichnet Ort und Stelle; mit verstandnem ratione, wie, eine Art und Weise, und eben so *ea* da, *hac* hier, *illa* dort, *quacunque* wo nur, *aliqua* irgendwo; eintheilungsweise *qua* — *qua* theils — theils.

Tarquinius Priscus muro lapideo urbem, *qua* nondum munierat, cingere parat. L. 1, 38. cf. Drak. h. l. Pomoerium est circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, *qua* murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant. Ib. 44. Ex manubiis Aethenarum arx, *qua* ad meridiem vergit, est ornata. N. 5, 2. Ad Alpes posteaquam venit Hannibal, effecit, ut *ea* elephantus ornatus ire posset, *qua* antea unus homo inermis vix poterat repere. *Hac* copias traduxit, in Italiamque pervenit. N. 23, 3. Socrates cum apud Delium male pugnatum esset, *eadem*, qua ceteri, fugere noluit. C. Div. 1, 54. Arminius sustentabat pugnam, incubueratque sagittariis, *illa* rupturus, ni Gallicae cohortes si-

*) st. quae virtus.
**) st. Haec est *temperatio reip.*, quam.
***) st. ut placerent *fabulas*, quas.
†) st. quam urbem.
††) st. quod ostium in angiportu est, *eius* patef. fores.

gna obiecissent. Tac. 2, 17. Si non *aliqua* *) nocuisses, mortuus esses. V. Ecl. 3, 15. cf. C. Verr. 1, 26. fin. Aegyptii ignem vocant masculum, *qua* **) ardet flamma; et feminam, *qua* lucet innoxius tactu. S. N. Q. 3, 14. Videtis omnibus rebus ornatum hominem, *qua* externis, *qua* domesticis. C. Planc. 12. Omnium Fabiorum, *qua* plebis, *qua* ***) Patrum, eximia virtus fuit. L. 2, 45. Insignis erat consul L. Papirius Cursor, *qua* paterna gloria, *qua* sua. L. 10, 38. cf. Drak. ad L. 2, 35, 4. Ciceroni et copiosissimum ingenium, et ingenio *qua* varietas rerum, *qua* magnitudo, largissime suppetebat. P. Ep. 9, 2.

6. *Qui* steht auch, eine Gattung andeutend, für dergleichen, in der Formel: *Quae tua est prudentia* und *qua es prudentia*, statt deren Cicero auch sagt: Tu *pro tua prudentia*, quid optimum factu sit, videbis. C. Fam. 10, 27. cf. 9, 9, 11, 2. nach, vermöge deiner Klugheit; (auch: Equidem *pro eo, quanti* te facio, quicquid feceris, approbabo. C. Fam. 3, 3.) Diese Bedeutung nimmt dann auch das correspondirende *is* und *idem* an.

Patitur et lingua nostra et natura rerum, veterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri; sed hominibus opus est eruditis, *qui* †) adhuc, in hoc quidem genere, nostri nulli fuerunt. C. Or. 3, 24. Si tempus est ullum iure hominis necandi, *quae* multa sunt, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, quo vi vis illata defenditur. C. Mil. 4. Ego *is* in Dionysium sum, *quem* ††) tu me esse vis. C. Att. 7, 8. Nos *ii* sumus, *qui* esse debemus, id est, studio digni ac literis nostris. C. Fam. 5, 19. cf. Serv. ad V. Aen. 8, 427. Burm. ad Quinctil. Inst. Or. 9, 2. p. 790.

Spero, *quae tua prudentia et temperantia est* †††), te iam, ut volumus, valere. C. Att. 6, 9. Democritum, cognitum, per te ipsum, *quae tua natura est* 1), dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. C. Fam. 13, 78. Sine mea commendatione, *quod tuum est iudicium de hominibus* 2), ipsius

---

*) sc. ratione, auf irgend eine Weise.
**) in wie fern; so bei Dichtern und Spätern.
***) ᾇ μὲν — ᾇ δὲ, Dorice, statt τῇ μὲν, τῇ δέ.
†) dergleichen.
††) ich benehme mich so, wie.
†††) nach, bei deiner Vorsicht und Mäßigkeit, oder: da du so vorsichtig und mäßig bist.
1) bei deiner Herzensgüte
2) als Menschenkenner, oder: wie du immer Menschen richtig beurtheilst.

Lamiae causa studiose omnia facies. Ib. 12, 29. Qui, *quae mea negligentia est* *), multos saepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie, non esse te, ad quem cursitem, discrucior. Ib. 8, 3. Tullia, *qui illius in te amor fuit, pietasque in omnes suos*, hoc certe te facere non vult, ut exspectes, dum dolorem tuum longinquitas temporis minuat. Ib. 4, 5. Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti, *quae tunc erat innocentium vita*. P. Pan. 44.

Qua es prudentia, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. C. Fam. 11, 13. *Qua mollitia sum animi ac lenitate,* nunquam Autronii lacrimis ac precibus restitissem. C. Sull. 6. Quaecunque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, *qua est humanitate* Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare. C. Fam. 9, 9. Ulysses contumelias servorum ancillarumque pertulit. At Aiax, *quo animo* traditur, millies oppetere mortem, quam illa perpeti maluisset. C. Off. 1, 31. cf. C. Or. 3, 3, 10. Verr. 1, 41, 105.

Not. 1. Statt des Ablativs kommt auch der Genitivus vor, und wie qui auch *quantum* und *ut*. Auditisne, ut poena mea et supplicium vestrum simul postulentur? Et *cuius lenitatis est Galba* **), iam fortasse promisit. Tac. H. 1, 37. Hominibus sceleratis, *quantum importunitatis habent*, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur. Sall. I. 31. 22. Thais forte, quae olim periit parvula, eam sese intendit esse, *ut est audacia* ***). T. Eun. 3, 3, 18. Quid ait Agamemnon noster, sive, *ut crudelitas est*, potius Atreus? Ad Herenn. 4, 54.

Not. 2. Diese Bedeutung bekommt auch *qui* bei den Verbis nennen.

Doceo, legem istam, *quam vocas* †), non esse legem. C. Dom. 19. Paullus praetergressus Pellam urbem, ad Spelaeum, *quod vocant* ††), biduum moratus est. L. 45, 33. Athenis neque sepulcrum opere tectorio exornari, nec Hermas hos, *quos vocant*, licebat imponi. C. Leg. 2, 26. Ii vivunt, qui ex corporum vinculis, tanquam e carcere, evolaverunt; vestra vero, *quae dicitur* vita, mors est. C. Somn. 3. Cum venissent ad vada Volaterrana, *quae nominantur*, vident perfamiliarem Naevii. C. Quint. 6.

Anmerkung. Dieselben Constructionen finden bei Adiectivis und Adverbiis relativis Statt:

Tantum cuique tribuendum, *quantum* ipse efficere possis. C. Lael. 20. Non sunt *tanti* ulla merita, *quanta* insolentia

*) ich Saumseliger.
**) ironisch, statt: cuius crudelitatis est.
***) Thais will sich vielleicht für das kleine längst verstorbene Mädchen ausgeben, so kühn ist sie.
†) wie du es nennst, oder: dein sogenanntes Gesetz.
††) wie man den Ort nennt, oder beim sogenannten Spelaum.

hominis, *quantum*que fastidium. C. Or. 2, 52. cf. C. Fam. 6, 9. 12, 7. Ligar. 5, 15. Non speraverat Hannibal fore, ut *tot* in Italia populi ad se deficerent, *quot* defecerunt post Cannensem cladem. L. 28, 44. Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, *qualis* haberi vellet, *talis* esset. C. Off. 2, 12. *Quantum* a rerum turpitudine abes, *tantum* te a verborum libertate seiungas. C. Coel. 3. Plato scripsit, *quales* in republica principes essent, *tales* reliquos solere esse cives. C. Fam. 1, 9. *Quam diu* animus remanet in nobis, *tam diu* sensus et vita remanet. C. N. D. 2, 9. Nemo orator *tam* multa scripsit, *quam* multa sunt nostra. C. Or. 30. *Quot* orationum *genera* esse diximus, *totidem* oratorum reperiuntur. C. Or. 16. Erat subeunda dimicatio *totiens*, *quot* coniurati superessent. L. 2, 13. *Quanta vi* civitates libertatem expetunt, *tanta* regna reges defendunt. L. 2, 9. Potuimus beneficiis atque honoribus ut participes frui, *quantis* *) vellemus. C. ad Brut. 16. — Crocodilus parit *ova*, *quanta* anseres. P. 18, 25.

c. Interrogativa et indefinita.

159 Das Pronomen für den unbestimmten Gegenstand ist fragend und anführend dasselbe, hat aber zwei Formen: *Quis*, *quid* bezeichnet eine unbestimmte Person und Sache; *qui*, *quae*, *quod* eine unbestimmte Gattung. Die erstere, stärker einen Gegenstand andeutend, und in so fern er nur als Einer, als einzelnes Subject genommen werden soll, steht substantive, die zweite adiective. *Quis* und im Plur. *qui* ist als interrogativum und indefinitum Generis communis, wie im Deutschen Wer? und irgend Jemand, indem hier das vorzüglichere Genus vortönt **). So auch in Compositis, z. B. Conteris tu tua me oratione, mulier, *quisquis* es. Plaut. Cist. 2, 3, 66.

1. Das Interrogativum *Quis?* wer? nach der Person, *quid?* was? nach der Sache fragend, verlangt Auskunft über einen Gegenstand, in so fern er sich von allen andern; *qui? quae? quod?* welcher? was für einer? nach der Gattung fragend, verlangt Auskunft über einen Gegenstand, in so fern er sich von den übrigen derselben Gattung unterscheidet.

*) Bei *quis* kann ein Substantivum nur als Apposition stehen. Denn die Frage: *Quis rex* fuit? wer ist (der) König gewesen? erwartet entweder die Angabe persönlicher

---

*) *tantis*, quantis.

**) *Quis* etiam communis esse generis putaverunt vetustissimi, sicut apud Graecos τίς. Prisc. 13, 3, 13.

Merkmale, z. B. seines Namens, oder in dem Sinne: Wer hat je als König existirt? die Antwort: Keiner. Hingegen *Qui rex* fuit? fragt, ob er gewisse Eigenschaften habe, wodurch er sich vor andern Königen auszeichne, ob er zu den guten, zu den mächtigen, tapfern u. dgl. gehöre. Hiervon unterscheidet sich *qualis*, welches nicht darnach fragt, ob einer mit andern gewisse Eigenschaften gemeinschaftlich besitze, sondern ob er sie überhaupt, ohne Rücksicht auf andre besitze. Qui dicit, *qualis homo vicit?* de hominis qualitate adiectiva dubitat, cum substantiam atque actum cognoverit. Qui autem dicit, *quis homo vicit?* generalem quidem scit substantiam et qualitatem personae, specialem autem desiderat, quae proprio redditur nomine, ut: *quis homo vicit Pompeium? Caesar.* Prisc. 17, 5, 34. Verbum hoc *si quis* tam masculos, quam feminas complectitur. Digg. L, 16, 1.

Quis homo est? — Ego sum Pamphilus. T. Andr. 5, 6, 1. *Quis* Dionysium Syracusium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? C. Or. 3, 34. Piso Frugi uno cognomine declarabatur, non modo *quis* esset, sed etiam qualis esset. C. Font. 13. *Quis* rex unquam fuit, *quis* populus, qui non uteretur praedictione divina? C. Div. 1, 43. cf. C. Phil. 2, 7, 16. Iuvenal. 7, 63. *Quis* esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis aeque, ac tu ipse, gauderet? C. Lael. 6. Dic mihi, quaeso, *quis* ea est, quam vis ducere uxorem? Plaut. Aul. 2, 1, 48. *Quis* tu es mulier, quae me insueto nuncupasti nomine? Varr. L. L. 5, 7. *Quis* *) ad vos processerim, Commilitones, dicere non possum. Tac. H. 1, 37. *Quid* faciet is homo in tenebris, qui nihil timet, nisi testem et iudicem? C. Leg. 1, 14. *Quid* praeclarum non idem arduum? C. Tusc. 3, 34. *Quid* est in vita tantopere quaerendum, quam *quid* sit finis, *quid* extremum, *quid* ultimum, quo sint omnia bene vivendi, recteque faciendi consilia referenda? C. Fin. 1, 4.

Tu te collige, et *qui* **) sis, et quid facere possis, considera. C. Caecil. 12. cf. C. Cat. 2, 3, 6. Si diligenter, quid Mithridates potuerit, et quid effecerit, et *qui* vir fuerit, consideraris: omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem antepones. C. Manil. 15. cf. Drak. ad L. 1, 7, 9. *Qui* status, *quod* discrimen, *quae* fuerit in re publica

*) in welcher Person ich —

**) wie *εἰδῆ μήποτε γνοίης, ὃς εἶ.* Soph. Oed. T. 1061. nicht *τίς εἶ.*

tempestas illa, *quis* nescit? C. Planc. 35. *Qui* cantus moderatae orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest? *quod* carmen artificiosa verborum conclusione aptius? *qui* actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate iucundior? C. Or. 2, 8. cf. C. Mur. 38, 82. Liv. 3, 28, 1. Quid ages tandem, si utilitas ab amicitia defecerit? relinquesne? *quae* *) ista amicitia est? C. Fin. 2, 24. O *qui* tuarum, corve, pennarum est nitor! Phaedr. 1, 13, 6.

†) Die ältern Lateiner brauchten auch *qui* statt quis, und *quid* statt quod; das goldne Zeitalter aber bisweilen *quis* statt qui, die Frage verstärkend, indem bei quis der gemeinte Gegenstand allen, bei qui hingegen nur den übrigen gleicher Gattung entgegen gesetzt wurde.

Qui nominat me? T. Phorm. 5, 9, 1. *Qui* me Thebis alter vivit miserior. Plaut. Amph. 4, 3, 12. *Quid* est tibi nomen? Id. Pseud. 2, 2, 41. Quae cura boum, *quis* cultus habendo sit pecori, hinc canere incipiam. V. Georg. 1, 3. Virgines Vestales, quae sacrorum secum ferenda, quae relinquenda essent, consultabant, *quis*ve ea locus fideli adservaturus custodia esset. L. 5, 40.

Not. 1. *Quis?* wer? fragt nach Einem unter mehrern; *uter?* welcher von beiden? nach Einem von Zweien; statt uter aber steht *qui*, wenn jeder der Zwei für sich verstanden und auf das Beiderseitige derselben nicht Rücksicht genommen wird.

Quaeritur, ex duobus *uter* dignior? ex pluribus *quis* dignissimus? Q. 7, 4, 21. cf. Caes. C. 1, 70. pr. Pulfio et Varenus perpetuas inter se controversias habebant, *quinam* anteferretur? Caes. 5, 44. Consules distenderant curas hominum: duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam; *qui* eorum prior vicisset, intra paucos dies castra cum altero iuncturum. L. 27, 40. cf. Caes. C. 1, 66. extr. Formica et musca contendebant acriter, *quae* pluris esset. Phaedr. 4, 23.

Eben so gelten alius, quisque, unusquisque, nullus und nemo von mehrern; alter, neuter in der Regel von Zweien, obgleich auch hier jene ohne Rücksicht des Beiderseitigen von Zweien gebraucht werden.

Foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut, *cuiusque* **) populi cives vicissent, is alteri populo imperitaret. L. 1, 24. Peripatetici diviserunt naturam hominis in animum et corpus. cumque eorum *unumquodque* per se expetendum dixissent, virtutes quoque utriusque eorum per se expetendas esse dicebant. C. Fin. 4, 7. Non licebat mihi *nullius* partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam. C. Fam. 10, 31.

Not. 2. Nach dem oben Angegebenen sind auch *nescio quis* und *nescio qui*, ich weiß nicht wer, ein gewisser, *nescio quid* und *nescio quod* irgend etwas, ein gewisses Etwas, zu unterscheiden; ferner *habeo quid*, wo *quid* jedesmal fragt, und *habeo quod*, wo

*) was für eine Freundschaft.
**) st. utrius.

quod nur Relativum ist. Heind. ad C. N. D. 3, 25, 64. Heus. ad C. Off. Praef. p. LI. et ad 2, 2, 11.

Prope me hic *nescio quis* loquitur. Plaut. Pers. 1, 3, 19. Helenam de patria Theseus, nisi nomine fallor, *nescio quis* Theseus abstulit ante sua. O. Her. 5, 127. *Nescio quid* profecto mihi animus praesagit mali. T. Heaut. 2, 2, 7. Fortasse non ieiunum hoc *nescio quid*, quod ego gessi, et contemnendum videbitur. C. Fam. 15, 14. cf. 13, 1. Ego contendo, cum ad naturam eximiam accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae; tum illud *nescio quid* praeclarum ac singulare solere exsistere. C. Arch. 7. Ille *nescio qui* *), qui in scholis nominari solet, mille et octoginta stadia quod abesset, videbat. C. Acad. 2, 25. cf. C. Mil. 24, 65. Caecil. 14, 47. *Nescio qui* senex modo venit. T. Andr. 5, 2, 14. cf. Drak. ad Sil. 9, 651. *Nescio quod* magnum hoc nuntio exspecto malum. T. Phorm. 1, 4, 16. Illud *nescio quod* **) non fortuitum, sed divinum videbatur. C. Fam. 7, 5. Curtius interfectus est, quod consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum *nescio quod* Pompeius rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere. C. Fam. 6, 18.

Nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, *quid* diceret, non *haberet*. N. 15, 8. Plerique philosophi nulla tradunt praecepta dicendi, et *habent* paratum tamen, *quid* de quaque re dicant. C. Or. 2, 36. De Diis *habeo* ipse, *quid* sentiam, non *habeo* autem, *quod* ***) tibi assentiar. C. N. D. 3, 25. Plane deest *quod* ad te scribam: nota omnia tibi sunt: nec ipse *habeo*, a te *quid* exspectem. C. Att. 7, 6. Curio etiam in scriptis obliviscebatur, *quid* paulo ante posuisset. C. Brut. 60. Cottae orationi non sane desidero *quod* respondeam: satis enim defensa religio est. C. Div. 1, 5.

Not. 3. *Ecquis* und *ecqui*, *ecquid* und *ecquod* mit dem nämlichen Unterschied, wie *quis*, fragt nicht gerade zu, sondern zweifelnd: Wer wohl? Was wohl?

Ecquis me hodie vivit fortunatior? T. Eun. 5, 8, (9,) 1. Heus, *ecquis* in villa est? *ecquis* †) hoc recludit? Plaut. Rud. 2, 3, 82. *Ecquae* civitas est tam barbara, rex denique *ecquis* ††) est, qui senatorem populi Romani tecto ac domo non invitet? C. Verr. 4, 11. *Eccui* potestas in forum insinuandi fuit? C. Phil. 5, 3. Quaeritur, *ecquisnam* perfecte sapiens esse possit? C. Part. Or. 18. *Ecquid* †††) ago precibus? O. Her. 15, 207. *Ecquid* *) sentitis, in quanto contemtu vivatis? L. 4, 3. Heius sacra se maiorum suorum repetere abs te dicit. *Ecqui* pudor

---

*) nicht ein Unbekannter, nescio quis; sondern ein übrigens wohlbekannter scharfsehender Mann, dessen Name nur hier dem Redenden nicht gleich einfällt.

**) Ein Paar Worte aus einem Briefe Cäsars sind hier gemeint, die dem Cicero ungemein erwünscht kamen, um jenem einen Freund zu empfehlen.

***) i. e. qua in re.

†) ist Jemand zu Hause? macht mir Niemand auf?

††) ist wohl eine Stadt? ist wohl ein König?

†††) ob ich wohl etwas durch Bitten ausrichte?

*) merkt ihr wohl? cf. §. 132, 5.

est? *ecqua* religio, Verres? *ecqui* metus? C. Verr. 4, 8. Quaeris, *ecqua* spes pacificationis sit? C. Att. 7, 12. cf. C. Inv. 2, 12, 42. Legati Romanorum a plerisque rogitantibus dimissi: *Ecquod* feminis quoque asylum aperuissent? L. 1, 9. Mihi, Brute, in te intuenti, crebro in mentem venit vereri, *ecquodnam* curriculum aliquando sit habitura tua et natura admirabilis, et exquisita doctrina, et singularis industria. C. Brut. 6. cf. Ellendt h. l. Vos, qui multos perambulastis terras, *ecquam* cultiorem Italia vidistis? Varr. R. R. 1, 2, 3.

Not. 4. Im Lateinischen können zwei Relativa und zwei Interrogativa oder auch ein Relativum und ein Interrogativum zu Einem Satz verbunden werden, wo der Deutsche entweder das zweite Relativum in ein Demonstrativum und das zweite Interrogativum in ein Indefinitum verwandeln, oder die beiden Interrogativa in zwei Sätze theilen muß.

Quis est, qui eum non hostem existimet, *quem qui* *) armis persequuntur, conservatores reipublicae iudicantur. C. Phil. 3, 6. Id solum bonum est, *quo qui* **) potitur, necesse est beatus sit. C. Fin. 5, 28. Infima est conditio servorum, *quibus* non male praecipiunt, *qui* ***) ita iubent uti, ut mercenariis; operam exigendam, iusta praebenda. C. Off. 1, 13. De pace agimus ii, quorum et maxime interest pacem esse, et *qui quodcunque* †) egerimus, ratum civitates nostrae habiturae sint. L. 30, 30. Adolescens honestis artibus imbui debet, *quas* plurimum refert, *a quo* ††) potissimum accipiat. P. Ep. 3, 3. Quam multum interest, *quid a quo* †††) fiat. Ib. 6, 24. His ita in senatu decretis, *quae cuius* 1) provincia foret, tum demum sortiri consules placuit. L. 36, 2. Considera, Piso, *quis quem* 2) fraudasse dicatur. C. Q. Rosc. 7. Summatim, *quid* a *qua* lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Q. 10, 1, 44. Consules inter se agitabant, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret, et *uter ad utrum* 3) bellum dux idoneus magis esset. L. 10, 14. Haecine sunt meae filiae? *quantae e quantillis* 4) iam sunt factae! Plaut. Poen. 5, 3, 48.

2. Das Indefinitum *Quis*, *quid*, Plur. neutr. *quae* Jemand, Etwas, substantive von einer Person oder Sache als bloßem Subject, *quae*, fem. eine, nur bei einem Substantiv, das Geschlecht unterscheidend, und *qui*, *qua*, *quod*, Plur. neutr.

---

*) um dessentwillen diejenigen, die ihn mit Waffen verfolgen.
**) durch welches derjenige, der es besitzt.
***) in deren Hinsicht diejenigen keine üble Regel geben, die sie wie Tagelöhner gehalten wissen wollen.
†) deren Verhandlungen unsre Staaten bestätigen werden.
††) wobei es darauf ankommt, von wem.
†††) was und von wem etwas gethan wird.
1) welche Provinz und wem sie zu Theil werden sollte.
2) wer betrogen haben, und wer der Betrogene seyn soll.
3) welcher von beiden Consuln sich zu dem einen oder dem andern Kriege mehr eigne.
4) wie groß sind sie schon geworden, und wie klein waren sie! Eben so steht uterque doppelt: *Uterque utrique* exercitus in conspectu. Caes. 7, 35.

qua einer, eine, eins, adiective von der Gattung, bezeichnet anführend einen Gegenstand aus einer Mehrzahl als Einzelnen, unbestimmt welchen? und steht deswegen nur in abhängigen Neben- und Fragsätzen nach einem Fragwort, nach Relativis und nach Partikeln, wie si, sive, nisi, ut, ne, quo, wo es weder als Relativum, noch fragend genommen werden kann.

*) *Quis*, als Interrogativum und Indefin. mit seinen Compositis ist Generis communis: *Quis* tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine? Varr. L. L. 5, 7. *Quis* illaec est mulier, quae ipsa se miseratur? Plaut. Epid. 4, 1, 6. Saturnalibus mane se mihi Pindenissae dediderunt. *Qui* isti Pindenissae? *qui* sunt? inquies: nomen audivi nunquam. C. Att. 5, 20. Aperite, atque Erotium *aliquis* evocate ante ostium. Plaut. Men. 4, 2, 111. Conteris tu tua me oratione, mulier, *quisquis* es. Plaut. Cist. 2, 3, 66. *Quisquis* ades, lingua, vir mulierque, fave. Tibull. 2, 2, 2. Hunc oculis suis *nostrarum* nunquam *quisquam* vidit, Phaedria. T. Eun. 4, 4, 11.

Num quis irascitur pueris, quorum aetas nondum novit rerum discrimina? S. Ira 2, 9. Themistocles, cum ei Simonides, *an quis* alius, artem memoriae polliceretur, oblivionis, inquit, mallem. C. Fin. 2, 32. Bufionem iussi valere, cum me, *num quid* vellem *), rogasset. C. Att. 5, 2. *Quid* enim *quis* aliud esse causae putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? C. Or. 1, 5. Paulus consul mirabatur, *quomodo quis* dux, priusquam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, iam nunc locatus in urbe sciret, quae sibi agenda armato forent. L. 22, 38. Primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est, iubere dicere, *qua* de re *quis* vellet audire. C. Fin. 2, 1. Subito, *unde* minime *quis* crederet, accepta calamitas apud Veios concordiam ordinum maiorem fecit. L. 5, 7. Vosne omnia semper, *quae* ab nostrum *quo* dicentur, adversis auribus accipietis? L. 6, 40. Scaevola habebat regulam, qua vera et falsa diiudicarentur, et *quae quibus* positis **) essent, quaeque non essent consequentia. C. Brut. 41. Alienum est a sapiente non modo iniuriam *cui* facere, verum etiam nocere. C. Fin. 3, 21. Lamienses constantius, *quam quis* ***) facturos crederet, urbem defenderunt. L. 37, 5. Fieri potest, *ut* recte *quis* sentiat, et id, quod sentit, po-

---

*) eine Höflichkeitsformel beim Scheiden.
**) wenn man gewisse Behauptungen aufstellte.
***) man, wie τις im Griechischen.

lite eloqui non possit. C. Tusc. 1, 3. Primi homines oppida coeperunt munire et ponere leges: *ne quis* fur esset, neu latro, neu *quis* adulter. Hor. S. 1, 3, 105. Gallorum civitates habent legibus sanctum, *si quis quid* de re publica a finitimis rumore ac fama acceperit, ad magistratum deferat, *neve* cum *quo* alio communicet. Caes. 6, 20. *Si cui* naviganti, quem praedones insequantur, deus *quis* dixerit, Eiice te de navi: praesto est, qui accipiat; omnem omittat timorem. C. Tusc. 2, 27. Exspectabam aliquem meorum: qui *si* venisset et a te *quid* attulisset, videbam non defuturum, quod scriberem. C. Att. 13, 15. Vidit hoc prudenter sive Simonides, *sive* alius *quis* invenit. C. Or. 2, 87. *Ubi* semel *quis* peieraverit, ei credi postea non oportet. C. C. Rab. 13. Magna pars, *ut in quem* quaeque inciderat, raptae. L. 1, 9. Iustitiae primum munus est, ut *ne cui quis* noceat, nisi lacessitus. C. Off. 1, 7. *Quo quis* versutior et callidior est, hoc invisior et suspectior, detracta opinione probitatis. C. Off. 2, 9. Videsne, ut, *si quae* †) in membris prava, aut debilitata, aut imminuta sint, occultent homines? C. Fin. 5, 17. Antiochus scripsit, ex maiore parte plerasque res nominari, etiam *si quae* pars ††) abesset. C. Tusc. 5, 8. cf. C. Fin. 4, 15, 41. Fam. 5, 2. O *si* urnam argenti fors *quae* mihi monstret! H. Sat. 1, 6, 10.

Germanorum equitum millia erant sex; totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi; hi si quid erat durius, concurrebant: *si qui* †††), graviore vulnere accepto, equo deciderat, circumsistebant. Caes. 1, 48. Apud Athenienses nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi *si qui* *) publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. C. Leg. 2, 26. Si Romae esses, tamen neque nos lepore tuo, ne-

†) cf. C. Or. 2, 27, 116. Görenz ad C. Acad. 2, 48, 148.

††) So: Num *quae* rogatio lata, num *quae* nova quaestio decreta est? C. Mil. 7. (nicht qua). Quaeratur, num *quae* occultetur libido, num quod lateat facinus, num *quae* crudelitas, num *quae* audacia? C. Sull. 28. cf. C. Deiot. 7, 20. Sin *quae* res inciderit. C. Or. 1, 15, 67. 2, 72, 294. ne *quae* invidia. C. Fam. 3, 10, 32. ne *quae* ἀριστεία. C. Att. 16, 9. Daret operam, ne quod iis colloquium inter se, neve *quae* communicatio consilii esset. L. 23, 34. ne *quae* maior ignominia acciperetur. L. 43, 11. nisi *quae* causa gravior obstitisset. C. Div. 2, 2. cf. Heus. ad C. Off. 3, 4, 6.

†††) sc. eques. Si quis konnte auch auf einen andern Reiter gehn, der nicht zu diesen 6000 gehörte, cf. 6, 13. C. 2, 24. Heind. ad Hor. S. 1, 4, 41.

*) sc. orator. So: quo *qui* sc. aestimator. C. Verr. 4, 16, 35. Inv. 2, 6, 22. 7, 23. Hiernach läßt sich: Nisi forte magis erit parricida, *si qui* consularem patrem, quam *si quis* humilem

que te (*si qui* est in me) meo frui liceret. C. Fam. 7, 1. In eum locum res deducta est, ut *nisi qui* deus, vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. C. Fam. 16, 12. cf. Caes. C. 1, 84. extr. Drak. ad L. 3, 17, 7. 5, 40, 7. Si quis rex, *si qua* civitas exterarum gentium, *si qua* *) natio fecisset aliquid in civem Romanum eiusmodi, nonne publice vindicaremus? C. Verr. 5, 58. Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, *si qua* **) culpa commissa est. C. Fam. 16, 10. In Gallia *si quod* est admissum facinus, Druides decernunt. Caes. 6, 13. Quaeritur, *num quod* officium aliud alio maius sit. C. Off. 2, 3. Danda opera est, *ne qua* amicorum discidia fiant. C. Lael. 21. cf. C. Att. 6. Nihil me magis sollicitabat, quam in his molestiis non me, *si qua* ridenda essent, ridere tecum. C. Fam. 2, 12.

Not. 1. Bis in das silberne Zeitalter brauchte man häufig *qui* alterthümlich statt des allgemeinern quis.

In privatis rebus *si qui* ***) rem mandatam negligentius gessisset, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. C. S. Rosc. 38. C. Claudius in legibus Halesinorum sanxit, *ne qui* minor triginta annis natu. C. Verr. 2, 49. cf. Graev. et Garat. h. l. Augustus gaudebat, *si qui* sibi acrius contuenti vultum submitteret. Suet. Aug. 79. O *qui* me gelidis in vallibus Haemi sistat, et ingenti ramorum protegat umbra! V. Georg. 2, 488.

Not. 2. *Si quis* wird für das bloße Relativum gebraucht, wenn es bedingungsweise ausgedrückt wird, wie im Griechischen *εἴ τις* und im Deutschen wer etwa. Cf. Ellendt ad C. Brut. 69, 242. So steht es auch in abhängigen Fragsätzen. §. 173, II. Not. 1.

Araneolae quasi rete contexunt, ut, *si quid* †) inhaeserit, conficiant. C. N. D. 2, 48. Nuda fere Alpium cacumina sunt, et *si quid* est pabuli, obruunt nives. L. 21, 37. Tu melius existimare videris de ea, *si quam* nunc habemus, facultate. C. Brut. 87. Errant, *si qui* in bello omnes secundos rerum proventus exspectant. Caes. 7, 29. Credo, in urbe sepultos fuisse eos, *si qui* hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa consecuti sunt. C. Leg. 2, 23. cf. C. Verr. 1, 4, 9. Oratio mentes iudicum impellit, ut aut metuant, aut sperent, aut cupiant, aut abhorreant, aut laetentur, aut maereant, aut ad eos motus adducantur, *si*

---

necaverit. C. Mil. 7. sehr gut unterscheiden; das letztere mußte allgemeiner genommen werden.

*) wenn eine (auch noch so mächtige) Stadt — Nation. Eine Handschrift hat hier auch *si qui* rex, vielleicht richtiger.

**) wenn man ein Versehen (von irgend einer Art) sich hat zu Schulden kommen lassen. So: ne *qua* vis. L. 3, 5, 5. 43, 23, 5. ne *qua* exprobratio. L. 23, 35, 7. ne *qua* scintilla. C. Fam. 10, 14. nicht ein (auch noch so kleiner) Funke; etsi *qua* vis. C. Verr. 5, 67, 173.

***) mit den Worten des alten Gesetzes angeführt.

†) was etwa.

qui finitimi sunt. C. Or. 2, 44. Summum bonum est, vivere seligentem, quae secundum naturam, et *si quae* contra naturam sunt, reiicientem. C. Fin. 3, 9. Septem illa miracula, et *si qua* his multo mirabiliora sequentium annorum exstruxit ambitio, aliquando solo aequata visentur. S. Polyb. 20. Cogitavi, laudaturum me, *si qui* *) suo sumtu functus esset officio. C. Fam. 3, 8. Iam non tam mihi videntur iniuriam facere, *si qui* haec disputant, quam *si cuius* aures ad hanc disputationem patent. Ib.

Not. 3. Eben so werden die von qui abstammenden Partikeln gebraucht, z. B. *qui*, *quâ*, *quo*, *quando* und *necubi*, *necunde*, *sicubi*, *sicunde*. §. 10, 1.

Etrusci pro se quisque tendebant ad portas, *si qua* **) forte se in agros eiicere possent. L. 6, 3. *Num quo* ***) vocatus es ad coenam? Plaut. Capt. 1, 2, 69. Augustus *si quo* pervenire mari posset, potius navigabat. Suet. Aug. 82. An dimicavimus, *ut quo* victores nos reciperemus? L. 44, 39. Demosthenes dolere se aiebat, *si quando* opificum antelucana victus esset industria. C. Tusc. 14, 19. Utinam, inquit Pontius Samnis, tum essem natus, *si quando* †) Romani dona accipere coepissent! C. Off. 2, 21. *Num quando* vides Tusculanum aliquem de M. Catone gloriari? C. Planc. 8. cf. Ad Herenn. 2, 3, 5. Dispositi erant exploratores, *necubi* ††) effecto ponte Romani copias traducerent. Caes. 7, 35. Studiose equidem utor poetis nostris, sed *sicubi* illi defecerunt, verti multa de Graecis, ne quo ornamento careret Latina oratio. C. Tusc. 2, 11. Tentabantur urbes, *sicunde* spes aliqua se ostendisset. L. 26, 38.

Not. 4. Das Pronomen indefinitum wird weggelassen, wenn *qui* in Beziehung auf dasselbe folgt.

Vix invenitur, *qui*, laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. C. Off. 1, 19. Non facile est invenire, *qui*, quod sciat ipse, non tradat alteri. C. Fin. 3, 20. Nihil est difficilius, quam reperire, *quod* sit omni ex parte in suo genere perfectum. C. Lael. 21.

Not. 5. *Quis* ist der bestimmte Eine einer gewissen Mehrzahl ohne Rücksicht auf Reihe und Rang, und zu unterscheiden

a. von *uter* einer von beiden, indefinite, s. oben 1, Not. 1.

Quid, si una tabula sit, duo naufragi, iique sapientes? sibine *uter* rapiat? an alter cedat alteri? C. Off. 3, 23. cf. C. Verr. 3, 14, 35. Neuter *utri* invidet. Plaut. Stich. 5, 4, 51. den andern.

b. von *aliquis*, *aliquid* irgend Jemand, irgend Etwas, als bloßer Gegenstand genommen, und *aliqui*, *aliqua*, *aliquod* irgend einer, eine, eins, der Gattung nach, der unbestimmte Eine, der im Gegensatz des quis in einer Mehrzahl als vorhanden gedacht wird; einer von Mehrern, wobei es nicht darauf ankommt, Welcher? daher: mancher, auch einer von Bedeutung, und einer, der nur zu der

---

*) sc. magistratus.
**) ob sie etwa wo, cf. Tac. H. 3, 52.
***) irgend wohin.
†) wenn die Römer einmal angefangen hätten.
††) damit nicht irgendwo.

Anzahl oder Gattung in irgend einer Hinsicht gerechnet werden kann; etwas Bedeutendes, und etwas Unbedeutendes, Weniges.

*) Ist von einer gewissen Mehrzahl *Quis* Einer daraus, ein Ausersehener, Bekannter oder als bestimmt Angenommener; so ist *aliquis* (alis (alius) — quis, wie *alibi* anderswo, *aliunde* anderswoher) aus derselben Mehrzahl ein Andrer, als der Quis, einer aus den übrigen Einern. Statt alius quis kommt aliquis noch vor: Plura multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut laetitia, aut spe, aut timore, aut *aliqua* permotione mentis, quam veritate. C. Or. 2, 42. st. alia qua. Hiernach sind die §. 86, I, 2. angegebenen Bestimmungen zu ergänzen.

Mors quidem si timeretur, non L. Brutus in proelio concidisset, non Decii se hostium telis obiecissent, non uno bello pro patria cadentes Scipiones Hispania vidisset, Paulum et Geminum Cannae, Venusia Marcellum, Latini Albinum, Lucani Gracchum. Num *quis* horum miser hodie? C. Tusc. 1, 37. *M.* Qui utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda civitate princeps esset, *quis* facile, praeter hunc, inveniri potest? *Att.* Puto posse, et quidem *aliquem* de tribus nobis. C. Leg. 3, 7. Tu si es in Epiro, mitte ad nos de tuis *aliquem* tabellarium. C. Att. 5, 18. Vide, ne puerum perditum perdamus, cui si *aliquid* erit, mediocri virtute opus est, et mediocri fortuna, ut cetera consequatur. C. Fam. 14, 1. In magna inopia pro domesticis copiis unusquisque Cocliti *aliquid*, fraudans se ipse victu suo, contulit. L. 2, 10. Quaero, utrum *aliquid* actum superioribus diebus, an nihil arbitremur? — Actum vero et aliquantum quidem. C. Tusc. 5, 6. Si *aliquid* dandum est voluptati, modicis tamen conviviis senectus delectari potest. C. Sen. 13. Pompeius timebat omnia, ne *aliquid* vos timeretis. C. Mil. 24. *ne aliquas* molestias. C. Lael. 13, 48. Harum sententiarum quae vera sit, deus *aliquis* viderit. C. Tusc. 1, 11. Est *aliquis*, qui se inspici, aestimari fastidiat. L. 6, 41. mancher. Omne nomen ex *aliquibus*, non ex omnibus literis scribitur. C. Inv. 2, 5. Hannibal tres Campanos, iussos, cum pluribus et *aliquibus* principum redire ad se, dimisit. L. 22, 13. einigen, cf. L. 26, 49, 6. Plus certe attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille, si modo est *aliquis*, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam, quam illi, qui Ligurum castella expugnarunt. C. Brut. 73. At quis appellat? Magistratus *aliqui?* Nemo. Syracusanorum *aliquis?* Minime. C. Verr. 4, 65. Sensus morienti *aliquis* esse potest, isque ad exiguum tempus, praesertim seni. C. Sen. 20. Metellus mecum absens rediit in gratiam. Quod certe, si est *aliqui* *) sensus in morte praeclarorum virorum, omnibus Metellis gratissimum fecit. C. Sext. 62. Nemo omnino est negligendus, in quo *aliqua* significatio virtutis appareat. C. Off. 1, 15. Proximo bello *si aliquid* de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar, remisisset:

*) einige Empfindung. So: *aliqua* cura. C. Lael. 13, 47. *aliqui* talis terror. C. Tusc. 4, 16, 35. Dagegen: *si quis* est sensus in morte. C. Phil. 9, 6. wenn Todte noch eine Empfindung haben.

et pacem stabilem, et *aliquam* rempublicam nobis habere licuisset. C. Phil. 13, 1. Bonum habet tantum vim, ut solum, sine aliis, in Curione speciem oratoris *alicuius* *) effecerit. C. Brut. 61. Aude *aliquid* brevibus Gyaris et carcere dignum, si vis esse *aliquis* **). Iuvenal. 1, 73. Libentius omnes meas, si modo sunt *aliquae* meae, laudes ad te transfuderim, quam *aliquam* ***) partem exhauserim ex tuis. C. Fam. 9, 14. Si nos ad *aliquam alicuius* commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis. C. Fam. 14, 4. cf. C. Inv. 2, 3, 9. Or. 3, 21, 80. 33, 136. Off. 1, 39, 139. Cat. 4, 10, 20. Qui iure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit; is, mea sententia, aut hic est iam Crassus, aut, si quis pari fuerit ingenio, *paulum* huic *aliquid* †) poterit addere. C. Or. 1, 21. Peripatetici censent, esse in mentibus hominum tanquam oraculum *aliquod*, ex quo futura praesentiant. C. Div. 2, 48.

c. von *quispiam* irgend wer, einer, dessen Existenz als wirklich Statt findend vorausgesetzt, und *quisquam* irgend einer, dessen Existenz nur als bedingt angenommen wird; daher *quisquam* nach Negationen. §. 86, II, 5, d. Heind. ad C. N. D. 3, 4, 11.

Pecuniam si *cuipiam* fortuna ademit, aut si *alicuius* eripuit iniuria: tamen, dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. C. Quint. 13. Si de rebus rusticis agricola *quispiam*, aut de pingendo pictor *aliquis* diserte dixerit, aut scripserit; non idcirco illius artis putanda sit eloquentia. C. Or. 2, 9. Quum *quaepiam* cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant. Caes. 5, 35. Fidem quum proposuisses venalem in provincia, valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit. Concedo. Forsitan aliquis aliquando eiusmodi *quidpiam* fecerit. C. Verr. 2, 32. Aut honoribus aucti, aut si aliud *quidpiam* nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, diis gratias agimus. C. N. D. 3, 36. Veni Athenas, inquit Democritus, neque me *quisquam* ††) ibi agnovit. C. Tusc. 5, 36. An *quisquam* potest sine perturbatione mentis irasci? C. Tusc. 4, 24. cf. C. Mil. 3, 8. Cohortarer vos, mulieres, quo animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognossem, quam *quemquam* virum. C. Fam. 14, 7. cf. C. Or. 2, 28, 122. N. 25, 13. Nihil turpius physico, quam fieri sine causa *quidquam* dicere. C. Fin. 1, 6.

*) Es können Fälle vorkommen, wo auf diesen Unterschied wenig ankommt, und diese Pronomina mit einander verwechselt werden, z. B. dixerit *quis*. C. Off. 3, 19. dicet *aliquis*. C. Tusc. 3, 23. Catull. 67, 37. dixerit *quispiam*. C. N. D. 3, 31. Sen. 3, 8. Ad Herenn. 2, 21, 34. Hic mihi *quisquam* mansuetudinem nominat. Sall. C. 52, 11. nihil subtiliter dici potuit, quo fieri possit *aliquid* limatius; nihil contra grande, quo *quidquam* esset elatius. C. Brut. 9.

---

*) eines Redners von Bedeutung. So: Esse *aliquo* in numero vobis videmur. C. Or. 3, 9, 33.

**) So: sese *aliquem* credens. Pers. 1, 129. Ego quoque *aliquid* sum. C. Fam. 6, 18.

***) einen, wenn auch nur kleinen Theil.

†) nur etwas weniges (von einiger Bedeutung).

††) und Niemand (und nicht einer) hat mich erkannt.

davon *quidam* §. 86, II, 5, b. d. ein gewisser, das ist, einer, dessen charakteristische Merkmale; *ullus* irgend einer, im Gegensatz von nullus, einer, dessen Existenz im Raum und in der Zeit; und im Plurali: *quidam* einige, gewisse, und *nonnulli* (nicht keine, sondern) einige (wenige); obgleich auch hier, wo diese Unterschiede nicht in Anschlag kommen, Verwechselungen Statt finden können *).

Ut saltatori motus non quivis, sed certus *quidam* est datus: sic vita agenda est certo genere *quodam*, non quolibet. C. Fin. 3, 7. Accurrit *quidam*, notus mihi nomine tantum. H. Sat. 1, 9, 3. cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 64, 1. C. Div. 1, 40. Tusc. 1, 48. Est *quaedam* **) ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit. C. Quint. 26. Ideas mirifice Plato erat amplexatus, ut in his *quiddam* ***) divinum esse diceret. C. Acad. 1, 9. Est *quiddam* †), advenientem non esse peregrinum atque hospitem. C. Att. 6, 3. Milvo est *quoddam* bellum naturale cum corvo; ergo alter alterius ova frangit. C. N. D. 2, 49. — X um censes, *ullum* animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? C. Div. 1, 52. Si *ulla* mea apud te commendatio valuit; haec ut valeat, rogo. C. Fam. 13, 40. Chaerea idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne *ullum* ††) pilum viri boni habere dicatur. C. Q. Rosc. 7. Prima causa publica, pro S. Roscio dicta, tantum commendationis habuit, ut non *ulla* esset, quae non digna nostro patrocinio videretur. C. Brut. 90. cf. C. Fin. 3, 15, 50. Colum. 11, 1, 23. Caesar sine *ullo* †††) periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat. Caes. 1, 46. Zeuxis tabulas pinxit, quarum *nonnulla* pars usque ad nostram memoriam remansit. C. Inv. 2, 1. ein nicht unbeträchtlicher Theil.

Multum apud homines barbaros valuit, esse repertos *aliquos* *) principes belli inferendi. Caes. 5, 54. Immanes *quaedam*

---

*) So könnte statt *quaedam* forma, O. Met. 1, 404. auch aliqua stehen. Dagegen muß *aliquam* fallaciam T. Andr. 2, 6, 1. und *quandam* fallaciam ib. 1, 3, 5. Heaut. 3, 3, 35. bleiben.

**) manche Wahrheiten oder gewisse Wahrheiten sind — Nicht aliqua, denn es kommt hier nicht Qualität in Betrachtung.

***) etwas (ein gewisses) Göttliches. Hoc maius est *quiddam*. C. Or. 2, 38.

†) es ist etwas, etwas werth; dagegen sagt Juno von sich: Est *aliquid*, nupsisse Iovi, Iovis esse sororem. O. Fast. 6, 27. es ist etwas Bedeutendes, es will etwas sagen, cf. Iuvenal. 3, 230. O. Her. 11, 11. Met. 13, 241. u. öfter. Est tamen hoc *aliquid*; tametsi non est satis. C. Caecil. 15.

††) cf. §. 83, I, 6.

†††) ohne alle Gefahr; so sine *ulla* exceptione. C. Lael. 17. sine *ullo* metu. C. Fin. 1, 19. etc. Dafür: sine *omni* cura dormias. Plaut. Trin. 3, 1, 20. ohne jede Sorge. Nemo eloquentia, non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine *omni* quidem sapientia, florere unquam et praestare potuit. C. Or. 2, 1. ohne die umfassendste Gelehrsamkeit; er muß von allem Kenntniß haben; sine *omni* periclo. T. Andr. 2, 3, 17. Habendam Fortunae gratiam, quod Italiam sine *aliquo* vulnere cepissent. Caes. C. 3, 73. cf. C. Mil. 1, 2. Tusc. 1, 26, 64.

*) einige, gleichviel ob bedeutende, oder unbedeutende.

bestiae sibi solum natae sunt; formicae, apes, ciconiae aliorum etiam causa *quaedam* *) faciunt. C. Fin. 3, 19. Chrysippus animantium ait alias corpore excellere, alias autem animo, *nonnullas* **) valere utraque re. C. Fin. 4, 11. Flavium Sabinum *quidam* primipilarem, *nonnulli*, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valetudinis tradunt. Suet. Vesp. 1. Nullis piscibus supra quaternas datae sunt pinnae; *quibusdam* binae, *aliquibus* ***) nullae. P. 9, 20.

*) *Quidam* bezeichnet bisweilen etwas Verächtliches, oder etwas, dessen genauere Kenntniß man nicht der Mühe werth achtet; öfter aber mildert es einen Ausdruck, besonders Beiwörter, wenn sie übertrieben scheinen könnten, in welchem Fall es durch gleichsam, gewissermaßen übersetzt werden kann.

Habitant hic *quaedam* mulieres, pauperculae, ut opiner, has non nosse te. T. Ad. 4, 5, 13. Affertur etiam de Sileno fabella *quaedam*. C. Tusc. 1, 48. — Habet *quendam* aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt. C. Verr. 3, 41. Te non fugit, omnium laudatarum artium procreatricem *quandam*, et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari. C. Or. 1, 3. cf. C. Cat. 4, 1, 2. Voluisti in suo genere unumquemque nostrum quasi *quendam* esse Roscium. C. Or. 1, 61. cf. C. N. D. 2, 9, 24. Lael. 13, 48. Philoni totum me tradidi, admirabili *quodam* ad philosophiam studio invitatus. C. Brut. 89. Homo sapiens, atque alta et divina *quadam* mente praeditus multa vidit. C. Mil. 8. In Lucullo incredibilis *quaedam* ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam. C. Acad. 2, 1. Oculorum est *quaedam* magna moderatio. C. Or. 18. cf. C. Or. 1, 5, 16. 1, 19, 85. Mil. 37. pr. Erat spinosa *quaedam* et exilis oratio. C. Or. 1, 18. cf. 2, 10, 40.

e. Eben so finden sich hier und da nach älterem Sprachgebrauch *quisquis*, *quisque* (besonders in Casibus obliquis), und *quicunque* mit einander verwechselt, wo ihre sonst verschiednen Bedeutungen nahe an einander grenzen. cf. §. 86, II, 7.

Bestiae, ut *quidquid* †) obiectum est, quod modo a natura non sit alienum, eo contentae non quaerunt amplius. C. Tusc. 5, 34. Exsules Athenas se contulerant, ut, *quemque* ††) ex

---

*) nicht aliqua, denn hier kommt es nicht auf Beschaffenheit des Gethanen an, sondern auf Angabe desjenigen, was sie thun.

**) die Sache selbst lehrt, daß hier nonnullae wenigere andeutet, als unter aliae — aliae gemeint sind.

***) hier gleichbedeutend mit nonnullis, welches wegen nullae nicht wohl stehen konnte.

†) Hier konnte eben so gut *quidque* stehen: mit jedem, so wie es ihnen vorgeworfen worden, sind sie zufrieden: dafür *quidquid* was auch nur, etwas als Einzelnes nennend, auf dessen genauere Unterscheidung von andern Einzelnen man Verzicht leistet. Und dafür: Ut *quis* ex longinquo venerat, miracula narrabant. Tac. 2, 24. st. ut quisque. So bei Tacitus öfter.

††) st. quemcunque. Im Casu obliquo konnte wohl das, nur Einzelnes vervielfältigende Indefinitum quisque als Relativum gelten; nicht so im Nominativ, wo nur quicunque als solches Statt fin-

proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. N. 16, 2. Non me, *quicunque* *) es, inulto, victor, nec longum laetabere. V. Aen. 10, 739. cf. 11, 848. *Quisquis* honos tumuli, *quidquid* **) solamen humandi est, largior. Ib. 10, 493. Indignor, *quandoque* ***) bonus dormitat Homerus. Hor. A. P. 359.

Not. 6. Wie *quis? qui?* und *quis*, *qui* Indef. als Subjecte ihrer Natur nach nur für die zweite und dritte Person stehen, so auch ihre Composita, von welchen mehrere collective gebraucht werden. §. 92, 2, b.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. V. Aen. 4, 625. *Aperite aliquis* actutum ostium. T. Ad. 4, 4, 26. Tunc procul *absitis*, *quisquis* †) colit arte capillos, effluit effuso cui toga laxa sinu. Tibull. 1, 6, 39.

C. Das Verbum mit seinen Theilen.

160 Die bisher abgehandelten Satztheile werden durch das Verbum verbunden und zusammen gehalten, welches in allen seinen Formen die Kraft der Rection behält, und in dieser Hinsicht ist es als dem Subject angehöriges Prädicat der zweite coordinirte Haupttheil des Satzes, §. 91. Da es aber theils als Prädicat verschiedene Formen annimmt, theils, wenn es die Personalbestimmung aufgibt, der Natur eines Nomens, und dadurch zugleich der Subordination fähig wird, so ist es nöthig, diese Formen einzeln zu betrachten und ihren Gebrauch zu bestimmen.

I. Personalendungen.

161 Das allgemeine Subject Man wird außer den §. 91, III, 2. angeführten Fällen noch ausgedrückt

1. Durch das Passivum, wenn dabei nicht angegeben ist, von wem die Handlung herrührt. §. 56. Not. 1.

Ego, si loquor de re publica, quod oportet, insanus, si, quod opus est, servus *existimor* ††). C. Att. 4, 6. Sordidum

---

den könnte, andeutend, daß qui, als Relativum, auf alle Gegenstände zu beziehen sey, welchen sein Prädicat gelten könnte. Bei eo das vorhergegangene ex verstanden: *ex eo* patriam.

*) st. quisquis.

Patrium est, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quam alieno metu. Hoc qui nequit, *fateatur* nescire imperare liberis. T. Ad. 1, 1, 52. Fetialis, Audi, Iupiter, inquit, *audiat* Fas. Ego sum publicus nuntius populi Romani, verbisque meis fides *sit*. L. 1, 32. Catilinarios hoc moneo: *desinant* furere. C. Cat. 2, 9. Amicus dulcis, ut aequum est, cum mea *compenset* vitiis bona: pluribus hisce, si modo plura mihi bona sunt, *inclinet*. H. Serm. 1, 3, 69. Orator *videat* inprimis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem *adhibeat*; si iocosis, lepōrem. C. Off. 1, 37. Status, incessus, sessio, vultus, oculi, manuum motus *teneant* decōrum. C. Off. 1, 35. Donis impii *ne* placare *audeant* deos. C. Leg. 2, 16. — *Syrus*. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere. — *Dromo*. Quam ob rem? — *Syrus*. Ne quaeras: *efferant* [3]), quae secum huc attulerunt. T. Heaut. 4, 4, 22. Te, Iuno Regina, precor, ut nos victores in nostram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum *accipiat*. L. 5, 21.

b. Den mit Andern gemeinschaftlichen Wunsch bei Aufmunterungen und Fragen drückt der Redende in der ersten Person des Pluralis aus; im Deutschen durch Wollen.

Nunc aegritudinem, si possumus, *depellamus*. C. Tusc. 3,

) Ich möchte nicht dafür stimmen. *) mildernd statt veni.
1) Bekümmere dich nicht um Dinge, die dich nichts angehen.
2) Der Coniunctivus Perfecti wird in der zweiten und dritten Person Sing. und Plur. auch vom Zukünftigen gebraucht und spielt so in das Futurum exactum hinüber, mit welchem er auch die Form gemein hat. 3) Sie sollen das herausbringen.

2). *Imitemur* nostros Brutos, Camillos, Decios; *amemus* patriam, *pareamus* senatui, *consulamus* bonis; id esse optimum *putemus*, quod erit rectissimum. C. Sext. 68. Quoniam omnia commoda nostra legibus obtinemus, a legibus non *recedamus*. C. Cluent. 57. *Meminerimus*, etiam adversus infimos iustitiam esse servandam. C. Off. 1, 13. Unus furiosus gladiator contra patriam gerit bellum. Huic *cedamus?* cum hoc pacem fieri posse *credamus?* C. Phil. 13, 7.

c. Den Willen eines Andern spricht der Redende, wenn er ihn selbst erfüllen soll, in der ersten Person fragend aus; soll ihn der Angeredete oder ein Dritter erfüllen, in der zweiten und dritten Person; in beiden Fällen braucht er im Deutschen Sollen.

*) Dieses Sollen der Willensäußerung ist von dem wirklichen Sollen, welches in den Umständen selbst begründet ist, *debeo* mit dem Infinitivo, und dem unbedingten Müssen, *oportet* und *necesse est* zu unterscheiden. Bei diesen letztern braucht der Redende den Modus potentialis, wenn er verlangt, daß ein Subject sich durch dieses Müssen, durch die Nothwendigkeit bestimmen lasse.

Me penitus nosse *debes*. C. Fam. 2, 16. Philosophiae *servias oportet*, ut tibi contingat vera libertas. S. Ep. 8. cf. §. 133. Not. Hoc arator assequi, certe fructu suo, non potuit: *vendiderit* instrumentum *necesse est*. C. Verr. 3, 87. cf. §. 182. Not. 1.

Quid *enumerem* [4]) artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? C. Off. 2, 4. Quid *faciam? roger*, anne *rogem* [5])? quid deinde rogabo? O. Met. 3, 465. Quid *facerem* [6])? V. Ecl. 1, 40.

In te omnis haeret culpa sola, Sostrăta. Quae hic erant, *curares* [7]). T. Hec. 2, 1, 32. *Miretur* [8]), qui sciat, quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum iniuriarum satietas ceperit. L. 29, 17. Pater Cliniae fortasse aliquanto iniquior erat. *Pateretur*. nam quem *ferret*, si parentem non ferret suum? T. Heaut. 1, 2, 27. Valerius quotidie cantabat; erat enim scenicus. Quid *faceret* aliud? C. Or. 3, 23. Caesar in eam spem venerat, se sine pugna rem conficere posse. Cur fortunam *periclitaretur?* Caes. C. 1, 72. Solent reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri redimiculum *praebeat*, haec in collum, haec in

4) Was soll ich anführen? So drückt sich der Redende im Deutschen aus, wenn zwar alle Bedingungen der Möglichkeit eines Zustandes vorhanden sind, er aber noch ansteht, oder es für unnöthig hält, sich dadurch bestimmen zu lassen, vgl. C. Cat. 4, 8, 16. Görenz ad C. Fin. 5, 22, 63. 5) Soll ich mich fragen lassen, oder selbst fragen? 6) Was sollte ich thun? die Frage des Verlegenen in der Vergangenheit, wodurch er die Willensmeinung eines Andern verlangt. 7) Das solltest du besorgen. Der Redende spricht hier selbst die Forderung der Pflicht und Schuldigkeit an die Angeredete aus. 8) Wer es wissen sollte, der sollte sich wundern. Die Umstände verlangen es, daß er sich wundere.

crines. C. Verr. 3, 33. Egregie, Caesar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. Bona filii pater sine deminutione *possideat*. P. Pan. 38.

2. Als *Modus conditionalis* bezeichnet der Conjunctivus einen Zustand als mögliche Folge anders gedachter Umstände, oder als einen, der in dem Zeitpunkte hätte wirklich werden können, in welchen ein andrer wirklich geworden ist. Er kommt daher nur im Imperfecto und Plusquamperfecto in der Bedeutung: **Etwas würde seyn** oder **gewesen seyn** in Conditionalsätzen vor; außerdem als bedingter Folgesatz, wenn der dazu gehörige Vordersatz im Zusammenhange liegt, auch als Wunsch ausgesprochen. Vgl. §. 164, 7. §. 193.

Ego fateor, in ista ipsa consulatus potestate inesse quiddam mali: sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non *haberemus* 9). C. Leg. 3, 10. Romani iniussu signa referunt, moestique (*crederes* victos) redeunt in castra. L. 2, 43. cf. §. 161, 3. *Diceres* magnum aliquem ducem ad exercitus ire. P. Pan. 20. Duorum bello solum id *scires*, deteriorem fore, qui vicisset. Tac. H. 1, 50. In provincia aequitate et continentia ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi *potuissem*. C. Fam. 15, 4. — *Vellem* †) adesse *posset* Panaetius. C. Tusc. 1, 33. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam *velles*. C. Fam. 7, 3. *Mallem* Cerberum *metueres*, quam ista tam inconsiderate *diceres*. C. Tusc. 1, 6. Quaevis *mallem fuisset* causa, quam ista, quam dicis. C. Or. 2, 4. *Nollem accidisset* tempus, in quo perspicere posses, quanti Pompeium, quanti Brutum facerem. C. Fam. 3, 10. *Cuperem* vultum videre tuum, quum haec *legeres* ††). C. Att. 4, 16. Utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare *potuissem!* C. Phil. 1, 13. Unum mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis dixerit: *restitisses*, mortem pugnans *oppetisses* †††). C. Sext. 20. O vitae philosophia dux! quid vita hominum sine te esse *potuisset?* C. Tusc. 5, 2.

Not. 1. *Ne* steht bei dem Modus optativus nur im verbietenden Sinn; *non* im verneinenden und als Gegensatz des positiven Ausdrucks. §. 173. Not. 1.

O utinam hibernae *duplicentur* tempora brumae — atque ego *non videam* tales subsidere ventos, quum tibi provectas aufe-

9) sine isto malo, i. e. si istud malum non esset. bonum non *haberemus*, würden wir nicht haben. †) scil. si fieri posset, wodurch sich dieser hypothetisch, d. i. unter Voraussetzung andrer Umstände, als die wirklichen sind, ausgesprochene Optativus von dem geradezu ausgesprochenen *velim* unterscheidet, vgl. C. Sen. 2, 5, 6, 19. ††) Ich möchte dein Gesicht sehen, wenn du dieses läsest. Auch künftige Zustände, als Gegenstand des Wunsches oder durch Umstände bedingt gedacht, gehören der Gegenwart an, weil ich mir das wirklich Künftige doch nur jetzt denke. †††) Du hättest widerstehen, den Tod kämpfend suchen sollen; wünschend.

ret unda rates. Propert. 1, 8, 9. Causaque *non desit*, desit tibi copia mortis. O. Ibid. 123. I demens, i, carpe fugam, *non hostica* tela excipias tergo, superos precor, integer, oro. Sil. 10, 62.

Not. 2. Bei den Schwurformeln mit *ita*, *sic* wird dem zweiten Satze, welcher den Gegenstand der Betheurung enthält, auch *ut* vorgesetzt, gewöhnlich mit dem Indicativ; mit dem Conjunctiv, wenn dieser Satz selbst wieder als Wunsch ausgedrückt ist. Im Deutschen wird dieses *ut* übergangen.

Ita vivam, *ut* †) maximos sumtus facio. C. Att. 5, 15. *Ita me dii ament*, *ut* ego nunc non tam meapte causa laetor, quam illius. T. Heaut. 4, 3, 8. *Ita* deos mihi *velim* propitios, *ut*, quum illius temporis mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. C. Caecil. 13. cf. C. Verr. 5, 14, 35. 37. Cat. 4, 6, 11. *Sic* has deus aequoris artes *adiuvet*, *ut* nemo iam dudum litore in isto constitit. O. Met. 8, 866. Tecum esse, *ita* mihi omnia, quae opto, *contingant*, *ut* vehementer *velim*. C. Fam. 5, 21.

Statt des Coniunctivi Praesentis steht auch das Futurum: *Sic* me di *amabunt*, ut me tuarum miseritum est, Menedeme, fortunarum. T. Heaut. 3, 1, 54. *Ita* me *amabit* Iuppiter, neque te derisum veni, neque dignum puto. Plaut. Trin. 2, 4, 46.

C. *Imperativus.*

167 Durch den Modus *imperativus* spricht der Redende die Nothwendigkeit der Realisirung eines Zustandes aus, entweder befehlend, oder mit vorgesetztem *ne* verbietend ††). Dieses geschieht

1. unmittelbar durch die erste oder befehlende Imperativform (Iussivus), wenn er selbst dem Angeredeten etwas befiehlt oder verbietet, es sey im strengern oder mildern Tone.

Adventante dea, Procul o, procul *este* †††), profani, conclamat vates, totoque *absistite* luco. V. Aen. 6, 265. O Iuppiter! *serva*, obsecro, haec nobis bona. T. Eun. 5, 9, 19. Patres conscripti, per maiestatem populi Romani *subvenite* misero; *ite* obviam iniuriae. Sall. I. 14. Magna vis est in virtutibus: eas *excita*, si forte dormiunt. C. Tusc. 3, 17. Iustitiam *cole* et pietatem. C. Somn. 3. Tu ne *viola* Cererem. O. Fast. 4, 931. Nimium ne *crede* colori. V. Ecl. 2, 17. Quae-

---

†) so wahr ich lebe (leben will), ich mache sehr großen Aufwand.

††) Mit dem Imperativ spricht der Redende die Absicht aus, die er jezt hat; die Zeit der Ausführung der Handlung kann hier, wo es bloß auf das Wollen ankommt, nicht in Betrachtung kommen. Daher die vom Präsens entlehnte Form. Für den griechischen Imperativus Aoristi und Perfecti brauchte der Lateiner lieber den Conjunctivus Perfecti.

†††) entfernt euch, Ungeweihte; eine auch beim Opfer gewöhnliche Form.

so, animum ne *desponde*. Plaut. Merc. 5, 4, 29. *Dubitate* *) etiam nunc, iudices, si potestis, a quo sit S. Roscius occisus. C. S. Rosc. 28.

2. mittelbar durch die zweite oder gebietende Imperativform, wenn der Gebietende, unbedingten Gehorsam fordernd, den Willen einer höhern Macht verkündet, entweder selbst als Repräsentant derselben, z. B. als Machthaber, Gesetzgeber, Erblasser; oder als Bevollmächtigter; daher auch Bitten, Rathschläge, Forderungen, gleichsam als Pflichtgebot und ohne zu beleidigen, in dieser Form vorgetragen werden können.

Semelae Deus, Elige, ait: nullam patiere repulsam. Quoque magis credas, Stygii quoque conscia *sunto* numina torrentis. O. Met. 3, 289. (Aeneas) celso medius stans aggere fatur: Ne qua meis *esto* dictis mora; Iuppiter hac stat. Neve quis ob inceptum subitum mihi segnior *ito*. V. Aen. 12, 564. Aeneas sic deinde locutus: — Tres praemia accipient. Primus equum phaleris insignem victor *habeto*. Ib. 5, 308. Ex legatorum sententia foedus in haec verba fere cum Antiocho conscriptum est: Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus *esto*: — *Excedito* urbibus, agris, vicis, castellis cis Taurum montem usque ad Tanaim amnem. L. 38, 38. Divis omnibus pontifices, singulis flamines *sunto*: virginesque Vestales in urbe *custodiunto* ignem foci publici sempiternum. — Impius ne *audeto* placare donis iram deorum. C. Leg. 2, 8. 9. Heres meus uxori meae dare damnas *esto* argenti, quod elegerit, pondo centum. Q. 7, 9, 9.

Fabius pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit: Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, donum *mittitote*, lasciviam a vobis *prohibetote*. L. 23, 11. Pater mihi nunc ait: periculum ex aliis *facito* **), tibi quod ex usu sit. T. Heaut. 2, 1, 9. Hannibal Antiocho: Quum de bello cogitabis, inquit, inter primos amicos Hannibalem *habeto*: si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, *quaerito*. L. 35, 19. Non satis est pulcra esse poemata: dulcia *sunto* ***), et quocunque volunt, animum auditoris *agunto*. H. Art. P. 99. Coele-

---

*) jetzt zweifelt noch! ironisch, denn der eigentliche Sinn ist: unter solchen Umständen könnt ihr nicht länger zweifeln, vgl. C. Verr. 2, 44, 109. 3, 38, 86. Aehnlich ist: Exspectate. Ib. 3, 55. pr. negate. C. Cluent. 24, 65. imitamini. Liv. 8, 21, 6.

**) du mußt dir an Andern ein Beispiel nehmen. Hier nicht als Befehl, sondern als Pflicht einschärfend.

***) sie müssen angenehm seyn. Die Sache selbst macht dieses zum Pflichtgebot.

stia semper *spectato*, illa humana *contemnito*. C. Somn. 6. Ut huius oculos in oculis habeas tuis; quoquo hic spectabit, eo tu *spectato* simul: si quo hic gradietur, pariter *progrediminor*. Plaut. Pseud. 3, 2, 68. cf. Mil. 4, 6, 1. Tantum *habeto* *), civem egregium esse Pompeium, et ad omnia, quae providenda sunt in republica, et animo et consilio paratum. C. Fam. 2, 8.

Ubi nos laverimus, si voles, *lavato*. T. Eun. 3, 5, 48. Cum valetudinis rationem habueris, *habeto* etiam navigationis. C. Fam. 16, 6. Haec si vobis, hominibus eruditis, non probabuntur, vestram iniquitatem *accusatote*, qui ex me ea quaesieritis, quae ego nescirem; meam facilitatem *laudatote*, quum vobis non gravate respondero. C. Or. 1, 48. Vince, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: tum auctoritatem censorum *amplexato*. C. Cluent. 44. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, quod non Capitonis scelus atque perfidia violarit; virum optimum esse eum *iudicatote*. C. S. Rosc. 38. Ad Rubiconem flumen Caesar, Eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea *esto* **). Suet. Caes. 32.

Not. 1. Die erste Imperativform wird durch *cura ut*, *fac*, *fac ut* mit dem Conjunctiv umschrieben, wenn man etwas dringend empfehlen, und durch *velim*, *velim ut* mit dem Conjunctiv, wenn man einen Befehl milder, mehr als Wunsch ausdrücken will. So auch negativ: *fac ne*, *cave*, *nolim* mit dem Conjunctiv, und *noli* mit dem Infinitiv.

Cura, *ut* valeas. C. Fam. 7, 5. *Cura*, *ut* quam primum venias. Ib. 4, 10. Si quod constitutum cum podagra habes, *fac ut* in alium diem differas. Ib. 7, 4. Magnum *fac* animum habeas et spem bonam. C. Q. Fr. 1, 2, 5. Tu vide quid suscipias, neque quam diu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, *fac* cogites. C. Fam. 11, 3. Me tibi amicissimum et fuisse semper existimes *velim* et futurum esse confidas. Ib. 5, 16. cf. §. 165, 2, a.

Fac, *ne* quid aliud cures, nisi ut quam commodissime convalescas. C. Fam. 16, 11. *Cave*, si me amas, existimes, me, quod iocosius scribam, abiecisse curam reipublicae. Ib. 9, 24. *Cave* facias. C. Att. 13, 33. Hoc *nolim* me iocari putes. C. Fam. 9, 15. *Noli* te oblivisci Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueris praecipere et dare consilium. Ib. 4, 5. *Nolite* ad vestras leges atque instituta exigere ea, quae Lacedaemone fiunt. L. 34, 31. *Nolite* id velle, quod fieri non potest. C. Phil. 7, 9. cf. C. Mur. 22, 50.

Außerdem umschreiben die Dichter den Imperativus mit *memento*, *facias velim*, *ne parce*, und den negativen durch *mitte*, *omitte*, *absiste*, *parce*, *veta*, *fuge* mit folgendem Infinitiv.

---

*) so viel mußt du wissen.
**) der Wurf sey gewagt!

Vos timere *absistite*. Phaedr. 3, 2, 18. Vatis amorem corde exire *veta*. Stat. Silv. 4, 4, 102. *Fuge* tangere manes. Stat. Theb. 9, 139.

Not. 2. Mildernd wird ferner statt des Imperativus das Futurum simplex gebraucht, wenn man das Zutrauen zu erkennen geben will, das Gewünschte werde erfüllt werden, §. 164, 4. und als Wunsch das Praesens und Perfectum Coniunctivi, §. 166, 2. Not. 1, a. §. 164, 3, a.

Tu non *cessabis*, et ea, quae habes instituta, *perpolies*, nosque *diliges*. C. Fam. 6, 12. Si quid acciderit novi, *facies*, ut sciam. Ib. 14, 8. Si quam opinionem veritas extorquebit, ne *repugnetis*, eamque animis vestris *remittatis*. C. Cluent. 2. Me posthac ne *commendaveris* Caesari tuo. C. ad Brut. 16. Ne tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, *dederis*. L. 7, 34.

IV. Infinitivus.

168 Der Infinitivus als reiner Zustandsbegriff ohne weitere Beziehung *), aber fähig, die nämlichen Bestimmungen durch Casus und Adverbia, wie sein Verbum, anzunehmen, kommt jedesmal in Verbindung mit einem Verbo finito, mit welchem er nur Einen Satz ausmacht, entweder wie ein Nominativus, oder wie ein Accusativus vor. In beiden Fällen wird ihm das Nomen, an dessen Begriff sich der genannte Zustand offenbart, als Object des Prädicats im Accusativo beigefügt (Accusativus Subiecti) vgl. §. 132, 4. 5.; dann aber umschreibt ihn der Deutsche durch einen besondern Satz mit daß.

1. Der Infinitivus steht, statt eines Substantivi neutrius generis, als *Nominativus* bei intransitiven Prädicaten; als *Accusativus* bei transitiven und Hülfsverbis, als: volo, possum, queo, debeo, soleo, coepi, pergo, desino, cogo, etc. **) selten bei einer Präposition.

---

*) Significat infinitum ipsam rem, quam continet verbum. Prisc. XVIII, 4, 43. Der Infinitivus bezeichnet also das bloße Seyn eines Zustandes und kann daher nur stehen, wenn man von einem bestimmten Seyn etwas behauptet.

**) Infinitivus coniungitur frequentius *voluntativis verbis*, quae Graeci προαιρετικὰ vocant, ut volo legere, cupio discere, desidero videre. Prisc. XVIII, 4, 40. Nec omne ἀπαρέμφατον (i. e. Infinitivus) cuicunque verbo iunctum sensum exprimit, sed illis tantum, quae nullam rem per se dicta significant, quae ab illis προαιρετικὰ, ab his *arbitraria* non absurde vocari possunt; quia per ipsa significatur, dispositionem seu amorem vel arbitrium subesse nobis rei adhuc incertae, sed per adiunctionem verbi alterius exprimendae. Nam *lego* cum *sedere* iunctum, aut *scribo* cum *caedere*, nullam efficit sensus perfectionem; quia et *lego* rem significat et *sedere*, et *scribo* similiter et *caedere*. Si vero dixero *volo* aut *opto*, aut *soleo*,

a. *Invidere* *) non cadit in sapientem. C. Tusc. 3, 10. Me, cum huc veni, hoc ipsum nihil *agere* et plane *cessare* delectat. C. Or. 2, 6. Docto homini et erudito *vivere* est *cogitare*. C. Tusc. 5, 38. Bene *sentire* recteque *facere* satis est ad bene beateque vivendum. C. Fam. 6, 1. Ingenuas *didicisse* fideliter artes, emollit mores, nec sinit esse feros. O. Pont. 2, 9, 48. Dulce et decorum est, pro patria *mori*. H. Carm. 3, 2, 13. Ipsum quidem illud quam sit bellum, *cavere* malum, scire possumus. C. Or. 1, 58. Libet semper *discere*. C. Or. 3, 23. Clientibus nefas more Gallorum est, etiam in extrema fortuna *deserere* patronos. Caes. 7, 40. Illud *videre* est, in animis hominum regale si imperium sit, unius fore dominatum, consilii scilicet. C. Rep. 1, 38. Est *videre* †) apud Germanos argentea vasa non in alia vilitate, quam quae humo finguntur. Tac. G. 5. Nulli necesse est, felicitatem cursu *sequi*; est aliquid, etiamsi non *repugnare*, *subsistere* et *instare* fortunae ferenti. S. Ep. 22. Erranti viam non *monstrare* ††), hoc Atheniis exsecrationibus publicis sanctum est. C. Off. 3, 13. Nobis stet illud, una *vivere* in studiis nostris. C. Fam. 9, 2. Nihil est aliud, bene et beate *vivere*, nisi honeste et recte *vivere*. C. Par. 1, 4. Quid est aliud, gigantum more *bellare* cum diis, nisi naturae *repugnare?* C. Sen. 2. Quid est aliud, *tollere* e vita vitae societatem, quam *tollere* amicorum colloquia absentium? C. Phil. 2, 4. Antonius nihil Mucianum veritus est; quod exitiosius erat, quam Vespasianum *sprevisse*. Tac. H. 3, 49. Apud Persas summa laus est fortiter *venari*. N. 7, 11. Est operae pretium, diligentiam maiorum *recordari*. C. Agr. 2, 27. Romanis mos erat, in adversis vultum secundae fortunae *gerere*, *moderari* animos in secundis. L. 42, 62. Nimirum haec est illa praestans et divina sapientia, nihil *admirari*, quum acciderit. C. Tusc. 5, 14. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum *parare*, bellum *gerere*. Sall. C. 29. Quae virtus et quanta, boni, sit *vi-*

---

aut *incipio* et similia, nullam rem ex huiusmodi verbi pronuntiatione significo. Et haec sunt vel talia, quae bene a paremphatico implicantur, ut ex uno arbitrium, ex altero res notetur: *volo currere*, *opto invenire*, *dispono proficisci*, *soleo scribere*. Macrob. de differ. et societate graeci latinique verbi. p. 741. edit. Zeun.

*) Beneiden findet bei den Weisen nicht Statt.

†) man kann sehen, wie ἔστι, ἔξεστι, cf. T. Ad. 5, 1, 42. H. Ep. 1, 1, 32. Stat. Silv. 3, 1, 15. Cort. ad Sall. I. 110, 3. Garat. ad C. Sext. 12. p. 54.

††) Umschreibung und Erklärung des folgenden hoc.

vere parvo, discite. H. Serm. 2, 2, 1. Caesa ficus statim stagnis mergitur: hoc est eius *siccari* *). P. 13, 7.

b. Perverse *dicere* homines perverse dicendo facillime *consequuntur*. C. Or. 1, 33. Isti, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non *desideres* planius *dici*. Ib. 3, 13. *Ferre* laborem consuetudo *docet*. C. Tusc. 2, 16. Epaminondas *cantare* ad chordarum sonum *doctus est* a Dionysio. N. 15, 2. A Graecis Galli urbes moenibus *cingere didicerunt*. I. 43, 4. *Vincere scis*, Hannibal, victoria *uti nescis*. L. 22, 51. Stoici omnino *irasci nesciunt*. C. Or. 3, 18. Omnes trahimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua *excellere* pulcrum *putamus*; *labi* autem, *errare*, *nescire*, *decipi* et malum et turpe *ducimus*. C. Off. 1, 6. *Mori* nemo sapiens miserum *dixerit*. C. Fam. 6, 3. Habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem, neque illud *fugerim dicere* **), ut Caelius, Qua tempestate Poenus in Italiam venit. C. Or. 3, 38. *Oderunt peccare* boni virtutis amore. H. Ep. 1, 16, 52. Multum interest *inter dare* et *accipere*. S. Benef. 5, 10. Quod crimen dicis, *praeter amasse*, meum? O. Her. 7, 164.

Solent diu *cogitare* omnes, qui magna negotia *volunt agere*. ad Her. 4, 11. Ars demonstrat, ubi sit illud, quod *studeas invenire*. C. Or. 2, 35. Sallustius *statuit* res gestas populi Romani *perscribere*. Sall. C. 4. Nemo alteri *concedere in animum inducebat* ***). L. 1, 17. Pelopidas non *dubitavit*, simul ac conspexit hostem, *confligere*. N. 16, 5. Ex solduriis nemo repertus est, qui, eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset, *mori recusaret* †). Caes. 3, 22. Suos quisque *debet tueri*. C. ad Capit. in C. Att. 16, 16. Amicos neque armis *cogere*, neque auro *parare queas*; officio et fide pariuntur. Sall. I. 10. *Intueri* solem adversum *nequimus*. C. Somn. 5. Gallinas *saginare* Deliaci *coepere*. P. 10, 50. Tum bella *gerere* Romani duces *incipiunt*, quum auspicia posuerunt. C. N. D. 2, 3. Caesar *maturat* ab urbe *proficisci*. Caes. 1, 7. Scipiones Iberum transgrediuntur, nec ullo viso hoste Saguntum *pergunt ire*. L. 22, 22. Lacedaemonii omnia ad oracula *re-*

---

*) das ist ihr eigen (§. 102, 3.), daß sie (im Wasser) trocken wird.

**) So: turpiter *facere* cum periculo *fugiamus*. C. Att. 10, 8. cf. C. Mur. 5, 11.

***) In animum inducere kommt nur mit dem Inf. oder Acc. c. Inf. vor, cf. Drak. ad L. 1, 17, 4.

†) So auch bei Spätern öfter. Statt mori haben jedoch einige gute Handschriften *mortem*.

ferre consueverant. N. 6, 7. Luna plena aestus maximos in oceano *efficere consuevit*. Caes. 4, 29. Venae et arteriae *micare* non *desinunt*. C. N. D. 2, 9. Pompeium et *hortari* et *orare*, et *monere*, ut magnam infamiam fugiat, non *desistimus*. C. Fam. 1, 1. Rex Cononi *permisit*, quem vellet, *eligere* ad dispensandam pecuniam. N. 9, 4. *Cupio* te consulem *videre*. C. Fam. 15, 13. fin. Caesar C. Silio *ire* †) in Cattos *imperat*. Tac. 2, 25. Reipublicae dignitas, quae me ad sese rapit, haec minora *relinquere hortatur*. C. Sext. 3. Miltiades insulas, quae barbaros adiuverant, plerasque ad officium *redire coegit*. N. 1, 7. Peccant, qui peregrinos urbibus *uti prohibent*, eosque exterminant. C. Off. 3, 11. Belgae Teutonos Cimbrosque intra fines suos *ingredi prohibuerunt*. Caes. 2, 4. Quid est, quod me *impediat*, ea, quae mihi probabilia videantur, *sequi?* C. Off. 2, 2.

2. Als *Nominativus* steht der *Accusativus cum Infinitivo* wie ein Satz, von welchem Etwas behauptet wird, gewöhnlich bei impersonellen Prädicaten auf die Frage: Was? Was ist das? z. B. Was ist recht, Sitte? Vergl. §. 102, 3. §. 113. Not. 1. §. 114, 3. §. 133.

Necesse est *legem haberi* ††) in rebus optimis. C. Leg. 2, 5. Si spes est exspectatio boni, mali *exspectationem esse* necesse est *metum*. C. Tusc. 4, 37. Naves Antiatium incensae sunt, rostrisque earum *suggestum* in foro *exstructum adornari placuit* †††). L. 8, 14. In collegio augurum non modo *amicitiam violari* apud maiores fas non erat, sed ne *cooptari* quidem *sacerdotem* licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. C. Fam. 3, 10. Omnibus bonis expedit *salvam esse rempublicam*. C. Phil. 13, 8. Tres convenit res *habere narrationem* *), ut brevis, ut dilucida, ut verisimilis sit. ad Herenn. 1, 9. Alexandrum, Epiri *regem*, in Italiam classem *adpulisse* constat. L. 8, 3. Non est rectum, minori *parere maiorem*. C. Univ. 6. *Metiri se quemque* suo modulo ac pede verum est **). H. Ep. 1, 7, 98. Par est *omnes* omnia *experiri*, qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt. C. Or. 1.

---

†) als unbedingter Befehl ausgedrückt.

††) man muß das Gesetz unter die besten Güter rechnen. Der Deutsche braucht statt des lateinischen Inf. Passivi gewöhnlich den Inf. Activi, wie unten vinciri civem, einen Bürger zu fesseln ist Schandthat.

†††) man beschloß zu schmücken.

*) So gewöhnlich bei convenit; cf. C. Inv. 1, 17, 23. 36, 65. 38, 69.

**) es ist billig und recht, daß jeder. cf. C. Fam. 2, 17, 5. Quint. 15, 48. Drak. ad L. 2, 48, 2.

Omnibus *vestram misericordiam* aequum est *patere*. L. 7, 30. Verisimile est, cum optimus quisque maxime posteritati serviat, *esse aliquid*, cuius is post mortem sensum sit habiturus. C. Tusc. 1, 15. Vetus est, multo facilius *divitem*, quam *patrem* familias *fieri posse*. C. Quint. 17. Aliud est *iracundum esse*, aliud *iratum*. C. Tusc. 4, 12. Facinus est, *vinciri civem Romanum; scelus, verberari;* prope parricidium, *necari*. C. Verr. 5, 66. Signo sublato ex praetoria nave, *dispersam classem* in unum *colligi* mos erat. L. 37, 24. Tempus est, *nos* de illa perpetua iam, non de hac exigua vita *cogitare*. C. Att. 10, 8. Quae haec est arrogantia, *eos*, qui mihi amicum eripuerunt, efficere *conari*, ne, quos velim, diligam? C. Fam. 11, 28. *Contentum* suis rebus *esse*, maximae sunt certissimaeque divitiae. C. Par. 6, 3.

3. Als *Accusativus* steht der *Infinitivus* mit einem Subjectsaccusativ

a. als Gegenstand einer Willensäußerung bei den Verbis *Voluntatis* wollen, begehren, beschließen, gestatten, befehlen, zwingen, verbieten, abhalten, auf die Frage: Wen oder Was?

Pontifices propter sacrificiorum multitudinem *tres viros epulones esse voluerunt*. C. Or. 3, 19. Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, *corpora* iuvenum *firmari labore voluerunt*. C. Tusc. 2, 15. *Malo* non *intelligi orationem meam*, quam *reprehendi*. C. Or. 2, 6. Utrum corporis, an tibi *malles vires* ingenii *dari?* C. Sen. 10. Tibi favemus, *te* tua *frui* virtute *cupimus*. C. Brut. 97. Pompeius totum se a Caesaris amicitia averterat, *rem*que ad arma *deduci studebat*. Caes. C. 1, 4. Tantum quisque *se* in republica *posse postulat*, quantum habet virium. C. ad Brut. 10. *Postulabimus* nobis *illud*, quod dubium sit, *concedi*. C. Inv. 1, 32. *Iubet nos* Pythius Apollo *noscere* nosmet ipsos. C. Fin. 5, 16. In lautumias Syracusanas, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae *deduci imperantur*. C. Verr. 5, 27. cf. N. 23, 10, 4. Pro Serapionis libro tibi *praesentem pecuniam solvi imperavi*. C. Att. 2, 4. Alcibiades *Athenas victas* Lacedaemoniis *servire* non poterat *pati*. N. 7, 9. Agesilaus neque *pictam*, neque *fictam imaginem suam passus est esse*. C. Fam. 5, 12. cf. C. Mil. 37. extr. Germani *vinum* ad se omnino *importari* non *sinunt*. Caes. 4, 2. Domitianus *statuas* sibi in Capitolio nonnisi *aureas* et *argenteas poni permisit*. Suet. Dom. 13. Mos est hominum, ut *nolint eundem* pluribus rebus *excellere*. C. Brut. 21. Aristoteles *versum* in oratione *vetat esse*, numerum iubet. C. Or. 51.

b. als Gegenstand einer Wahrnehmung oder Empfindung bei den Verbis *Sensuum* et *Affectuum*, als: sehen, hören, fühlen, empfinden, verstehen, denken, wissen, glauben, hoffen und ähnlichen Redensarten; und bei sich freuen, sich betrüben, sich wundern, sich schämen, sich ängstigen.

Volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa *fingere* et *construere* nidos. C. Or. 2, 6. *Pompeios*, celebrem Campaniae urbem, *desedisse* terrae motu *audivimus*. S. N. Q. 6, 1. *Habeo auctores*, vulgo olim *Romanos pueros*, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis *erudiri solitos*. L. 9, 37. *Sentimus calere ignem*, *nivem esse albam*, *dulce mel*. C. Fin. 1, 9. *Platonem* Tarentum *venisse* L. Camillo, Appio Claudio consulibus, *reperio*. C. Sen. 12. Suscipe paulisper meas partes, et *eum te esse finge* *), qui sum ego. C. Fam. 3, 12. *Fac animos* non *remanere* post mortem; *vides*, *nos*, si ita sit, *privari* spe beatioris vitae. C. Tusc. 1, 33. An *nesciebam* vitae *brevem esse cursum*, gloriae *sempiternum?* C. Sext. 21. *Conscius* mihi *eram*, *nihil* a me *commissum esse*, quod boni cuiusquam offenderet animum. C. Fam. 11, 28. Galli *Mercurium* ad mercaturas *habere* vim maximam *arbitrantur*. Caes. 6, 17. Ego *illum periisse duco*, cui periit pudor. Plaut. Bacch. 3, 3, 81. *Spero nostram amicitiam* non *egere* testibus. C. Fam. 2, 2. Plerique amicos eos potissimum diligunt, ex quibus *sperant se* maximum fructum *esse capturos* **). C. Lael. 21. cf. Liv. 2, 12, 1.

Gaudeo id *te* mihi *suadere*, quod ego mea sponte feceram. C. Att. 15, 27. Egone *me audivisse* aliquid et *didicisse* non *gaudeam?* C. Par. 6, 1. De urbanis quidem rebus equidem *doleo*, non *me* tuis literis *certiorem fieri*. C. Att. 6, 3. Ma-

---

*) denke dir, stelle dir vor, du wärest der nämliche. Dafür: *Fac*, qui ego sum, *esse te*. C. Fam. 7, 23. gesetzt.

**) Hat der Infinitivus mit dem Hauptverbo einerlei Subject, so muß auch dieses jedesmal durch ein Personalpronomen wiederholt werden. Der Deutsche aber, der hier meist ebenfalls den Infinitivus brauchen kann, läßt dieses weg; z. B. ich glaube zu sehen, ich hoffe genug gethan zu haben. Nur dann fällt *se* weg, wenn es zweideutig werden würde, z. B. Magnitudine poenae reliquos *deterrere sperans*. Caes. C. 3, 8. wie: qui polliceantur obsides *daturos*. Caes. 4, 21. 6, 9. extr. wo *se* heißen könnte, sich wollten sie zu Geißeln geben; vgl. unten Not. 10. Bei *sperare* bezeichnet der Inf. Praes. Etwas, das so eben geschehen soll, cf. Caes. 2, 30. extr. oder doch Zuversicht, das Gewünschte erfüllt zu sehen, wie: Haec ad te in praesenti scripsi, ut *speres*, te *assequi* id, quod optasses. C. Fam. 2, 10. Quum *in spem venero*, de compositione aliquid me *conficere*, statim vos certiores faciam. Caesar in C. Att. 9, 13.

cedones *Eumenem* sibi aliquando *anteponi indigne ferebant.* N. 18, 1. Minime *miramur, te* tuis praeclaris operibus *laetari.* C. Fam. 1, 7. *Erubescunt* pudici etiam impudica *loqui.* C. Leg. 1, 19. Equidem *angor animo*, non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis *egere rem publicam.* C. Brut. 2.

c. als Gegenstand der Darstellung bei den Verbis *declarandi* und Redensarten, die eine Anzeige, Nachricht oder Behauptung ausdrücken, daß Etwas sey, gewesen sey oder seyn werde, als sagen, schreiben, berichten, vorgeben, bekennen, läugnen, versprechen, beweisen, überzeugen u. s. w. Daher auch nach facere lassen, darstellen, und efficere beweisen.

Allobröges Caesari *demonstrant*, sibi praeter agri solum *nihil esse* reliqui. Caes. 1, 11. *Orpheum poetam docet* Aristoteles nunquam fuisse. C. N. D. 1, 38. Thales Milesius *aquam dixit esse initium* rerum. Ib. 1, 10. *Habitari ait* Xenophanes in luna, *eamque esse terram* multarum urbium et montium. C. Acad. 2, 39. Dianae Ephesiae *fanum* communiter a civitatibus Asiae *factum* *) *fama ferebat.* L. 1, 45. Herodotus *scribit* Croesi *filium*, cum esset infans, *locutum.* C. Div. 1, 53. Solon, quo et tutior vita eius esset, et plus aliquando reipublicae prodesset, *furere se simulavit.* C. Off. 1, 30. *Confiteor*, fieri *nihil posse* dementius, quam scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus. C. Rab. P. 9. Britanni ad Caesarem legatos miserunt: obsides *daturos*, quaeque imperasset, *esse facturos polliciti sunt.* Caes. 3, 27. *Magnum esse solem*, philosophus *probabit;* quantus sit, mathematicus. S. Ep. 88. *Isocratem* Plato admirabiliter in Phaedro *laudari fecit* a Socrate. C. Opt. Gen. 6, 17. Actio *tales oratores videri* facit, quales ipsi se videri volunt. C. Brut. 38. cf. C. N. D. 1, 8, 19. Dicaearchus vult *efficere*, *animos esse mortales.* C. Tusc. 1, 31.

4. Als Apposition steht endlich der Infinitivus mit und ohne Subjectsaccusativ theils bei Substantivis, §. 96, 4, e; theils bei Pronominibus demonstrativis und Adiectivis.

Revertor ad *illud*, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno, scelere consulum, *rem publicam esse confectam.* C. Sext. 24. pr. *Illud* soleo mirari, non *me* toties *accipere* tuas literas, quoties a Quinto mihi fratre afferantur. C. Fam. 7, 7. Sequitur *illud*, quod a Milonis inimicis saepissime dicitur, caedem, in qua P. Clodius occisus est,

---

*) sc. *esse*, welches bei den Participiis gewöhnlich wegbleibt, wofern das seyn nicht angegeben werden muß.

senatum iudicasse, contra rem publicam esse factam. C. Mil. 5. Siculi *hoc* statuerunt, aut Verris iniurias per vos *ulcisci* et persequi, aut urbes ac sedes suas relinquere. C. Verr. 2, 3. *Id* iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem *quaerere*. C. Leg. 1, 18. extr. Ad *id*, quod instituisti, oratorum genera *distinguere* aetatibus, istam diligentiam esse accommodatam puto. C. Brut. 19. *Haec* benignitas etiam rei publicae est utilis, *redimi* e servitute *captos*, *locupletari tenuiores*. C. Off. 2, 18. *Nihil* me magis sollicitabat, quam in his molestiis non *me*, si qua ridenda essent, *ridere* tecum. C. Fam. 2, 12. Nos *utrumque* facere debemus, et *imitari* alios, et aliter ut faciamus, experientia *tentare* quaedam. Varr. R. R. 1, 18, 8. In cognitione et scientia *excellere*, *pulcrum* putamus. C. Off. 1, 6. Quid est *tam admirabile*, quam ex infinita multitudine hominum *exsistere unum*, qui id, quod omnibus natura sit datum, vel solus, vel cum paucis facere possit? C. Or. 1, 8.

Not. 1. Neben Substantivis steht der Infinitivus jedesmal als wesentlicher Theil des Satzes, als Subject oder als Object einer Behauptung; das Gerundium hingegen ist als bestimmender Genitiv nur von seinem Nomen abhängig und durch dasselbe bedingt. Statt des Gerundii kommt der Infinitivus nach griechischem Gebrauch in Prosa selten, häufiger aber bei Dichtern vor.

Erat *ars* difficilis, recte rem publicam *regere*. C. Att. 7, 25. Iam *tempus* est ad id, quod instituimus, *accedere*. C. Top. 1. *Tempus* est maiora *conari* *). L. 6, 18. Agesilao *tempus* **) erat visum, copias *extrahere* ex hibernaculis. N. 17, 3. Ad Veios quum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset, *consilium* erat ***) hiemando *continuare* bellum. L. 5, 2. Tibi, Aquilli, erat confitendum, te *consilium* cepisse †), hominis propinqui fortunas funditus *evertere*. C. Quint. 6. Ironiam alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit *ratio persequi* ††). C. Acad. 2, 23. Cato negat *ius* esse †††), qui miles non sit, cum hoste *pugnare*. C. Off. 1, 11. Postumio, alteri consulum, *negotium* *) dabatur, *videre*, ne

---

*) Eine Aufforderung, wie Ad Herenn. 3, 8. extr. Liv. 21, 43, 9. dagegen: Tempus est *cedendi* et *abeundi*. Gell. 2, 29. sub fin. die Zeit zum Weggehen ist da.

**) i. e. tempus opportunum, tempestivum est. cf. Sall. I. 89, 3. Colum. 11, 2, 27. 40. 56. 79.

***) sc. imperatoribus, i. e. imperatores statuerant.

†) i. e. statuisse, cf. Caes. 7, 26. 71. Garat. ad C. Quint. 26. extr. *iniit consilia — tollere*. N. 6, 3.

††) *persequi* als Subjectsnominativ: In der Ironie eines Andern zumal in einem fort zu sprechen, dazu war kein Grund da, wie C. Verr. A. 1, 9, 24. *materia facilis — dicere*. C. Phil. 2, 17, 42.

†††) i. e. licere. cf. Liv. 32, 22.

*) als Apposition: Es wurde ihm als Geschäft aufgetragen,

quid respublica detrimenti caperet. L. 3, 4. Fuerat *animus* *) Cheruscis, *iuvare* Cattos. Tac. 1, 56. Vetus Neroni *cura* erat, curriculo quadrigarum *insistere*, nec minus *studium*, cithara ludicrum in modum *canere* **), quum coenaret. Ib. 14, 14.

Lygdamus hic situs est; dolor et cura Neaerae, coniugis ereptae, *causa perire* ***) fuit. Tibull. 3, 2. extr. cf. Iani Art. Poet. p. 136. sqq.

Not. 2. Gewöhnlich ist der Infinitivus noch bei *habere*, *dare*, *ministrare*, und bei *paratus*, *insuetus*, *contentus*; bei andern Adjectivis hingegen, wie dignus, utilis, mehr griechisch und nur bei Dichtern und Spätern gebräuchlich.

De re publica nihil *habeo* ad te *scribere*. C. Att. 2, 22. His de rebus non necesse *habeo dicere* ea, quae me P. Quintius cupit commemorare. C. Quint. 3. Tantum *habeo polliceri*, me tibi cumulate satisfacturum. C. Fam. 1, 5. Homerus Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi *bibere ministraret*. C. Tusc. 1, 26. Gallinis meridie *bibere dato*. Cato R. R. 89. Legati Celtiberorum nihil prius petierunt a praetore, quam ut *bibere* sibi iuberet *dari*. L. 40, 47. Is est maxime docilis, qui attentissime est *paratus audire*. C. Inv. 1, 16. cf. 1, 17, 25. Praedixerat his Datames, cum quibus iter faciebat, ut *parati* essent *facere* †), quod ipsum vidissent. N. 14, 9. Moesta civitas fuit, *vinci insueta*. L. 4, 31. Consules senatusque, ut Caesar tantummodo *contentus* cum una legione titulum *retinere* provinciae, privatus in urbem veniret, decrevere. Vellei. 2, 49. Agricola fuit *peritus obsequi*, *eruditus*que utilia honestis *miscere* ††). Tac. Agr. 8. Uterque princeps optimus erat, *dignus*que alter *eligi*, alter *eligere* †††). P. Pan. 7. Tibia simplex *aspirare* et *adesse* choris erat *utilis*. Hor. A. P. 204. cf. Iani Art. Poet. p. 140. sqq.

Not. 3. Die fehlenden Tempora von *coepi* anfangen, intransitiv, werden durch *incipio* Etwas anfangen, den Anfang mit Etwas machen, transitiv (selten intransitiv), ersetzt. Bei dem Infinitivo Praesentis Passivi hat *coeptus sum* passive Bedeutung, *coepi* intransitive. Eben so wird *desino* aufhören, gebraucht.

a. *Incipio queri*, me nihil habiturum. C. Verr. 4, 14. *Incipit* res melius *ire*, quam putaram. C. Att. 14, 15. Literas tuas iam *exspectare incipiebam*. C. Fam. 4, 10. Ipse *metuere incipies*, ne innocenti periculum facesseris. C. Caecil. 14. cf. ad Herenn. 1, 9, 14. Vibullius necessarium esse existimavit, de

---

dahin zu sehen — wie *molestiam* — reddere. C. N. D. 3, 24, 63.

*) i. e. voluerant Cherusci.

**) Fahren war dem Nero von jeher ein Gegenstand sorgfältiger Uebung; Singen eine eben so wichtige Lieblingsbeschäftigung.

***) st. pereundi.

†) So: paratum sese *decertare*. Caes. 1, 44. cf. 2, 3. 5, 1. C. 3, 85. extr. aber auch: paratiores *ad pericula subeunda*. Caes. 1, 5. cf. 2, 21. 8, 15. 18. C. 1, 81. und: sic animo parati, *ut* haesitantes premerent ex loco superiore. Caes. 7, 19. Andre Stellen hat noch Held angeführt zu Caes. C. 1, 7. extr.

††) st. obsequendi, ad miscendum.

†††) gewöhnlicher qui eligeretur, qui eligeret.

repentino adventu Caesaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id consilium capere posset, antequam de mandatis *agi inciperet*. Caes. C. 3, 11. *Incipite* deinde *mirari*, cur pauci iam vestram suscipiant causam. L. 4, 49. — Quum manifesta res esset, *quaerere incepimus* de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius? C. Verr. 2, 76. A narratione quum *inceperimus*, ad principii sententiam revertamur licebit. Ad Herenn. 3, 10. *Incipere oppugnationem* arduum erat et anceps. Tac. H. 3, 26.

b. Diebus decem, quibus materia *coepta erat comportari*, ponte effecto, exercitus transducitur. Caes. 4, 18. Athenis primum monumentis et literis oratio *est coepta mandari*. C. Brut. 7. Porta intus forisque pariter *refringi coepta*. L. 26, 46. Piso quum satis floruisset adolescens, minor *haberi est coeptus* postea. C. Brut. 67. Armis *disceptari coeptum est* de iure publico. C. Fam. 4, 4. *Aedificari coeptum est* in quadam parte urbis. C. Or. 1, 39. Comitia nostra *haberi coepta sunt*. C. Verr. A. 1, 9. cf. Drak. ad L. 2, 1, 4. Transitiones crebrae ab Numidis *coeptae fieri*. L. 24, 48. cf. L. 27, 42, 5. — Veteres orationes a plerisque *legi sunt desitae*. C. Brut. 32. L. Papirius Crassus primum Papisius *est vocari desitus*. C. Fam. 9, 21.

c. Pristinis orbati muneribus, haec studia *renovare coepimus*. C. Div. 2, 2. — Glebae *coepere moveri*. O. Met. 3, 106. ohne Einwirkung von außen. Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quatriduo, postquam *incubari coepit*, intelligere potest. Varr. R. R. 3, 9, 12. Tandem quum irae resedissent, senatus ordine *consuli coepit*. L. 2, 29. Tarquinio mortuo plebi iniuriae a primoribus *fieri coepere*. L. 2, 21. Maenius rebus maternis atque paternis fortiter absumtis urbanus *coepit haberi*. H. Ep. 1, 15, 26. cf. A. P. 21. Cremonenses *occidi coepere*. quod ubi enotuit, a propinquis affinibusque redemptabantur. Tac. H. 3, 34. cf. 4, 46. med. *Desiderari coepit* tibicen. Phaedr. 5, 7, 14. cf. 1, 12, 11. Bei Cicero scheint diese Construction nicht vorzukommen. — Conventus (senatorum), qui initio celebrabantur, iam diu *fieri desierunt*. C. Att. 1, 19. sub extr. Narcissinum unguentum ex flore narcisso *desiit componi*. P. 13, 1.

Not. 4. Bei *iubeo* und *veto* wird der Gegenstand des unbedingten Gebots und Verbots nur im Infinitivo mit dem Subjectsaccusativ ausgedrückt, welcher bei ihnen im Passivo Subjectsnominativus wird; daher iubeo *te scribere*, nicht tibi, wie: Populus iubet *legem*. C. Balb. 17. init. und *iubeor* scribere. §. 162, 1. Bei *iubeo*, *veto*, *patior* und ähnlichen Verbis (s. oben 3, a.) steht der Infinitivus Praes. Passivi, wenn die Person, der Etwas befohlen oder gestattet wird, dabei nicht angegeben, auch nicht durch den Inhalt des Satzes angedeutet ist; ist sie hingegen aus dem Zusammenhange leicht verständlich, so steht der Infinit. Activi, wie im Deutschen.

Populus Romanus pontifici *flaminem parere iussit*. C. Phil. 11, 8. Caesar *duas acies* hostem *propulsare*, *tertiam* opus *perficere iussit*. Caes. 1, 49. Caesar ab opere *Legatos discedere vetuerat*. Caes. 2, 20. cf. C. 3, 75. *Vetat te* Volcatius mentionem mancipis *facere*. C. Verr. 5, 76. *Decemviri* libros (Sibyllinos) *adire* atque *inspicere iussi sunt* propter territos vulgo homines novis prodigiis. L. 22, 36. cf. 22, 57, 4. Senatores *vetiti*, nisi permissu, *ingredi* Aegyptum, Tac. 2, 59.

Tullum Hostilium populus *regem iussit*. L. 1, 22. cf. 1, 17, 9. sc. *fieri* s. *creari*. Senatus *dictatorem* clavi figendi causa *dici iussit*. L. 7, 3. im Deutschen: zu ernennen. Marii *sitas reliquias* apud Anienem *dissipari iussit* Sulla victor. C. Leg. 2, 22. Valeria lex *eum*, qui provocasset, virgis *caedi* securique *necari vetuit*. L. 10, 9. Aeduorum leges *duo* ex una familia, vivo utroque, non solum *magistratus creari vetabant*, sed etiam in senatu *esse prohibebant*. Caes. 7, 33. cf. 4, 4. Clodii sicae ego *vos obiici* pro me non *sum passus*. C. Mil. 14. ich habe euch nicht Preis geben lassen. — Hesiodus eadem mensura *reddere iubet*, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. C. Brut. 4. sc. *te*. Caesar Titurium Legatum cum sex cohortibus reliquit: castra vallo fossaque *munire iubet*. Caes. 2, 5. sc. *eum*, cf. C. 3, 65. extr. *pronuntiare iusserunt*. Caes. 5, 33. C. 12, 25. Oudend. ad Caes. 2, 5, 6. Drak. ad L. 24, 15, 5. ad Sil. 6, 413. Voss ad V. Ecl. 6, 85. Burm. ad V. Aen. 2, 3. Ern. ad Tac. H. 1, 58. extr. Desperatis etiam Hippocrates *vetat adhibere* medicinam. C. Att. 16, 15. sc. medicum.

*) Bei den oben unter 3, a. angegebenen Verbis wird durch den Infinitivus der Gegenstand des Wollens oder Nichtwollens bloß genannt oder angezeigt; durch den Conjunctivus ohne und mit *ut* hingegen bedingt als Wunsch oder Absicht, deren Erfüllung also von dem Willen des Andern abhängt, ausgedrückt. Daher wird der Infinitivus bei strengen Befehlen eines Oberbefehlshabers gebraucht, die er unmittelbar an Untergebene ergehen läßt, (wie: Caesar *magnum* his *numerum* obsidum *imperat*. Caes. 4, 22.) und bei Gesetzen eines freien Volks (Mario *provinciam Numidiam* populus *iussit*. Sall. I. 84, 1.); der Conjunctivus hingegen mehr auftragsweise und bei Verordnungen republikanischer Magistrate an freie Bürger. In diesem Sinne stehen *cupio* und *studeo* mit dem Acc. c. Inf. (selten mit dem Conjunct.), *operam do* nur mit dem Conjunctiv.

Iube maneat. T. Heaut. 4, 4, 15. *Ne* quis humasse *velit* Aiacem, Atrida, *vetas* cur? H. S. 2, 3, 187. Centuripinorum senatus decrevit, populusque *iussit*, *ut* statuas Verris quaestores demoliendas *locarent*. C. Verr. 2, 66. cf. 3, 35, 82. Legati Romani *Perseum regem* vel cum tribus *venire iubebant*, vel, si tantum agmen traduceret, obsides *daret*, nihil fraudis fore in colloquio. L. 42, 39. Alter consul cum Boiis *iussus* bellum *gerere*; alterum (consulem) *ut mitteret* Romam. L. 36, 1. cf. Drak. ad L. 32, 16, 9. 39, 14, 9. *Iubeo tibi*, z. B. *Britannico iussit exsurgeret*. Tac. 13, 15. 40. gehört nur dem spätern Zeitalter an; dem goldnen ist es fremd, Oudend. ad Caes. 3, 98. Drak. ad L. 27, 24, 3.

Not. 5. Der Infinitivus Futuri wird mit *futurum esse ut*, *fore ut*, *fore aliquem*, *qui* mit dem Coniunctivo umschrieben, wenn Begebenheiten gemeint sind, die einst einmal in einer unbestimmten Zukunft geschehen werden, §. 53. Not. §. 164, 8. *); außerdem bei solchen Verbis, die keinen Infin. Futuri haben.

Caesar, si Helvetii per agrum Sequanorum et Aeduorum iter in Santonum fines facerent, intelligebat, magno cum Provinciae periculo *futurum*, *ut* homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos *haberet*. Caes. 1, 10. cf. N. 14, 6, 3, 4. In provinciis intellige-

bant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei liceret: *fore*, *uti*, quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, *auferret*. C. Verr. 4, 5. nicht eum ablaturum esse; cf. C. Fam. 15, 2, 15. Clamabant Tyndaritani, *fore*, *ut* ipsi sese dii immortales *ulciscerentur*: hominem interea perire innocentem non oportere. C. Verr. 4, 40. extr. cf. C. Verr. A. 1, 14, 41. Legati ad Caesarem principes Aeduorum veniunt, oratum, ut civitati subveniat. Quod si diutius alatur controversia, *fore*, *ut* pars cum parte civitatis *confligat*; id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate. Caes. 7, 32. Hoc per aliquot dies fecerunt regii, sperantes *fore*, ut Romani equites abeuntium agmen *aggrederentur*; inde certamine orto, quum longius a castris eos elicuissent, facile, ubiubi essent, *se*, qui equitatu et levi armatura plus possent, *conversuros* aciem. L. 42, 57. — Pompeius dixerat, priusquam concurrerent acies, *fore*, *uti* exercitus Caesaris *pelleretur*. Caes. C. 3, 86. nicht exercitum — pulsum iri, welches mehr Gewißheit des Ereignisses andeuten würde. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, *fore*, *ut* absens a multis, quum redieris, ab omnibus collaudere. C. Fam. 1, 7, 12. cf. 1, 6. init. Verr. 2, 39, 97. Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod hominibus tam exiguam vitam dedisset: quorum si aetas potuisset esse longinquior, *futurum fuisse*, *ut*, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita *erudiretur*. C. Tusc. 3, 28. (Interim ad L. Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit, pollicitus, si praesidium acciperet, vacuam arcem *tradi futurum*. Tac. H. 3, 77. ist zwar durch die Florentinische und andre Handschriften gesichert, aber doch ganz ungewöhnlich. Andre Mss. haben furtim traditurum.)

Excepta vox est (Antonii in balneis), quum teporem incusaret, statim *futurum*, *ut incalescerent*. Tac. H. 3, 32. Eram in spe magna, *fore*, *ut* in Italia *possemus* concordiam restituere. C. Att. 8, 11. Datames omnes confestim sequi se iussit: quod si animo strenuo fecissent, *futurum*, *ut* adversarii non *possent* resistere. N. 14, 16. Video te velle in coelum migrare, et spero *fore*, *ut contingat* id nobis. C. Tusc. 1, 34. Ego non despero, *fore aliquem* aliquando, *qui exsistat* talis orator, qualem quaerimus. C. Or. 1, 21.

Not. 6. Nach Hülfsverbis (s. oben 1.) steht das Prädicatsnomen bei dem Infinitivo eines Appositionsverbi mit dem Hauptsubject im *Nominativo*, wenn es eine an diesem bereits vorhandene Eigenschaft angibt; bei fehlenden oder vermißten Eigenschaften hingegen folgt auf jene Verba der Infinitivus mit dem Subjects- und Prädicatsaccusativ. §. 97. Not. 2.

Volo et *esse* et *haberi gratus*. C. Fin. 2, 22. cf. Caes. 1, 28. Aelius *Stoicus esse voluit*; *orator* autem nec *studuit* unquam, nec fuit. C. Brut. 56. *Noli* nimium populi reverentia *fretus esse*. Ad Herenn. 4, 54. Clodius *tribunus* plebis *fieri cupit*. C. Att. 2, 1. Vos *liberi esse* non *curatis*? Ad Herenn. 4, 53. Valere *malo*, quam *dives esse*. C. Off. 2, 25. *Quis* Pompeio *scientior* unquam aut fuit, aut *esse debuit*. C. Manil. 10. *Coepi* tibi *molestus esse*. S. N. Q. 4, 4. *Incipies* forsitan *iustus esse rex*. Curt. 7, 4, 17. *Desinant ii*, qui omnia verentur, nimium *esse timidi*. C. Phil. 10, 9. Fortissimus quisque *pugnator esse desi-*

erat. L. 24, 15. Ut *perseveres esse tam fortis*, rogo. P. Ep. 7, 25.

Atticum se Calvus noster *dici oratorem volebat.* C. Brut. 82. cf. Graev. ad C. Arch. 5, 10. Müller ad C. Or. 1, 24, 112. Caes. 1, 30. 4, 37. C. 3, 80. *Iudicem me esse*, non *doctorem volo.* C. Or. 33. Timoleon *maluit se diligi*, quam *metui.* N. 20, 3. Ego *me Phidiam esse mallem*, quam vel *optimum fabrum tignarium.* C. Brut. 73. *Cupio me esse clementem; cupio* in tantis reipublicae periculis *me* non *dissolutum videri.* C. Cat. 1, 2. Omnibus virtutibus *me affectum esse cupio.* C. Planc. 33. Magna obtrectatio intercedebat inter Caesarem atque Antonium, quum *se* uterque *principem* non solum urbis Romanae, sed orbis terrarum *esse cuperet.* N. 25, 20 Qui eget multis, *gratum se videri studet.* C. Off. 2, 20.

*) Spätere und Dichter brauchen in diesen Constructionen statt des Accusativus nach griechischer Sitte den Nominativus. Rufus Salvidienus *parum habebat proximus* a Cn. Pompeio ipsoque Caesare ex equestri ordine *consul creatus esse.* Vell. 2, 76. Classicus e maioribus suis *hostis* populi Romani quam *socius, iactabat.* Tac. H. 4, 55. cf. Ern. h. l. *Additur* codicillis, tanquam de iniquitate exitii *querens, scripsisse.* Tac. 16, 17. st. *querentem* sc. Mellam. *Uxor* invicti Iovis *esse nescis.* H. C. 3, 27, 73. Summos illi *promittebant* honores *habituri* mihi. Apul. Met. 7. *). Quae dant, quaeque negant, *gaudent* tamen *esse rogatae.* O. Art. 1, 345. sc. puellae. (Androgeus) *sensit* medios *delapsus* in hostes. V. Aen. 2, 377. Phaselus ille, quem videtis, hospites, *ait fuisse* navium *celerrimus.* Catull. 4. Vir bonus et sapiens dignis *ait esse paratus.* H. Ep. 1, 7, 22. Acceptis refero versibus, *esse nocens.* O. Trist. 2, 1, 10.

Bei den Verbis sehen, hören steht statt des Infinitivs auch das Participium Praesentis und *ut* wie, mit dem Conjunctiv, und bei Verbis der Affecten *quod*, ebenfalls mit dem Conjunctiv. Hiervon siehe unten Participia und von verbundenen Sätzen.

Not. 7. Die meisten Verba sentiendi et declarandi nehmen im Passivo das zu ihrem Infinitiv gehörige Subject im *Nominativo* zu sich und richten sich nach dessen Numerus und Person, vgl. §. 97. Not. 2. Nur wenige kommen unpersönlich mit dem Acc. c. Inf. vor. Daher: dicor —, diceris —, Caius dicitur *esse felix; videtur Cicero dixisse* es scheint, daß Cicero gesagt habe. Videor mihi, §. 162, 1. Not. 3.

Verus patriae *diceris esse pater.* Martial. Spect. 3, 11. Facile perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, cum apud tuos Mamertinos *inveniare* improbissima ratione *esse praedatus.* C. Verr. 4, 1. Maxime curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus, et *vereri* et *diligere videamur.* C. Off. 1, 38. Si Veios migrabimus, non *reliquisse victores*, sed

---

*) p. 142. ed. Pric. p. 134. ed. Altenb. In der Stelle: Hunc excipere nominatim, qui *publicus esse fateatur.* C. Agr. 2, 21. sc. ager, ist *fateatur* passive genommen, cf. Garat. h. l. und oben §. 74. A, c. Seite 175.

amisisse victi patriam *videbimur*. L. 5, 53. In Graecia primum *humanitas*, *literae*, etiam *fruges inventae esse creduntur*. P. Ep. 8, 24. *Lectitavisse* Platonem studiose, *audivisse* etiam *Demosthenes dicitur*. C. Brut. 31. Num *negabitur* deformem Pyrrhi pacem *caecus ille Appius* dicendi viribus *diremisse?* Q. 2, 16, 7. Terentii *fabellae* propter elegantiam sermonis *putabantur* a C. Laelio *scribi*. C. Att. 7, 3. *Bibulus* nondum *audiebatur esse* in Syria. Ib. 5, 18. *Pons* in Ibero prope *effectus nuntiabatur*. Caes. C. 1, 62. cf. C. Mil. 24. extr. *Avis quaedam*, quae nominatur Platalea, *scribitur* conchis se complere *solere*. C. N. D. 2, 49. Ultra Amazŏnes *Hyperborei esse memorantur*. Mela 1, 2, 41. Signum est, per quod *ostenditur* idonea perficiendi *facultas esse quaesita*. ad Her. 2, 4. *Antonius iussus est renuntiari consul*, et quidem cum ipso Caesare. C. Phil. 2, 32. *Pericles auctor* iniuriae illius *fuisse arguebatur*. C. Verr. 1, 33. Regnante Lucio Tarquinio Superbo Sybarim et Crotonem *Pythagoras venisse reperitur*. C. Rep. 2, 15. Primum certe *liberatur Milo*, non eo consilio *profectus esse*, ut insidiaretur in via Clodio. C. Mil. 18. cf. Garat. h. l.

Eben so werden einige andre sonst impersonell gebrauchte Verba, wie *apparet*, *constat*, *indicatum est*, *praetereundum est*, *explicandum est*, einem vorhergehenden Subject angepaßt, wenn der darin angegebene Zustand mehr diesem gilt, als allgemein zu nehmen ist: Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi *data esse appareant*. C. Fin. 3, 7. Quae si omnia ex Coruncanii scientia *acta esse constarent*, tamen in scelere religio non valeret. Pro domo 54, cf. Garat. h. l. Hoc idem dico fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo *esse beati atque aeterni intelligantur*. C. N. D. 1, 38. Superiore parte legis quemadmodum Pompeium *oppugnarent*, a me *indicati sunt*. C. Agr. 1, 2. cf. Plin. Ep. 6, 5, 6. Cort. *Haec* qua celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen a me in dicendo *praetereunda non sunt*. C. Manil. 12. Quae nobis designatis timebatis, *ea* ne accidere possent, consilio meo ac ratione *provisa sunt*. C. Agr. 2, 37. Seiunctus *orator* a philosophorum eloquentia, ab historicorum, a poetarum, *explicandus est* nobis, qualis futurus sit. C. Orat. 20.

Als Impersonalia kommen *nuntiatur*, *traditur*, *creditur* bisweilen, *intelligitur* gewöhnlich, *dicitur*, *narratur*, *fertur*, *proditur*, *memoratur*, *cernitur*, *videtur* selten, eher im Perfecto, *putatur*, *existimatur*, *perhibetur* vielleicht gar nicht vor.

Nuntiatur Afranio, *magnos comitatus*, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen *constitisse*. Caes. C. 1, 51. cf. Drak. ad L. 1, 31, 8. Held ad Caes. C. 1, 73. pr. Legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes. *Eam gentem traditur* fama, dulcedine frugum maximeque vini *captam* Alpes *transisse*. L. 5, 33. Vulgata opinione *creditur*, Pythagorae *auditorem fuisse Numam*. L. 40, 29. *Dicitur* *) eo tempore *matrem* Pausaniae *vixisse*. N. 4, 5. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurre-

*) wie λέγεται. Anders ist: De Melitensi Diodoro Verri *dicitur*, *habere eum* per bona toreumata. C. Verr. 4, 18.

bante nunc *Chamavos* et *Angrivarios immigrasse narratur* *). Tac. G. 33. Prima luce *cernebatur* **), equitatus nostri proelio *novissimos* illorum *premi*. Caes. 1, 64. *Nuntiatum est adesse Scipionem* cum legionibus. Ib. 3, 36. cf. Duk. ad Flor. 2, 6, 45. *Eam Venerem*, quae Astarte vocatur, Adonidi *nupsisse proditum est*. C. N. D. 3, 23. *Caesium erat* hic *auditum*, *expulsum* Ancone, *eamque urbem* a nobis *teneri*. C. Att. 7, 18. *Cyrum* omnium militum *tenuisse creditum est* nomina. Q. 11, 2, 50.

Not. 8. Bei *licet* mit einem Infinitiv steht die Person im *Accusativo*, wenn das Erlaubtseyn allgemein genommen; im *Dativo*, wenn es bloß auf diese Person bezogen ist. Im letztern Fall bezeichnet ein Appositionsdativus, der hier überhaupt, auch wegen stärkerer Bedeutung, gewöhnlicher ist, eine schon vorhandene Eigenschaft; ein Appositionsaccusativus eine noch abwesende. Diese Construction wurde von Spätern und Dichtern nach griechischer Sitte auch bei andern Impersonalibus, wie *necesse est*, *datur*, *contingit*, *prodest*, *vacat*, und selbst bei persönlichen Verbis angewendet.

a. An iudices alienis peccatis concessuros putes, quo facilius *ipsos peccare liceat?* C. Verr, 3, 96. Non *licet hominem esse* saepe ita, ut vult. T. Heaut. 4, 1, 53. *Te socium* vitae *esse licebit*. Prop. 2, 25, 15. — *Peccare licet nemini*. C. Par. 3, 1. *Multis otiosis* ne in communi quidem otio *licet esse* ***). C. Coel. 1. *Licuit esse otioso Themistocli*, licuit Epaminondae. C. Tusc. 1, 15. Roscius rogat oratque, ut *sibi liceat innocenti* amicorum opibus vitam in egestate *degere*. C. S. Rosc. 49. Hannibal nihil iam maius precatur deos, quam ut *incolumi cedere* atque abire ex hostium terra *liceat*. L. 26, 41.

b. Civi Romano *licet esse Gaditanum*. C. Balb. 12. *Medios esse* iam non *licebit*. C. Att. 10, 8. cf. C. Lig. 1, 6, 18. Off. 1, 26. extr. Caes. C. 3, 1. Iuvenal. 10, 304.

c. Quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus *licet* iam *esse fortunatissimis* †)? Caes. 6, 35. In publica re mihi *negligenti* ††) *esse* non *licet*. C. Att. 1, 17. Vobis *necesse est fortibus viris esse*. L. 21, 44. Da mihi fallere †††), *da iusto sanctoque videri*. H. Ep. 1, 16, 61. Vobis *immunibus* huius *esse* mali *dabitur*, O. Met. 8, 690. Iovis *esse nepoti contigit* haud uni. Ib. 11, 219. Quo tibi *), Tulli, sumere depositum clavum, *fierique tribuno?* H. Serm. 1, 6, 24. *Infirmo* non *vacat esse* mihi. O. Trist. 5, 2, 6. Nescio, an *satius fuerit* populo Romano, Sicilia et Africa *contento fuisse*. Flor. 3, 12, 6. Procul hinc *extorribus* ire *edico*, praesente deo. Grat. Fal. 447.

Not. 9. Wenn mit dem Subjectsaccusativ beim Infinitivo noch ein von diesem regierter zusammentrifft, so muß dabei alle Zweideu-

---

*) so *proditur*; *memoratur*, *videtur* (Gell. 2, 4. 4, 11.) nur bei Spätern.

**) nicht ganz sichere Lesart.

***) vielen Geschäftslosen ist es nicht einmal vergönnt, es zu seyn.

†) die Zuhörer sollen sich jetzt schon als Hochbeglückte denken.

††) hier in stärkerer Bedeutung, als negligentem.

†††) i. e. latere.

*) sc. prodest. cf. O. Met. 8, 554.

tigkeit wegfallen, oder diese durch Verwandlung des Infin. Activi in den Inf. Passivi gehoben werden. So würde das Delphische Orakel, das Pyrrhus erhalten haben sollte: Aio *te*, Aeacida, *Romanos* vincere posse. C. Div. 2, 56. durch — *a Romanis vinci* posse unzweideutig werden *).

Eorum una pars, *quam Gallos* obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. Caes. 1, 1.

Not. 10. *Esse* fehlt häufig bei zusammengesetzten Infinitiven, überhaupt wo ein Prädicatsaccusativ es verständlich macht, z. B. Lycurgus *auctorem* legum Apollinem Delphicum fingit. L. 5, 3. Eben so oft fehlen auch die Subjectsaccusative, *me*, *te*, *se*, *eum*, *eos*, wenn sie nicht betont sind, oder wegen der Nähe eines stark accentirten Worts, gewöhnlich des Infinitivs, alle Bedeutung verlieren und sich aus dem Zusammenhange leicht ergänzen lassen, besonders a. wenn ihr Hauptwort oder ein dasselbe enthaltendes unmittelbar vorhergegangen ist, b. wenn sie unmittelbar hinter einander stehen würden, wie bei Verbis reciprocis, c. wenn sie in einem Participio oder Appositionswort liegen; außerdem auch d. wenn sie Zweideutigkeit oder doch Undeutlichkeit verursachen würden, und e. bei dem allgemeinen Subject Man. Cf. Drak. ad L. 1, 23, 5. 40, 42, 2. Ruhnken. ad Rutil. p. 41. Huschke ad Tibull. 1, 3, 27. Garat. ad C. Verr. A, 1, 8. Held ad Caes. C. 1, 2, 50.

a. Certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire *posse*. C. Fam. 4, 13. sc. *me*, welches in putabo liegt. Ea, quae dicam, non de memetipso, sed de oratore *dicere* putetis. C. Or. 3, 20. sc. *me*, in dicam und memetipso enthalten. Negato sane, si voles, pecuniam *accepisse*. C. Verr. 2, 33, sc. *te*, cf. C. S. Rosc. 22, 61. Mihi significabant tuae literae, *subdubitare*, qua essem erga Appium voluntate. C. Fam. 2, 13. sc. *te*, in tuae enthalten. Artes ingenuae non reprehenduntur in iis, qui *abfuisse* ab istis studiis confitentur. C. Planc. 25. sc. *se*, wegen qui. P. Decius dixit, sibi in somnis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, *occidere* cum maxima gloria. C. Div. 1, 24. sc. *se*. Subduc cibum unum diem athletae: ferre non *posse* clamabit. C. Tusc. 2, 17. sc. *se*. Hoc te ratio docebit, ut immortalitate vincimur a divina natura, sic animi praestantia *vinci*. C. N. D. 1, 34. sc. *nos*, in vincimur enthalten. Nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusque fulminum extimuissent, *credidisse*, ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem. C. Div. 2, 18. sc. *eos*, cf. C. Verr. A. 1, 9. 25.

b. *Mihi* liceat negare, *posse*, quod non potero; et fateri, *nescire*, quod nesciam. C. Or. 1, 22. sc. *me*; *nescire*, sc. *me*, cf.

*) Accusativi geminatione facta amphibolia solvitur ablativo: ut illud, *Lachetem audivi percussisse Demeam*, fiat, *a Lachete percussum Demeam*. Q. 7, 9, 10. Vitanda in primis ambiguitas, non haec solum, quae incertum intellectum facit, ut *Chremetem audivi percussisse Demeam*: sed illa quoque, quae, etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen verborum vitium incidit: ut si quis dicat, *visum a se hominem librum scribentem*. Nam, etiamsi librum ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratque ambiguum, quantum in ipso fuit. Id. 8, 2, 16.

C. Or. 3, 20, 74. De *te* fama constans, nec decipi *posse*, nec vinci. C. Fam. 10, 20. sc. *te*. Puderet *me* dicere non *intelligere*, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. C. N. D. 1, 39, sc. *me*. T. Quinctius in potestate dictatoris milites fore dixit. Sibi *se* privatim nihil cavere: *nolle* alibi, quam in innocentia, spem habere. L. 7, 41. sc. *se*, cf. C. Caecil. 1, 3. Remi ad Caesarem legatos miserunt, qui dicerent, *se* suaque omnia in fidem atque potestatem populi Romani *permittere*. Caes. 2, 3. sc. *se*. Pausanias quum Byzantio expugnato cepisset nonnullos regis propinquos, *hos* clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis *effugisse*. N. 4, 2. sc. *eos*, cf. C. Or. 3, 35, 140.

c. Datur venia concinnitati sententiarum, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant. In Panathenaico Isocrates ea studiose *consecutum* fatetur. C. Or. 12. sc. *se esse*. Valerius dictatura se abdicavit. Apparuit causa plebi, suam vicem *indignantem* magistratu abiisse. L. 2, 31. sc. *eum*, welches wegen des starken Accents auf *indignantem* wegblieb. Nonnulli captivorum ex itinere regressi clam in castra Hannibalis, solutum quod iuraverant *redituros*, rebantur. L. 24, 18. sc. *se esse*, welches nach iurare, wegen des stark accentirten Infinitivs jedesmal fehlt, wenn nicht andre Gründe, z. B. ein Gegensatz, es beizubehalten rathen. Tribuni militum et Centuriones nihil temere agendum, neque ex hibernis iniussu Caesaris discedendum, existimabant. Contra ea Titurius, sero *facturos* clamitabat, quum maiores hostium manus, adiunctis Germanis, convenissent. Caes. 5, 28. 29. Caesar, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit. Renuntiatum est, *facilem* esse. Id. 1, 21. sc. *eum* ascensum. L. Caecilius multa de republica egit; agrariae legi *intercessorem* fore professus est. C. Sull. 23. sc. *se*

d. Brutus avidum novae libertatis populum iureiurando adegit, neminem Romae *passuros* regnare. L. 2, 1. sc. *se*, welches aber hier mit dem Hauptsubject Brutus in Collision kommen würde. Pronuntiatur, prima luce *ituros*. Caes. 5, 31. *eos* sc. milites war nicht hinreichend, weil auch die Befehlenden sich (se) mit nennen mußten. Zudem drückt *ituros* den Befehl stärker aus. Consul Sulpiciam percunctatus est, ecquam anum Aebutiam nosset? quum, eam *nosse*, probam et antiqui moris feminam, respondisset; opus esse sibi ea conventa, dixit. L. 39, 11. sc. *se*, wie L. 39, 43, 3.

e. Sensus cuiusque, et natura rerum, atque ipsa veritas clamabat quodam modo, non *posse* adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset. C. Fin. 4, 19. extr.

5. Zustände, die als Wirkungen innerer Unruhe, anhaltender Leidenschaft oder auch empörter Elemente versinnlicht werden sollen, werden von dem Erzählenden in der Sprache eines von denselben Ergriffenen durch den Infinitivus Praesentis mit einem Subjectsnominativ dargestellt. Dieser *Infinitivus historicus* verhält sich als beschreibender zu dem referirenden Präsens §. 164, 2., wie in gemäßigter Rede das Imperfectum zum Perfecto, und steht gewöhnlich mehrfach hinter einander, auch nach der Zeitpartikel quum.

Legati Ilergetum sine responso dimissi. Consulem nocte, quae insecuta est, anceps cura *agitare: nolle* deserere socios, *nolle* minuere exercitum; quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre posset. Stat sententia, non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae. L. 34, 12. cf. 3, 37. pr. Tac. 15, 27. extr. Quum Philippum adesse refugientes ex agris quidam pavidi nuntiassent, *trepidare* Democritus ceterique Aetolorum duces: et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti iacebant. *Excitare* igitur alii alios, *iubere* arma capere, alios *dimittere* ad revocandos, qui palati per agros praedabantur, tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas plerique non induerent. L. 31, 41. Postulo, Carpinatius mihi respondeat, qui sit iste Verrutius; in Sicilia sit, an iam decesserit. *Clamare* omnes, neminem unquam in Sicilia fuisse Verrutium. Ego *instare*, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset, unde esset. C. Verr. 2, 77. cf. T. Andr. 1, 1, 120. Antiochus vocat ad coenam Verrem: exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro. Iste unumquodque vas in manus *sumere, laudare, mirari*. Rex *gaudere*, praetori populi Romani satis iucundum et gratum illud esse convivium. Ibid. 4, 27. Audita voce praeconis *) maius gaudium fuit, quam quod universum homines caperent. Vix satis *credere* se quisque audisse: alii alios *intueri*, mirabundi velut somnii vanam speciem: quod ad quemque pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes proximos interrogabant. L. 33, 32. Brevi spatio interiecto hostes ex omnibus partibus, signo dato, *decurrere*, lapides, gaesaque in vallum *coniicere:* nostri primo integris viribus fortiter *repugnare*, neque ullum frustra telum ex loco superiore *mittere:* ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo *occurrere* et auxilium *ferre* **): sed hoc *superari*, quod hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant: quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat. Caes. 3, 4. Cepasius cum callidissime se dicere putaret: Respicite C. Fabricii senectutem, idque saepe dixisset, respexit ipse: at C. Fabricius discesserat. Hic iudices *ridere: stomachari* atque acerbe *ferre* patronus, causam sibi eripi, et se cetera non posse dicere. C. Cluent. 21. Iamque dies consumtus erat, *quum* ta-

*) der so eben im Namen des römischen Senats den bei den isthmischen Spielen versammelten Griechen die Freiheit angekündigt hatte.
**) so von leidenschaftlicher Geschäftigkeit. Sall. I. 100, 3. 4. Tac. G. 30.

men barbari nihil *remittere*, atque, uti reges praeceperant, noctem pro se rati, acrius *instare*. Sall. I. 98, 2. Transeuntem Apenninum Hannibalem atrox adorta tempestas est. Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono coelum *strepere*, et inter horrendos fragores *micare* ignes. Capti auribus et oculis metu omnes *torpere*. Tandem, effuso imbre, ipso illo loco castra ponere necessarium visum est. L. 21, 58.

6. Im höchsten Affect wird die Frage und der Ausruf im *Accusativo cum Infinitivo* ausgedrückt, der hier als Gegenstand des Affects, der Verwunderung, des Erstaunens, des Unwillens zu betrachten ist. Der Deutsche braucht hier gewöhnlich die Umschreibung mit daß, oder: Ich sollte! Ich könnte! Vgl. Heindorf zu Hor. S. 1, 9, 73.

Me non cum bonis *esse* *)? C. Att. 9, 6. *Tene* hoc, Atti, *dicere* **), tali prudentia *praeditum?* C. Cluent. 31. Tum Brutus admirans, *Tantamne fuisse oblivionem*, inquit, in scripto praesertim, ut ne legens quidem unquam senserit Curio, quantum flagitii commisisset? C. Brut. 61. Non mihi *licere* meam rem solum, ut volo, loqui atque cogitare, sine *te* arbitro? Plaut. Cas. 1, 1, 1. Di vostram fidem! Ita *comparatam esse* hominum *naturam* omnium, aliena ut melius videant et diiudicent, quam sua? T. Heaut. 3, 1, 96. cf. C. Att. 2, 13. pr.

Me miserum! *te* ista virtute, fide, probitate, humanitate in tantas aerumnas propter me *incidisse* ***)! C. Fam. 14, 1. cf. 14, 2. med. Hoc non *videre*, cuius generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere! C. Fin. 4, 27. cf. 2, 10. pr. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio *esse* urbis *gloriam* et populi Romani *nomen!* C. Verr. 5, 38. Satis peccatum est a vobis in P. Africano. Literni *domicilium* et *sedem fuisse* domitoris Africae! Literni *sepulcrum ostendi!* L. 45, 38. cf. Tac. H. 3, 72. pr.

u. Gerundium. Gerundivum.

169 Der Infinitivus nennt ein Seyn als wirklich; das Gerundium und Supinum nur als gedacht, weswegen diese beiden Modi Nominalform annehmen.

---

*) ich sollte es nicht mit den Patrioten halten?
**) du kannst das sagen?
***) daß du um meinetwillen in solchen Kummer hast kommen müssen! wie: ταυ̃τα δ' ἀκούειν, τίς ἀθλιώτερος; Sophocl. Oed. T. 1201. daß du jetzt hören mußt!

Das *Gerundium* bedeutet das zur Vollendung Bestimmtseyn oder das Seynsollen eines Zustandes und wird als declinirbares Neutrum zweiter Declination active, nur selten passive gebraucht; auch läßt es sich durch Adverbia bestimmen. Active nimmt es ein Nomen, besonders Neutra der Deutlichkeit wegen, im Casu seines Verbi zu sich, doch fast nur, wenn es im Genitivo oder Ablativo steht; im Nominativ und Accusativ seltner und im Dativ gar nicht.

Wird das vom Gerundio abhängige Nomen in den Casus des Gerundii gesetzt, und dieses wie ein Adjectivum dreier Endungen in gleichem Genere und Numero ihm angepaßt, so heißt es *Gerundivum*. Diese Verbindungsweise wurde im goldnen Zeitalter überall vorgezogen, wo sie passive denselben Sinn gab, den das Gerundium in activer Bedeutung hatte und wo sonst es die Deutlichkeit gestattete. So entstand das Participium Futuri Passivi.

*) Das Gerundium in den Formeln: Mihi est *legendum*, und mit der (veralteten) Rection: mihi est *scribendum epistolam*; tempus est *scribendi epistolam*; peritus *nandi*, Tac. H. 5, 6. entspricht ganz dem Deutschen: ich habe noch zu lesen; noch einen Brief zu schreiben; es ist Zeit einen Brief zu schreiben, kundig, d. i. fähig zu schwimmen, und wie hier Etwas zum Vollenden bestimmtes, mithin Etwas nur als gedachtes angedeutet ist, so auch beim Gerundio durch alle Casus. Hierdurch aber unterscheidet sich das Gerundium deutlich genug a. vom Infinitivo, der nur das wirkliche Seyn ausdrückt, und außerdem nie passive gebraucht werden kann, z. B. Aristoni et Pyrrhoni *inter* optime *valere* et gravissime *aegrotare* nihil prorsus dicebant interesse. C. Fin. 2, 13. wo dafür nicht valendum, aegrotandum stehen konnte; neben Substantiven aber hängt er nicht von diesen allein ab, sondern zugleich mit von dem dabei stehenden Verbo, wie: Galli consilium ceperunt ex oppido *profugere*. Caes. 7, 26. cf. 71. 8, 44. Afr. 78. wo cons. ceperunt für statuerunt zu nehmen ist; bei Adjectivis steht der Infinitiv griechisch, vgl. §. 168. Not. 1. — b. vom Participio Futuri Passivi; denn dieses hat nie Rection, nie active Bedeutung und kann daher auch nie die Stelle eines Verbalsubstantivs in —tio vertreten, wie: Res hostes *ad insequendum* tardabat. Caes. 7, 67. Brevitas laus est interdum in aliqua *parte dicendi*. C. Brut. 13. wo, obgleich mit Unterschied des Sinnes, auch ad insecutionem, auch dictionis oder orationis stehen konnte, cf. Ellendt ad C. Brut. 55, 133. und unten Not. 4.

1. Als *Nominativus* steht

a. das Gerundium mit *est*, wie ein Impersonale, und hat die Person, der das Sollen gilt, im Dativo bei sich; im Ablativo mit *a* selten und nur der Deutlichkeit wegen in der Nähe eines andern Dativs. §. 56, D, b *), §. 58, 4.

Moriendum certe *est*, et id incertum, an eo ipso die. C. Sen. 20. Omne animal, *confitendum est*, esse mortale. C. N.

. 3, 13. *Orandum est*, ut sit mens sana in corpore sano. ıvenal. 10, 356. Non corpori solum *subveniendum est*, sed enti atque animo multo magis. C. Sen. 11. Graecis *utendum it* vocabulis. P. 2, 15. Scipio, etiam si cum pluribus parir *dimicandum foret*, arte quadam copias auxerat. L. 27, 17. ıdoxus sic opinatur, Chaldaeis in praedictione et in notatione ıiusque vitae ex natali die minime *esse credendum*. C. Div. 2, 2. Nemo unquam sapiens proditori *credendum* putavit. C. err. 1, 15. Ut *tibi ambulandum*, *ungendum*, sic *mihi dorıendum*. C. Att. 9, 7. fin. Suo *cuique* iudicio *utendum t.* C. N. D. 3, 1. Apud Pythagoram *discipulis* quinque anıs *tacendum erat*. S. Ep. 52. *Oratori* diligenter *providenım est*, non uti illis satis faciat, quibus necesse est, sed ut admirabilis esse videatur, quibus libere liceat iudicare. C. r. 1, 26. Vix satis mihi illud videris attendere, non solum *'ompeio*, quid esset optimum, *videndum fuisse*, sed etiam, ıid necessarium. C. Leg. 3, 11. Verminae responsum legas est: si quid ad pacis leges addi, demi, mutarive vellet, rurıs ab senatu *ei postulandum fore*. L. 31, 11. *Recto tibi invictoque moriendum est*. S. Ep. 37. — Aguntur bona multoım civium, quibus *est a vobis consulendum*. C. Manil. 2. *a ›bis* wegen quibus. Dagegen: Aliquando isti principes, et *bi*, et *ceteris*, populi Romani universi auctoritati *parendum se* fateantur. C. Manil. 22.

b. Das Gerundivum eben so:

Noscenda est *natura* *), non facultas modo. C. Att. 12, Omni in re consensio omnium gentium, *lex* naturae *putanı est*. C. Tusc. 1, 13. *Omnia humana tolerabilia ducenda*. . Att. 12, 11. *Fortes* et *magnanimi sunt habendi*, non qui ciunt, sed qui propulsant iniuriam. C. Off. 1, 19. *Occultae imicitiae magis timendae sunt*, quam *apertae*. C. Verr. 5, :. Qui civium *rationem* dicunt *habendam*, externorum nent: hi dirimunt communem humani generis societatem. C. ff. 3, 6.

Legendus mihi saepius *est Cato maior*. C. Att. 14, 21. *iligentia* praecipue *colenda est nobis* **); *haec* semper *adhinda*. C. Or. 2, 34. *Nihil* est *homini* tam *timendum*, quam vidia. C. Cluent. 3. *Tria videnda sunt oratori* ***); quid

---

*) Man muß die Natur kennen; nicht noscendum est naturam.
**) wir müssen.
***) Ein Redner hat auf Dreierlei zu sehen. Diese Construction läßt sich überhaupt verschieden übersetzen, z. B. man hat zu be-

dicat, et quo quidque loco, et quomodo. C. Or. 14. Si Galli bellum facere conabuntur, *excitandus nobis erit* ab inferis *C. Marius*. C. Font. 12. Non *paranda nobis* solum, sed *fruenda* †) etiam sapientia est. C. Fin. 1, 1. Semper ita vivamus, ut *rationem reddendam nobis* arbitremur. C. Verr. 2, 11. Initio civilis belli per literas te consului, *quid mihi faciendum esse* censeres. C. Fam. 11, 29. — Quae mihi de Parthis nuntiata sunt, *ea* non putabam *a me* etiam nunc *scribenda esse* publice. Ib. 15, 19. Non *maiores nostros venerandos a nobis* et *colendos* putatis? C. Agr. 2, 35. Eros *a te colendus est*. C. Att. 13, 30. Patris *lenitas amanda* potius *ab illo*, quam tam crudeliter *negligenda*. Ib. 10, 4. cf. C. Fam. 12, 23, 2. 13, 16, 3. Dagegen: *Gerendus est tibi mos adolescentibus*. C. Orat. 1, 23. selten.

2. Als *Genitivus obiecti* steht

a. das Gerundium theils bei Substantivis, wie causa, gratia, copia, illecebra, venia, licentia, consuetudo, usus, occasio, initium, studium, animus, ardor, facultas, ius, libertas, potestas, voluntas, mos, ars, locus, tempus, spatium, finis, desiderium, ratio, modus, forma, materia, vis, lubido, cupiditas, difficultas, amor, cura, spes, etc. theils bei den Adjectivis avidus, cupidus, peritus, conscius, ignarus, studiosus, insuetus. Der Deutsche drückt es durch zu mit dem Infinitiv aus, bisweilen durch ein Substantivum.

Sapientia *ars vivendi* putanda est. C. Fin. 1, 13. Thucydides omnes *dicendi artificio* facile vincit. C. Or. 2, 13. De suspicione tua alienum *tempus* est mihi tecum *expostulandi, purgandi* autem *mei* necessarium. C. Fam. 3, 10, 16. cf. §. 157, 2. Cicero multum saepe ad Marcum filium *cohortandi gratia* scripsit. C. Off. 3, 2. Quis ignorat, maximam *illecebram* esse *peccandi*, impunitatis spem? C. Mil. 16. Laudandus est is, qui cum *spe vincendi* simul abiecit *certandi* etiam *cupiditatem*. C. Fam. 4, 7. Habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic *vivendi modum*. C. Sen. 23. Ipsum *genus iocandi* non profusum, nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. C. Off. 1, 29. *Ludendi* est quidam *modus* retinendus. Ibid. Triste est *nomen* ipsum *carendi* ††), quia subiicitur haec vis: habuit, non habet; desiderat; requirit; indiget. C.

---

fürchten; man darf, man braucht nicht; es ist zu besorgen; es ist löblich, lobenswerth, verwerflich u. dgl. Immer aber muß der deutsche Ausdruck sich auf die Hauptbedeutung zurückführen lassen.

†) cf. §. 142, 4. Not. 2.

††) das Wort Entbehren. Vgl. §. 106, b.

Tusc. 1, 86. Laelii et Scipionis ingenio plurimum tribuitur; *dicendi* tamen *laus* *) est in Laelio illustrior. C. Brut. 22. Qui *principes inveniendi* fuerunt, quem ex quaque belua usum habere possemus, homines certe fuerunt. C. Off. 2, 4. Vox, motus, vultus, atque omnis actio, *eloquendi comes* est. C. Part. 1. Intelligens *dicendi existimator* uno adspectu et praeteriens de oratore saepe iudicat. C. Brut. 54. Viri boni sequuntur naturam, optimam bene *vivendi ducem*. C. Lael. 5.

Epaminondas *studiosus* erat *audiendi*. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. N. 15, 3. Accidit mihi, homini *cupido satis faciendi* reipublicae, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quam tutum. C. Fam. 10, 18. Equum non crebris verberibus exterret *domandi peritus* magister. S. Clem. 1, 16. Dumnŏrix Aeduus *insuetus navigandi* mare timebat. Caes. 5, 6. *Inops dicendi* sapientia. C. Inv. 1, 2. Miles Romanus armis gravis et *nandi pavidus*. Tac. H. 5, 14.

Habeo *communia praecepta fidem faciendi* et *commovendi*. C. Part. 3. Decemviris *omnes provincias obeundi, liberos populos* agris *multandi* **) summa *potestas* datur, quum velint. C. Agr. 2, 13. Bellum illatum rei publicae cum viderem, nullam *moram* interponendam *insequendi M. Antonium* putavi. C. Phil. 6, 1. Equidem efferor *studio patres vestros videndi*. C. Sen. 23. cf. C. Brut. 19, 74. Lex Cornelia definite *potestatem* Pompeio *civitatem donandi* dederat. C. Balb. 14. cf. C. Verr. 3, 13, 32. Caes. C. 3, 15. Legati Germanorum a Caesare petebant, sibi uti *potestatem* faceret in Ubios *legatos mittendi*. Caes. 4, 11. Romae privatis *ius* non erat *vocandi senatum*. L. 3, 38. Per inducias *sepeliendi caesos potestas* facta est. L. 38, 2. Tarquinio *obsidendi* quoque *urbem spes* pulso a moenibus adempta erat. L. 1, 53. Ne Varus quidem Attius dubitat copias producere, sive *sollicitandi milites*, sive aequo loco dimicandi detur *occasio*. Caes. C. 2, 33.

---

*) das Lob der Beredsamkeit; doch immer nur im Sinne des Bevorstehenden, wie: Boni sequuntur naturam, optimam bene *vivendi ducem*. C. Lael. 5. nicht vitae. Metus plurimum confert ad *diligentiam custodiendi*. Colum. 12. Praef. 5. *officina dicendi*. C. Brut. 8, 32.

**) Nicht provinciarum obeundarum, liberorum populorum multandorum, denn nicht über die Provinzen oder über die freien Völker wurde ihnen Gewalt gegeben, sondern nur Vollmacht zum Bereisen, Bestrafen. So Philopoemenem *pudor relinquendi equites* tenuit. L. 39, 49, nicht vor den Reitern brauchte sich Philopömen zu schämen, sondern vor dem Zurücklassen derselben.

Consul *experiendi animos* militum *causa* parumper moratus est. L. 2, 25. Ita nati factique sumus, ut et *agendi aliquid*, et *diligendi aliquos*, et liberalitatis, et referendae gratiae *principia* in nobis contineremus. C. Fin. 5, 15. Diogenes dicebat *artem* se tradere bene disserendi, et *vera* ac *falsa diiudicandi*. C. Or. 2, 38. Nulla *causa* iusta cuiquam esse potest contra patriam *arma capiendi*. C. Phil. 2, 22. Equidem sum *cupidus te* in illa longiore ac perpetua disputatione *audiendi*. C. Or. 2, 4;

b. Das Gerundivum eben so:

Xenophonti nihil tam regale videtur, quam *studium agri colendi**). C. Sen. 17. Natura *cupiditatem* ingenuit homini *veri videndi*. C. Fin. 2, 14. *Pecuniae* non *quaerendae* solum *ratio* est, sed etiam *collocandae*. C. Off. 2, 12. Germani, neque *consilii habendi*, neque arma capiendi *spatio* dato, perturbantur. Caes. 4, 14. cf. 1, 52. Vestis *frigoris depellendi causa* reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam et dignitatem. C. Or. 3, 38. cf. Caes. C. 5, 110. C. Fin. 1, 10, 36. Pythagoreorum more *exercendae memoriae gratia*, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. C. Sen. 11. Ti. Graccho breve *tempus ingenii augendi* et *declarandi* fuit. C. Brut. 27. Sp. Manlius in *suspicionem* incidit *regni appetendi*. C. Mil. 27. Hannibal opinionem de se auxit *conatu* tam audaci *traiiciendarum Alpium*, et effectu. L. 21, 39. *Occasio* videbatur *rerum novandarum* **) propter ingentem vim aeris alieni. L. 6, 35. Quid turres et alium *obpugnandarum urbium adparatum* loquar? L. 5, 5. Ars oratoris *verborum* aut *faciendorum*, aut *deligendorum scientiam* profitetur. C. Or. 2, 9. Censores ob inopiam aerarii se iam *locationibus* abstinebant *aedium sacrarum tuendarum, curuliumque equorum praebendorum*. L. 24, 18. Audita Hannibalis vox fertur: *potiundae* sibi *urbis Romae* modo *mentem* non dari, modo *fortunam*. L. 26, 11. Magna universae Galliae *consensio* fuit *libertatis vindicandae* et pristinae belli *laudis recuperandae*. Caes. 7, 76. Qui aliquid tribuit voluptati, huic diligenter tenendus est *eius fruendae* ***) *modus*. C. Off. 1, 30. Traditur ab Epicuro *ratio negligendi do-*

*) die Beschäftigung mit dem Anbau des Ackers active, und mit dem anzubauenden Acker passive ist dem Sinn nach nicht verschieden.

**) So *spem novandarum rerum*. L. 24, 24.; aber auch *novandi res* occasio data est. L. 24, 29. Multitudo Aetolorum, avida *novandi res*, Antiochi tota erat. L. 35, 33.

***) cf. §. 142, 4, Not. 2.

loris †). C. Fin. 2, 28. Haec sunt fundamenta firmissima nostrae libertatis, *sui* quemque *iuris* et *retinendi* et *dimittendi* esse *dominum*. C. Balb. 13. Multum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos *principes belli inferendi*. Caes. 5, 54. cf. C. Or. 1, 21, 98. Iam priore consulatu Aemilius *dandi agri* plebi fuerat *auctor*. L. 3, 1. Magnam ingenuit animantibus *conservandi sui* *) natura *custodiam*. C. N. D. 2, 48. Mihi Roscius multa *confirmandi mei causa* dixit. C. Quint. 25. Ambiŏrix hortatur Nervios, ne *sui* in perpetuum *liberandi* atque *ulciscendi* Romanos *occasionem* dimittant. Caes. 5, 38.

Demosthenes *Platonis studiosus audiendi* fuit. C. Or. 1, 20. In magnis animis ingeniisque id saepe contingit, ut sint *cupidi bellorum gerendorum*. C. Off. 1, 22. Timotheus rei militaris fuit *peritus*, neque minus *civitatis regendae*. N. 13, 1. Zeno perpessus est omnia potius, quam *conscios delendae tyrannidis* indicaret. C. Tusc. 2, 22. Verum est, quemquam, si quid optime sciat, *ignarus*que si sit *faciundae* ac *poliendae orationis*, diserte id ipsum non posse, quod sciat, dicere. C. Or. 1, 14.

3. Als *Dativus* kommt

a. Das Gerundium bei Adiectivis, wie *utilis*, *inutilis*, *aptus*, *par*, *habilis*, *idoneus* und ähnlichen §. 120, b. und bei Verbis zur Angabe des Ziels §. 119, 1., nicht häufig vor. Gewöhnlicher ist der Accusativus mit ad.

Quis est tam *scribendo impiger*, quam ego? C. Fam. 2, 1. Crassus, cum *disserendo par* esse non posset, ad auctores confūgit. C. Or. 1, 56. In culice natura telum ita formavit, ut *fodiendo acuminatum* pariter, et *sorbendo fistulosum* esset. P. 11, 2. Illud *ediscendo scribendo*que *commune* est, utrique plurimum conferre bonam valetudinem, animum cogitationibus aliis liberum. Q. 11, 2, 35. Limus ranas generat truncas pedibus; mox *apta natando* crura dat. O. Met. 15, 376. Apamēae cum essem, multarum civitatum principes ad me detulerunt, sumtus decerni legatis nimis magnos, cum *solvendo* civitates non *essent* **). C. Fam. 3, 8. Pompeii theatrum, igne fortuito haustum, Tiberius exstructurum pollicitus est, quod nemo e familia *restaurando sufficeret* ***). Tac. 3, 72. Ego

---

†) wie man den Schmerz nicht achten soll. So: *Elephantorum traiiciendorum* varia *consilia* fuerunt. L. 21, 28.

*) cf. §. 157, 2.

**) da sie nicht bezahlen konnten. Eine sehr gewöhnliche Redensart. Die Stellen s. in Scheller's Lexicon.

***) So accipiundo, referundo sufficere. L. 26, 36.

relictis rebus *Epidicum operam quaerendo dabo* *). Plaut. Epid. 4, 2, 35.

b. Oefter das Gerundivum, auch bei Substantivis, besonders bei Amtsnamen.

Ver tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora *demetendis fructibus et percipiendis accommodata* sunt. C. Sen. 19. Sunt nonnulli *acuendis* puerorum *ingeniis* non *inutiles* lusus. Q. 1, 3, 11. Non omnis materia *est idonea eliciendis ignibus*. S. N. Q. 2, 22. Servius *tritas* aures habebat *notandis generibus* poetarum. C. Fam. 9, 16. Tributo plebes liberata, ut divites conferrent, qui *oneri ferendo essent*. L. 2, 9. Experienda res in uno aut altero est, *sitne* aliquis plebeius *ferendo magno honori*. L. 4, 35. In Phoenice quingentorum est passuum litoris spatium, idque multa per saecula *gignendo fuit vitro*. P. 36, 26. *Satis est quibusdam artificiis percipiendis*, tantummodo id, quod tradatur, memoria custodire. C. Or. 1, 28. Neque mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum *periculis sublevandis* non *impertiam*. C. Mur. 4. Tarquinius instabat, ut *comitia regi creando* **) fierent. L. 1, 35. M. Antonius fuit *triumvir reipublicae constituendae*. N. 25, 12. Demosthenes *curator muris reficiendis* fuit, eosque restituit pecunia sua. C. Opt. Gen. 7. Tiberius Gracchus, *triumvir* creatus *dividendis agris* ***), concitato in arma populo, oppressus est. Flor. 3, 14. Galli transalpini, transgressi in Venetiam, haud procul inde, ubi nunc Aquileia est, *locum oppido condendo* ceperunt. L. 39, 22. *Omnibus hibernis* Caesaris *obpugnandis* erat dictus *dies*, ne qua legio alterae †) legioni subsidio venire posset. Caes. 5, 27.

---

*) So Ecce *nos lavando* operam dederunt. Plaut. Poen. 1, 2, 13. *Ferendo vix erat ventrem*. O. Met. 9, 684. Eine sehr seltene Construction.

**) zur Königswahl. So comitia pontifici maximo creando sunt habita. L. 25, 5. tribunis consulari potestate creandis. L. 4, 6. cf. Drak. ad L. 2, 8, 3. Ferner: *Concilium legi perferendae habere*. L. 3, 16. Aber auch: *Comitia consulis subrogandi*. L. 3, 19, 2. cf. Drak. h. l. *Comitia ferendae legis*. L. 45, 35. Quae *aequandae libertatis essent*. L. 3, 31. cf. Garat. ad C. Verr. 2, 53, 132. pag. 504. sq. §. 102, Not. 2. und unten Not. 5, b.

***) So X vir stlitibus iudicandis. Grut. 465, 5. XV vir sacris faciundis. Ib. 463, 3. Triumviri agro dando. L. 3, 1. Quinqueviri legibus de consulari potestate scribendis. L. 3, 9. triumviri coloniae deducendae. L. 6, 21. dictatorem quaestionibus exercendis dici placuit. L. 9, 36.

†) cf. §. 38, 1. *)

*) Seltner ist bei Amtsnamen *ad*, z. B. Triumviri *ad coloniam* Ardeam *deducendam* creati. L. 4, 11. III viro *ad agr. divi-dend.* Grut. 463, 3. Der Ablativus z. B. A Quinctilio — IIII vir. *iure dicundo*). Ib. 461. cf. Liv. 42, 28. Suet. Caes. 7. Nec *solvendo aere alieno* resp. esset. L. 31, 13. ist hier eigentlich alterthümliche Dativendung; vgl. §. 28, Anm. 2. Spätere aber nahmen dafür dennoch den Ablativ, wie: Is finis fuit *ulciscenda* Germanici *morte*. Tac. 3, 19. wogegen Livius sagt: Is finis Appio *alienae personae gerendae fuit*. L. 3, 36.

4. Als Accusativus steht nur bei den Präpositionen *ad*, *inter*, *ob*, seltner bei *ante*, *circa*, *in*

a. Das Gerundium.

Non solum *ad discendum* propensi sumus, verum etiam *ad docendum*. C. Fin. 3, 20. Breve tempus aetatis satis est longum *ad* bene honesteque *vivendum*. C. Sen. 19. In oratore animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et *ad excogitandum* acuti, et ad *explicandum ornandumque* sint uberes. C. Or. 1, 25. Manus *ad dimicandum* expedita. N. 14, 6. Videmus in bestiis, suam cuique naturam esse *ad vivendum* *) ducem. C. Fin. 5, 15. Nulla res tantum *ad dicendum* proficit, quantum scriptio. C. Brut. 24. Palus Romanos *ad insequendum* tardabat. Caes. 7, 26. 67. Quum in mentem venit, ponor *ad scribendum*. C. Fam. 9, 15. Quod me esse *ad scribendum* **) vides, ex ipso Senatus consulto intelligere potes, aliam rem tum relatam. C. Att. 1, 19. Mores puerorum se *inter ludendum* simplicius detegunt. Q. 1, 3, 12. Virgo Vestalis Amata *inter capiendum* a Pontifice maximo appellatur. Gell. 1, 12. Flagitiosum est, eum, a quo pecuniam *ob absolvendum* acceperis, condemnare. C. Verr. 2, 32. Equi *ante domandum* ingentes tollunt animos. V. Georg. 3, 206. Non solum est oratoris docere, sed plus eloquentia *circa movendum* valet. Q. 4, 5, 6. Saepe dies sermone minor fuit: inque *loquendum* tarda per aestivos defuit hora dies. O. Pont. 2, 10, 37.

Ego nullo loco deero neque *ad consolandum*, neque *ad levandum fortunam tuam*. C. Fam. 5, 17. Communicatio consilii, tali tempore, quasi quaedam admonitio videtur esse

---

*) verschieden von ducem *vivendi*; ducem esse für ducere.

**) Existimabat, alicui Senatus consulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis nunquam *fuit ad scribendum*. C. Fam. 12, 29. der nie bei einem Senatsbeschluß gewesen ist, um ihn mit zu überschreiben. Die Namen derjenigen Senatoren, die für einen Senatsbeschluß mit gestimmt hatten, wurden über die Urkunde desselben geschrieben.

officii, vel potius efflagitatio *ad coeundum societatem*, vel periculi, vel laboris. Ib. 5, 19. Edit. Lagun. Coniungo me cum homine, magis *ad vastandum Italiam*, quum ad vincendum parato. C. Att. 8, 16. Nulla res, quae *ad placandum* †) *deos* pertineret, praetermissa est. C. Cat. 3, 8. Nuntiatum est Caesari, Ariovistum cum suis omnibus copiis *ad occupandum Vesontionem*, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere. Caes. 1, 38. cf. C. 1, 34. T. Manlio adolescenti pietas honori fuit, et quum eo anno primum placuisset, tribunos militum ad legiones suffragio fieri, secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiaeque *ad conciliandum* *) *gratiam* meritis. L. 7, 5. Gracchus duxit *ad depopulandum Celtiberiam* legiones. L. 40, 49. Claudius, illecebris Agrippinae pellectus, subornavit, proximo Senatu, qui censerent, cogendum se *ad ducendum eam uxorem*. Suet. Claud. 26.

b. Das Gerundivum, welches der Deutsche durch zu, um zu mit dem Infinitiv, auch oft durch ein Substantivum auf ung übersetzt.

Deus vult omnibus patere *ad se placandum* et *colendum* viam. C. Leg. 2, 10. Homo magna habet instrumenta *ad obtinendam adipiscendamque sapientiam*. Ib. 1, 22. Duae summae sunt in oratore *laudes*, una subtiliter disputandi, *ad docendum*; altera graviter agendi, *ad animos* audientium *permovendos*. C. Brut. 23. Parvos *ad capiendam fugam* naturae et virium infirmitas impedit. Caes. 7, 26. Natura animum hominis sensibus ornavit *ad res percipiendas* idoneis. C. Fin. 5, 21. E terrae cavernis ignem elicimus, rem *ad colendos agros* necessariam. C. N. D. 2, 60. Multitudo pecudum partim ad vescendum **), partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim *ad corpora vestienda* facta est. C. Tusc. 1, 28. Eadem precor a diis immortalibus *ob* L. Murenae *consulatum* una cum salute *obtinendum*. C. Mur. 1. cf. C. Tusc. 3, 13. extr.

5. Als *Ablativus instrumenti et causae* auf die Frage Wodurch? und bei den Präpositionen *a*, *de*, *ex*, *in*, *cum*, *pro* steht

---

†) nicht placandos, was die Götter anging, die versöhnt werden sollten; sondern was zur Versöhnung derselben gehörte.

*) Nicht *conciliandam*, zur Gunst, die erworben werden sollte, sondern zur Erwerbung derselben. Die Herausgeber haben mehrere Stellen der Art auf die Auctorität einiger Handschriften geändert, ohne die Gründe der bessern Lesart andrer zu berücksichtigen. Eben so muß C. Fam. 9, 16. ad istorum benevolentiam *conciliandum* et *colligendum* gelesen werden.

**) passive, um gegessen zu werden, zur Speise.

a. das Gerundium, welches der Deutsche hier meist durch Substantiva auf ung, oft auch dadurch daß, indem übersetzt.
Hominis mens *discendo* alitur et *cogitando*. C. Off. 1, 30. Socrates *percontando* atque *interrogando* elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat. C. Fin. 2, 1. *Vigilando*, *agendo*, bene *consulendo* prospere omnia cedunt. Sall. C. 52, 29. Lycurgi leges laboribus erudiunt iuventutem, *venando*, *currendo*, *esuriendo*, *sitiendo*, *algendo*, *aestuando*. C. Tusc. 2, 14. P. Scipio latine *loquendo* cuivis erat par, et omnes sale facetiisque facile superabat. C. Brut. 34. Animus defessus *audiendo* aut admiratione integratur, aut risu novatur. C. Inv. 1, 17. Aristotelem in philosophia non deterruit *a scribendo* amplitudo Platonis. C. Or. 2. Pisoni nullum tempus unquam vacabat aut *a scribendo*, aut *a cogitando*. C. Brut. 78. Discrepat *a timendo* confidere. C. Tusc. 3, 7. Iupiter, id est, iuvans pater, quem appellamus *a iuvando Iovem*, a maioribus nostris optimus maximus dicitur. C. N. D. 2, 25. Epicurus nihil *de dividendo* ac *partiendo* docet. C. Fin. 1, 7. Multa *de* bene beateque *vivendo* a Platone disputata sunt. Ib. 1, 2. Prudentia *ex providendo* est appellata. C. Leg. 1, 23. cf. C. N. D. 2, 28, 72. Qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam *ex discendo* capiant, voluptatem? C. Fin. 5, 18. Virtutes cernuntur *in agendo*. C. Part. 23. Saepe plus *in metuendo* mali est, quam in ipso illo, quod timetur. C. Fam. 6, 4. Vitiosum est *in dividendo*, partem in genere numerare. C. Fin. 2, 9. Non potest severus esse *in iudicando*, qui alios in se severos esse iudices non vult. C. Manil. 13. Omnibus rebus is, qui princeps *in agendo* est, ornatissimus et paratissimus esse debet. C. Caecil. 15. Stoici prudentissimi *in disserendo* sunt. C. Brut. 31. cf. 17, 65. Omnibus in rebus temeritas *in assentiendo* errorque turpis est. C. Div. 1, 4. Lex est recta ratio *in iubendo* et *vetando*. C. Leg. 1, 12. Scribendi ratio coniuncta *cum loquendo* est. Q. 1, 5, 3. Heu senex, *vapulando*, hercle, ego abs te mercedem petam. Plaut. Aul. 3, 3, 8.

Dividendo copias *) periere duces nostri. L. 25, 38. Diu *circumsedendo Syracusas* Romani coelo aquisque adsuerant. L. 25, 26. Themistocles *maritimos praedones consectando* mare tutum reddidit. N. 2, 2. *Iniurias ferendo* maiorem laudem,

---

*) nicht durch die Truppen (dividendis copiis), sondern durch das Theilen derselben waren sie unglücklich.

quam *ulciscendo*, mereberis. C. Caecil. 18. Homines ad deos nulla re propius accedunt, quam *salutem* hominibus *dando*. C. Lig. 12. Servilius, consul, *medium se gerendo* nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. L. 2, 27. Ligures, montani, duri sunt atque agrestes; docuit ager ipse, *nihil ferendo*, nisi multa cultura et magno labore quaesitum. C. Agr. 2, 35. Illud verum est Catonis oraculum: *Nihil agendo* homines male facere discunt. Colum. 9, 9, 4. Non pudendo, sed non *faciendo id*, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. C. Or. 1, 26. Dolorem fugientes multi in tormentis saepe mori maluerunt *falsum fatendo*, quam infitiando dolere. C. Part. 14. Pars honesti versatur *in tribuendo suum* *) cuique. C. Off. 2, 5. *Parva* non *contemnendo* maiores nostri maximam hanc rem fecerunt. L. 6, 41. Invidiae verbum ductum est *a nimis intuendo fortunam* alterius. C. Tusc. 3, 9. Legem doctissimi viri Graeco putant nomine *a suum* cuique *tribuendo* appellatam. C. Leg. 1, 6. Qua voce mihi *in commemorando* eorum, qui de me optime sunt meriti, *beneficia* esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis. C. Sext. 1.

b. Das Gerundivum.

Omnis loquendi elegantia augetur *legendis oratoribus* et *poetis*. C. Or. 3, 10. Exercenda est memoria *ediscendis* ad verbum quam *plurimis* et Ciceronis *scriptis* et aliorum. C. Or. 1, 34. Navale bellum *tempestatibus captandis* **) et *observando tempore* anni geritur. L. 5, 6. Quae virtus *moderandis cupiditatibus, regendis*que animi *motibus* †) laudatur, ei temperantiae nomen est. C. Part. 22. Hannibal, ingressus Capuam, *visenda urbe* magnam diei partem consumsit. L. 23, 7. *Sepulcris legendis* redeo in memoriam mortuorum. C. Sen. 7. Ferocior est dolor *libertate sua vindicanda*, quam cupiditas *iniusta dominatione* ††). L. 3, 39. Illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen *ab augendis* hominum *utilitatibus* et *commodis* non recesserunt. C. Off. 1, 44. *Ab oppugnanda Neapoli* Hannibalem absterruere conspecta moenia. L. 23, 1. Multa sunt dicta ab antiquis *de con-*

**) wie C. Brut. 21, 85. dafür auch Iustitia cernitur in *suo* cuique tribuendo. C. Fin. 5, 23. was wohl bei einem Pronomen gestattet war, aber nicht bei einem andern Adiectivo neutr. gen.

***) dadurch, daß oder wenn man günstige Witterung abpaßt.

†) wegen Mäßigung der Begierden und Beherrschung der Gemüthsbewegungen.

††) sc. *vindicanda*, wenn man seine Freiheit — wenn man ungerechte Alleinherrschaft retten will.

temnendis et *despiciendis rebus humanis*. C. Fin. 5, 25. *In voluptate spernenda* et *repudianda* virtus vel maxime cernitur. C. Leg. 1, 20. Brutus in *liberanda patria* est interfectus. C. Sen. 20. *In officio colendo* sita vitae est honestas, et *in negligendo* turpitudo. C. Off. 1, 2. Zeuxis *muliebri in corpore pingendo* plurimum aliis praestabat. C. Inv. 2, 1. *Plerisque in rebus gerendis* tarditas et procrastinatio odiosa est. C. Phil. 6, 3. Multi *in amicis parandis* adhibent curam, *in amicis eligendis* negligentes sunt. C. Lael. 17.

Not. 1. In der ältern Latinität war das Gerundium ein immobiler Redetheil §. 62, 8. und so kommt es noch bisweilen im goldnen Zeitalter, selbst bei Cicero im Nominativ, Accusativ (s. oben 4, a.) und Genitiv statt des Gerundivi vor.

*) Hac utimur constructione, quando consequentiam aliquam rerum, quae verbo demonstrantur, ad eas res, quae participio significantur, ostendere volumus. Quid est enim, Traiano bellante victi sunt Parthi, nisi quod secuta est victoria Traianum bellantem: et, sole ascendente factus est dies, nisi quod ascensionem solis secutus est dies. Prisc. V, 14, 80.

Von den passive gebrauchten Partic. *Praeteriti* der Deponentia kommen als *Abl. absoluti* nur einige vor, s. oben A, 1, e. das Part. *Futuri Activi* überhaupt allein bei spätern Schriftstellern; das Part. *Fut. Passivi* aber nur in wenig Stellen.

Da ein Nebenumstand, in so fern er sich zu dem Inhalt des Hauptsatzes als gleichzeitig, vergangen oder als bevorstehend verhält, bald eine Erklärung, bald eine Zeitbestimmung ausdrücken, bald auch eine Bedingung, Ursache, Absicht andeuten kann, so wird das Participium als Apposition und in den Ablativis absolutis in folgenden Bedeutungen gebraucht:

1. Erklärend, wo es in Bezug auf ein Nomen durch welcher, einer der; mit seinem Nomen im Bezug auf einen ganzen Satz durch: der Umstand, daß übersetzt wird.

a. Peloponnesus est *peninsula*, angustis Isthmi faucibus continenti *adhaerens* *). L. 32, 21. Syracusis praedonum adventum significabat *ignis* e specula *sublatus* **), aut tumulo. C. Verr. 5, 35. Praeter Aeduos et Remos nulla fere *civitas* fuit non *suspecta* ***) Romanis. Caes. 5, 54. Sunt *divitiae certae*, in quacunque sortis humanae levitate *permansurae* †). S. Benef. 6, 3. Misericordia est aegritudo ex miseria *alterius*, iniuria *laborantis*. C. Tusc. 4, 8. *Animo* nobis opus est non *abhorrente* a quietis consiliis. L. 30, 30. Sanguis a corde in totum corpus distribuitur per *venas* admodum *multas*, in omnes partes corporis *pertinentes*. C. N. D. 2, 55. Pisistratus primus Homeri *libros*, *confusos* antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. C. Or. 3, 34. Saepe homines *rationem*, bono consilio a diis immortalibus *datam* ††), in fraudem malitiamque convertunt. C. N. D. 3, 31. Communem humani generis societatem qui tollunt, etiam adversus deos immortales impii iudicandi sunt. ab iis enim *constitutam* inter homines *societatem* evertunt. C. Off. 3, 6. Horatius Cocles *rem* ausus est plus famae *habituram* ad posteros, quam fidei. L. 2, 10. Caesar Calpurniam, *L. Pisonis* filiam, *successuri* sibi in consulatu, duxit uxorem. Suet. Caes. 21. Prudentia est *rerum expetendarum fugiendarumque* scientia. C. Off. 1, 43.

Aruns Tarquinius et Tullia minor iunguntur nuptiis, magis non *prohibente Servio*, quam *approbante* †††). L. 1, 46.

---

*) die mit dem festen Lande zusammen hängt.
**) welches in die Höhe gehoben wurde.
***) die den Römern nicht verdächtig gewesen wäre.
†) die bleiben werden.
††) die ihnen die Götter gegeben haben.
†††) welches Servius nicht sowohl billigte, als geschehen ließ.

Caligula saltandi canendique artes studiosissime appetebat, facile id sane *Tiberio patiente*. Suet. Cal. 11.

b. Ad Prusiam regem legatus Quinctius Flamininus venit, quem suspectum Romanis et *receptus* post fugam Antiochi *Hannibal*, et *bellum* adversus Eumenem *motum* [1]) faciebat. L. 39, 51. Quartum Idus Ianuarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura ultra solitum turbaverant. *Observatum id* [2]) antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret. Tac. H. 1, 18. Hannonem poenitebat *suscepti* adversus Romanos *belli* †). L. 23, 12. Labeo male *administratae provinciae* arguebatur. Tac. 6, 29. Conscientia bene *actae vitae*, multorumque bene factorum recordatio iucundissima est. C. Sen. 3. Barbarus quidam Hasdrubalem, ob iram *interfecti* ab eo *domini*, obtruncavit. L. 21, 2. Ubi Sagunti excidium Romae nuntiatum est, Patres pudor non *lati auxilii* ††) cepit. L. 21, 16. Sp. Cassius, M. Manlius propter suspicionem *regni appetendi* †††) sunt necati. C. Phil. 2, 44. Aeneas et Antenor pacis *reddendaeque Helenae* *) semper auctores fuerant. L. 1, 1.

Tarquinius Turnum *oblato falso crimine* **) oppressit. L. 1, 51. Cur paupertatem, *sumtu* ad sacra *addito*, deorum aditu arceamus? C. Leg. 2, 10. Pericles *Athenienses*, solis obscuratione territos, *redditis* eius rei *caussis*, metu liberavit. Q. 1, 10, 47. Pictor ille vidit, quum *immolanda Iphigenia* ***) tristis Calchas esset, moestior Ulixes, moereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse. C. Orat. 22. Multitudo quum plausum, *meo nomine recitando*, dedisset, habui concionem. C. Att. 4, 1. 4 med. cf. C. Cat. 3, 3, 6.

2. Als Zeit bestimmender Beisatz wird das Participium, wenn von Gleichzeitigem die Rede ist, durch *da*, *als*, indem,

---

1) der Umstand, daß er den Hannibal aufgenommen und Krieg angefangen hatte, oder: die Aufnahme Hannibals und die Erregung eines Kriegs.

2) dieser Umstand, den man von alter Zeit her beachtet hatte, um Wahlversammlungen aufzuheben.

†) daß Krieg mit den Römern angefangen worden war.

††) Scham darüber, daß sie (jener Stadt) nicht Hülfe geleistet hatten.

†††) wegen des Verdachts, daß sie nach der Königswürde strebten.

*) hatten zum Frieden und dazu gerathen, daß H. zurückgegeben werden sollte.

**) dadurch, daß er eine falsche Beschuldigung auf ihn brachte.

***) darüber, daß J. geopfert werden sollte. Diese Ablative sind hier mit von dem Prädicat des Hauptsatzes abhängig.

während; von oft Wiederholtem durch wann, so oft als; und wenn es völlig Vergangenes andeutet, durch nachdem übersetzt.

Hipparchus, Pisistrati filius, in Marathonia pugna cecidit arma contra patriam *ferens* †). C. Att. 9, 10. Recte facta *sapientes* sequuntur, *utentes* tanquam duce natura. C. Fin. 5, 24. Appāret, ventris haud segne ministerium esse, nec magis ali, quam alere *eum, reddentem* in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, sanguinem. L. 2, 32. *Tiberius, traiecturus* *) Rhenum, commeatum omnem non ante transmisit, quam explorasset vehiculorum onera. Suet. Tib. 18. *Dionysius tyrannus*, Syracusis *expulsus*, Corinthi pueros docebat. C. Tusc. 3, 12. — Socratis morti illacrimare *soleo*, Platonem *legens*. C. N. D. 3, 33. Luna tum *subiecta* atque *opposita* soli radios eius et lumen obscurat, tum ipsa *incidens* in umbram terrae, cum est e regione solis, repente deficit. Id. 2, 40. Ne mente quidem recte uti *possumus*, multo cibo et potione *completi*. C. Tusc. 5, 35. *Elephantes* amnem *transituri* minimos praemittunt. P. 8, 5. Herculem *Germani*, primum omnium virorum fortium, *ituri* in proelia, canunt. Tac. G. 3. Pleraeque scribuntur *orationes habitae* iam, non, ut habeantur. C. Brut. 24. *Alexander* admitti Abdolonymum iussit, diuque *contemplatus*, corporis, inquit, habitus famae generis non repugnat; sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris. Curt. 4, 1, 25. *Lauti* **) cibum capiunt *Germani*. Tac. G. 22.

Alexander, quisnam esset? interrogat. Et ille, Clitum esse, respondit. Haec *dicentis* ***) latus hasta transfixit. Curt. 8, 1, 52. *Aranti Quinctio Cincinnato* nuntiatum est, eum dictatorem esse factum. C. Sen. 16. *Mithridatem* in timore et fuga Tigranes, rex Armeniae, excepit, *diffidentem*que rebus suis confirmavit. C. Manil. 9. — Nemo observat *lunam*, nisi *laborantem* †). S. N. Q. 7, 1. Alit lectio *ingenium*, et studio *fatigatum* reficit. S. Ep. 84. — Hannibal *M. Minucium Rufum*, magistrum equitum, dolo *productum* in proelium fugavit. N. 23, 5. Persae *mortuos* cera *circumlitos* ††) condunt. C. Tusc. 1, 45.

---

†) während er trug.
*) als er über den Rhein setzen wollte.
**) nachdem sie sich gewaschen haben, oder: die Germanen waschen sich, ehe sie essen.
***) indem er (Clitus) dieses sagte, durchbohrte Alexander seine Seite.
†) wenn er sich verfinstert.
††) nachdem sie sie mit Wachs umgossen haben, oder: die Perser umgießen ihre Todten mit Wachs, ehe sie sie begraben.

Solon et Pisistratus *Servio Tullio regnante* †††) viguerunt. C. Brut. 10. cf. C. Tusc. 1, 16. extr. Quaeritur, utrum mundus *terra stante* circumeat, an *mundo stante* terra vertatur. S. N. Q. 7, 2. Crastino die *oriente sole* redite in pugnam. L. 3, 2. Tribus hastis iugum fit, humi *fixis duabus*, superque eas *transversa una deligata*. L. 3, 28. *Dione* Syracusis *interfecto*, Dionysius rursus Syracusarum potitus est. N. 20, 2. *Sole orto*, Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos, quam a se urbem, viderunt. L. 4, 9. *Regibus exactis*, consules creati sunt. L. 4, 4. Pompeius, *captis Hierosolymis*, victor ex illo fano nihil attigit. C. Flacc. 28. Thrasybulus a barbaris, ex oppido noctu *eruptione facta* *), in tabernaculo interfectus est. N. 8, 4. Caesar, *circuitis omnibus hibernis*, naves longas invenit instructas. Caes. 5, 2. Dionysium in Orientem praemisit Augustus, *ituro* in Armeniam *maiore filio*. P. 6, 27. extr. — *Iove tonante* **) cum populo agi non est fas. C. Phil. 5, 3. Videmus aquam spumare, *igne subiecto*. S. N. Q. 6, 11. Rex apum non nisi *migraturo examine* foras procedit. P. 11, 16. Antonius *coniectura movenda* et *sedanda suspicione* aut *excitanda* ***) incredibilem vim habebat. C. Brut. 39. Illa quidem consolatio pervulgata est maxime, ut, *eventis* aliorum memoria *repetendis*, nihil accidisse nobis novi cogitemus. C. Fam. 5, 16. Bruti virtute *regibus exterminatis*, libertas in re publica constituta est. C. Flacc. 11. Scipio Siculis omnibus, *Karthagine capta*, quae potuit, restituenda curavit. C. Verr. 2, 35.

*) Beziehen sich die Ablativi Absoluti auf einen besondern Umstand im Hauptsatze, so wird im Deutschen wobei gebraucht. In manchen Verbindungen, besonders nach non prius quam und non nisi paßt für das Partic. Praeteriti bis; in andern so bald als.

Camillus dictator Romam ad scribendum novum exercitum redit, *nullo detrectante* †) militiam. L. 5, 19. Salis vendendi arbitrium ademtum privatis; portoriis quoque et tributo *plebe liberata* ††), ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent. L. 2, 8. Tiberius excessum Augusti non prius palam fecit,

†††) während S. T. regierte, oder: während der Regierung S. T.

*) da sie einen Ausfall gethan hatten; hier auf a barbaris bezogen, welches ohne Nachtheil der Deutlichkeit geschehen konnte.

**) wenn (so oft als) Jupiter donnert.

***) wenn eine Vermuthung in Anregung gebracht, ein Verdacht niedergeschlagen oder erregt werden sollte.

†) wobei Niemand sich weigerte, Kriegsdienste zu thun; hier in Bezug auf ad scribendum exercitum.

††) wobei das gemeine Volk auch — befreit wurde. So Tac. H. 4, 70, 6.

quam *Agrippa iuvene interemto* *). Suet. Tib. 22. Miles adactus est iureiurando, nisi *capta urbe* non remeare. Flor. 1, 12, 8. Nihil, *me sciente* **), frustra voles. Sall. I. 110. Ut necesse est, lancem in libra, *ponderibus impositis* ***), deprimi; sic animum perspicuis cedere. C. Acad. 2, 12. Medici, *causa* morbi *inventa*, curationem esse inventam putant. C. Tusc. 3, 10. In corpore perspicuum est, *elapso animo*, nullum residere sensum. Ib. 1, 43.

3. Als bedingender Beisatz (bei einem Conditionalverhältniß) durch wenn, doch nur, wenn dieses mit welcher oder indem verwechselt werden kann.

Quis est, *qui* totum diem *iaculans*, non aliquando collineet? C. Div. 2, 59. *Epistolae* offendunt, non loco *redditae*. C. Fam. 11, 16. *Hostes*, hanc *adepti* victoriam, in perpetuum se fore victores confidebant. Caes. 5, 39.

Mendaci homini ne verum quidem *dicenti* credere solemus. C. Div. 2, 71. Quod regnum potest esse praestantius, quam *despicientem* omnia humana, et inferiora sapientia *ducentem*, nihil unquam, nisi sempiternum et divinum animo volutare? C. Rep. 1, 17. Non *mihi*, nisi *admonito* †), venisset in mentem. C. Or. 2, 42.

Maximas virtutes iacere omnes necesse est, *voluptate dominante*. C. Fin. 2, 35. Nihil praecepta atque artes valent, nisi *adiuvante natura*. Q. Prooem. 26. Quaenam sollicitudo vexaret impios, *sublato* suppliciorum *metu?* C. Leg. 1, 14. Quae potest esse iucunditas vitae, *sublatis amicitiis?* C. Planc. 33. Caesar homines inimico animo, *data facultate* per Provinciam itineris faciundi, non temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. Caes. 1, 7. cf. 7, 13. fin. N. 1, 3, 4. Onera *contentis corporibus* facilius feruntur, *remissis*, opprimunt. C. Tusc. 2, 23. Ferocior dolor *libertate sua vindicanda* ††), quam cupiditas iniusta dominatione est. L. 3, 39.

*) Livius und Spätere (Aeltere selten) verbinden mit dem Participio in dieser Bedeutung auch *ut*, *velut*, *tanquam*. Galli laeti, ut *explorata victoria*, ad castra Romanorum pergunt. Caes. 3, 18. Albani sacra, *velut Diis*, quoque simul cum patria *relictis*, oblivioni dederant. L. 1, 31. In Asiam *adventus* Antiochi dissimulari ab Romanis, *tanquam* nihil ad eos *pertinens*, potuit. L. 33, 39. Antiochus Ephesi securus de bello Romano erat, *tanquam non transituris in Asiam Romanis*. L. 36, 41.

---

*) nicht eher, als bis der junge Agrippa ermordet war.
**) wenn (sobald) ich darum wissen werde.
***) sobald man Gewichte darauf legt.
†) wenn ich nicht erinnert worden wäre.
††) wenn man seine Freiheit zu rächen hat.

4. Als einräumender Beisatz (bei einem Concessivverhältniß) durch obschon, obgleich, wenn auch; ebenfalls wenn für diese Bedeutungen welcher, indem stehen kann.

Ut oculus, sic *animus*, se non *videns* *), alia cernit. C. Tusc. 1, 27. Risus interdum ita repente erumpit, ut eum *cupientes* tenere, *nequeamus*. C. Or. 2, 58. Scripta tua, Varro, iam diu *exspectans*, non *audeo tamen* flagitare. C. Acad. 1, 1. *Fimbria*, omnia magna voce *dicens*, verborum sane bonorum cursu quodam concitato, ita *furebat* tamen, ut mirarere tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus. C. Brut. 66. Crocodili, fluviatilesque testudines, quaedamque *serpentes*, *ortae* extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. C. N. D. 2, 48. *Ariovistus* in colloquium venire *invitatus gravabatur*. Caes. 1, 35. Ibi vehementissime *perturbatus Lentulus*, tamen et signum suum et manum cognovit. C. Cat. 3, 5. Quis hoc non intelligit, *Verrem*, *absolutum*, *tamen* ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse? C. Verr. 1, 4. cf. C. Fam. 1, 7, 27.

Bestiis ipsa terra fundit ex sese pastus varios, nihil *laborantibus*: *nobis* autem aut vix, aut ne vix quidem, suppetunt, multo labore *quaerentibus*. C. Fin. 2, 34. Qua humanitate tulit Pompeius contentionem meam pro *Milone*, *adversante* interdum actionibus suis? C. Fam. 3, 10, 32. *Pleraque*, ante oculos *posita*, transimus. S. Ep. 94.

Hoc non modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut, *amicis nostris accusantibus*, non etiam alienissimos defendamus. C. Mur. 5. Q. Mucius solus in castra Porsenae venit, eumque interficere, *proposita* sibi *morte*, conatus est. C. Sext. 25. *Proposita invidia*, *morte*, *poena*, qui nihilo segnius rempublicam defendit, is vir vere putandus est. C. Mil. 30. *Perditis rebus omnibus*, *tamen* ipsa virtus se sustentare potest. C. Fam. 6, 1. Summa difficultate rei frumentariae *affecto exercitu*, nulla tamen vox est a militibus audita, populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna. Caes. 7, 17. Milites, *non exaudito tubae sono*, quod satis magna vallis intercedebat, tamen ab Tribunis militum Legatisque retinebantur. Id. 7, 47.

*) Cicero läßt auf das Participium in dieser Bedeutung nur *tamen* folgen. Spätere setzen hier vor das Participium auch *etsi*, *quanquam*, *quamvis*.

Agis, rex Lacedaemoniorum, *etsi* a multitudine *victus*, gloria tamen omnes vicit. L 12, 1. Galba loricam induit lin-

---

*) obgleich sie sich nicht sieht.

team, *quanquam* haud *dissimulans*, parum adversus tot mucrones profuturam. Suet. Galb. 10. Caesarem milites, *quamvis recusantem*, ultro in Africam sunt secuti. Suet. Caes. 70. Externus timor, maximum concordiae vinculum, *quamvis suspectos infensosque* inter se, iungebat animos. L. 2, 39. Germanicus sine milite incessit, P. Scipionis aemulatione; quem eadem factitavisse apud Siciliam, *quamvis flagrante* adhuc Poenorum *bello*, accepimus. Tac. 2, 59. Caesar, *quanquam obsidione* Massiliae, *summaque* frumentariae rei penuria *retardante*, brevi tamen omnia subegit. Suet. Caes. 34. Nymphidius, qui imperium sibi moliebatur, in ipso conatu oppressus est: sed *quamvis capite* defectionis *sublato*, manebat plerisque militum conscientia. Tac. H. 1, 5. Quies provinciae, *quanquam remoto Consulari*, mansit. Ib. 1, 60.

5. Bei einem Causalverhältniß gibt das Participium eine Ursache oder Absicht an:

a. Die Ursache wird im Deutschen durch da, weil angedeutet.

Nihil *affirmo*, *dubitans* plerumque et mihi ipse *diffidens*. C. Div. 2, 3. *Aegyptii* et *Babylonii*, in camporum patentium aequoribus *habitantes*, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. C. Div. 1, 42. Omnis summa philosophiae ad beate vivendum refertur, idque unum *expetentes homines* se ad hoc studium contulerunt. C. Fin. 2, 17. Saepe motu terrarum itinera turbantur et ruina interscindit aquas, *quae, retentae*, novos exitus quaerunt. S. N. Q. 3, 11. Illud tibi *expertus promitto* et spondeo, te socios Bithyniae, si iis commodaris, memores esse et gratos cogniturum. C. Fam. 13, 9. Aeduorum milites legatis Caesaris renuntiant, se Biturigum perfidiam *veritos* revertisse. Caes. 7, 5. Themistocles apud senatum Lacedaemoniorum liberrime professus est, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se *remitterent*; aliter illos nunquam in patriam *recepturi* *). N. 2, 7.

Servilius Ahala *Spurium Maelium*, regnum *appetentem*, interemit. C. Sen. 16. Athenienses *Alcibiadem*, *corruptum* a rege Persarum, capere Cymen noluisse arguebant. N. 7, 7. Cophes suadere coepit *Arimazi* petram tradere, gratiam regis *inituro*, si eum in unius rupis obsidione haerere non coegisset. Curt. 7, 11, 23.

Artes innumerabiles repertae sunt, *docente natura* **). C. Leg. 1, 8. Multorum artificum obscurior fama est, quorundam claritati in operibus eximiis *obstante numero* artificum. P. 36,

---

*) weil sie sonst jene nie wieder bekommen würden, oder: denn sonst würden sie —; eine seltne Construction.
**) weil die Natur sie lehrte.

5. Anxur in Volscis brevi receptum est, *neglectis* die festo *custodiis* urbis. L. 5, 13. Milites, *pecore* e longinquioribus vicis *adacto*, extremam famem sustentabant. Caes. 7, 17. C. Flaminium Caelius *religione neglecta* cecidisse apud Trasimenum scribit. C. N. D. 2, 3. Deserere Rheni ripam, *irrupturis* tam *infestis nationibus*, non conducit. Tac. H. 2, 32.

b. Die Absicht eines Handelnden drückt das Participium *Futuri*, im Deutschen um zu, oder wollen mit dem Infinitiv aus. Doch brauchen diese Construction nur Spätere.

Catilina ad praeparatum a Manlio in Etruria exercitum proficiscitur, signa *illaturus* †) urbi. Flor. 4, 1, 8. Brutus consul ita proelio uno accidit Vestinorum res, ut dilaberentur in oppida, moenibus se *defensuri*. L. 8, 29. *Tyrii* aurea catena devinxere simulacrum Apollinis, araeque Herculis, cuius numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo deo Apollinem *retenturi*. Curt. 4, 3, 22. — Vitellius suasit senatui, ut ad Flavium Sabinum, Vespasiani fratrem, *legatos* mitteret, pacem, aut certe tempus ad consultandum *petituros*. Suet. Vitell. 16.

*) Cicero braucht statt dieser Construction ut oder qui mit dem Conjunctiv, z. B. legatos, *qui peterent*. Mit dem Participio Praeteriti in der Bedeutung weil, verbinden Livius und Spätere auch *ob*, *propter*.

Decemviri libros Sibyllinos inspicere iussi sunt *propter territos homines* novis prodigiis. L. 22, 36. Tiberius militem, *ob surreptum* e viridario *pavonem*, capite puniit. Suet. Tib. 60. Canōpum condidere Spartani, *ob sepultum* illic *rectorem* navis *Canōpum* ††). Tac. 2, 60.

Not. Steht das Participium erklärend oder als Zeitangabe, so wird es im Deutschen auch auf folgende Weise umschrieben:

1. Es wird durch Verwandlung des Participii in das Tempus finitum des Hauptverbi ein besonderer Satz gebildet, und dieser

a. durch und mit dem Hauptsatze verbunden.

Grues, quum loca calidiora *petentes* *) maria transmittunt, trianguli efficiunt formam. C. N. D. 2, 49. *Legatus* ab Antiocho in castra consulis venerat, de pace *afferens* mandata. L. 37, 34. *Albucius* animo aequissimo Athenis exsul philosophabatur; cui tamen illud ipsum non accidisset, si in republica *quiescens*, Epicuri legibus paruisset. C. Tusc. 5, 37. Nunquam esuriens Ptolemaeus ederat: *cui* quum *peragranti* **) Aegyptum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Ib. 34. *Oppidum* Gonni viginti millia ab Larissa abest, in

†) um die Hauptstadt anzugreifen.
††) weil dort der Steuermann Canopus begraben war.
*) wenn sie wärmere Gegenden aufsuchen und über Meere fliegen.
**) als er Aegypten durchreiste und ihm.

ipsis faucibus saltus, quae Tempe appellatur, situm. L. 33, 10. Exercitus summam imperii ad Hannibalem detulit. Id Carthaginem *delatum* ***) publice comprobatum est. N. 23, 3. Caesar scribit, *se* cum legionibus *profectum* celeriter affore. Caes. 5, 48. T. Manlius *Gallum*, in conspectu duorum exercituum *caesum*, torque spoliavit. L. 6, 42. Vercingetorix docet pabulum secari non posse: necessario *dispersos hostes* ex aedificiis petere. Caes. 7, 14. Spartanorum respublica etiam reliquam Graeciam evertit contagionibus malorum, *quae* a Lacedaemoniis *profectae* manarunt latius. C. Off. 2, 23. Cossus spolia in aede Iovis Feretrii prope Romuli spolia, *quae prima Opima appellata*, sola ea tempestate erant, dono fixit. L. 4, 20. Pompeius iter ad legiones habebat, *quas* a Caesare *acceptas* †) in Apulia hibernorum causa disposuerat. Caes. C. 1, 14. Iure interfectum Clitum *Macedones* decernunt, sepultura quoque *prohibituri* ††), ni rex humari iussisset. Curt. 8, 2, 12.

Audariatae propter ranarum muriumque multitudinem *relicto* patriae *solo* †††), sedes novas quaerebant. I. 15, 2. Domitius flumen Albim transcendit, longius *penetrata Germania*, quam quisquam priorum. Tac. 4, 44. *Parte* iam obsidum *transdita* quum reliqua administrarentur, equitatus hostium procul visus est. Caes. 7, 12. Caesar epistolam Graecis conscriptam literis mittit, ne, *intercepta ea*, sua ab hostibus consilia cognoscantur. Id. 5, 48. Qui diffidit perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando, *amissis illis*, sit miser. C. Fin. 2, 27.

b. oder durch aber, wenn der Hauptsatz zum Participio in einem Adversativverhältniß steht.

Veteres Peripatetici Academicique, re *consentientes* *), vocabulis differebant. C. Fin. 4, 2. *Miltiades* capite *absolutus*, pecunia multatus est. N. 1, 7. Divitiacus auxilii petendi causa ad senatum *profectus*, infecta re redierat. Caes. 6, 12. Conon defectiones solis, servatas ab Aegyptiis, collegit, nullam autem mentionem fecit cometarum: non *praetermissurus* **), si quid explorati apud illos comperisset. S. N. Q. 7, 3. Legatis Romanis, ad coenam invitatis, a Ptolemaeo rege aureae coronae missae sunt, *quas* illi honoris causa *receptas* ***) postera die statuis regis imposuerunt. I. 18, 2.

2. Steht vor dem Participio eine Negation, so wird es durch ohne zu mit dem Infinitiv, oder durch ohne daß übersetzt.

Epicurus non erubescens 1) voluptates persequitur omnes nominatim. C. N. D. 1, 40. Constat, *Numam non petentem*, in

---

***) dieses Unternehmen wurde nach K. berichtet und öffentlich gebilligt.

†) die er vom Cäsar erhalten und — vertheilt hatte.

††) und sie würden auch seine Beerdigung verhindert haben. Das Part. Fut. Activi brauchen so nur Spätere.

†††) verließen ihren vaterländischen Boden und suchten.

*) waren in der Sache einig, aber in den Worten verschieden.

**) er würde es aber nicht unterlassen haben, oder: welches er nicht unterlassen haben würde.

***) die sie zwar annahmen, aber —.

1) ohne sich zu schämen.

regnum ultro adcitum. L. 1, 35. Sapientis est, *nihil* contra mores, leges, instituta *facientem* ††), habere rationem rei familiaris. C. Off. 3, 15. Miserum est, *nihil perficientem* †††) angi. C. N. D. 3, 6. Nonne modo *pueros*, modo *adolescentes*, in cursu a tergo insequens, *nec opinantes* *) assecuta est senectus? C. Tusc. 1, 39. Demosthenes summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat; *neque* id *consistens* in loco, sed inambulans. C. Or. 1, 61. *Romani* Graecis, *non rogati*, ultro adversus tyrannum Nabin offerunt auxilium. L. 34, 23. Nunquam Caesar exercitum per insidiosa itinera duxit, *nisi perspeculatus* locorum situs. Suet. Caes. 58. *Misericordia* occurrere ipsa solet calamitosis, *nullius* oratione *evocata*. C. Deipt. 14.

Timoleon tantum habuit amorem omnium Siculorum, ut *nullo recusante* **) regnum obtineret. N. 20, 3. In bello civili nihil accidit, *non praedicente me*. C. Fam. 6, 6. Nihil potest evenire, *nisi causa antecedente*. C. Fat. 15. Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, *nulla praestituta die*. C. Tusc. 1, 39. Caesar, *neque diurno, neque nocturno itinere intermisso*, per fines Aeduorum in Lingones contendit. Caes. 7, 9. Quis est, qui *nullis* officii *praeceptis tradendis* ***) philosophum se audeat dicere? C. Off. 1, 2.

5. In andern Fällen lassen sich die Participia kürzer durch ein Substantivum, besonders auf ung, mit einer Präposition ausdrücken, oder auch durch eine Präposition allein, §. 143, c.

Sol *oriens* et *occidens* 1) diem noctemque conficit. C. N. D. 2, 40. *Omne malum nascens* 2) facile opprimitur; inveteratum fit plerumque robustius. C. Phil. 5, 11. Aeschinem aiunt *petentibus* 3) *Rhodiis* legisse orationem suam, deinde Demosthenis, summis utramque clamoribus. P. Ep. 4, 5. *Atticus* de foro decesserat, *timens* proscriptionem. N. 25, 10. Hamilcar ut Karthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, *rempublicam se habentem* 4) cognovit. N. 22, 2. Cicero contra Caesarem Pompeio suasit, ne pateretur ferri, ut *absentis* 5) *eius* ratio haberetur. C. Phil. 2, 10. — Utinam ad senectutem perveniatis, ut ea, quae ex me audistis, re *experti* 6) probare possitis. C. Sen. 23. Omnia, quae dico de Plancio, dico *expertus* in nobis. C. Planc 9. Valet apud nos *clarorum hominum* et bene de re publica *meritorum* memoria etiam *mortuorum* 7). C. Sext. 9. *Terra mutata* non mutat genus aut mores. L. 37, 54. Pyrrhus quum

---

††) ohne zu handeln.
†††) ohne etwas ausrichten zu können, oder: wenn man nichts ausrichten kann.
*) ohne daß (ehe) sie es vermutheten.
**) ohne daß sich Jemand weigerte.
***) ohne moralische Vorschriften zu geben.
1) durch ihren Auf- und Untergang.
2) bei seinem Entstehen.
3) auf ihr Bitten.
4) fand er den Staat in einem ganz andern Zustande.
5) daß (bei der Consulwahl) auf ihn in seiner Abwesenheit Rücksicht genommen würde.
6) durch wirkliche Erfahrung.
7) nach ihrem Tode.

Argos oppugnaret, lapide *ictus* ††) interiit. N. 21, 2. Helvetiorum legati Caesarem in itinere convenerunt, suppliciterque *locuti flentes* pacem petierunt. Caes. 1, 27. *Caedem* Flaminii consulis exercitusque *allatam* aegre tulit rex Hiero. L. 22, 37. — *Augendae* †††) *voluptatis* finis est, doloris omnis amotio. C. Fin. 2, 3. Cotta se valde *dilatandis literis* *) a similitudine graecae locutionis abstraxerat. C. Brut. 74. — Neminem nisi *iuvante deo*, singularem virum fuisse credendum est. C. N. D. 2, 66. Athenis, *Epimenide Crete suadente*, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. C. Leg. 2, 11. Thales Milesius primus defectionem solis, quae *Astyage regnante* facta est, praedixisse fertur. C. Div. 1, 50. Caesar legiones *se absente* dimicaturas intelligebat. Caes. 7, 6. — Brutus deminutum Patrum numerum, *primoribus* equestris gradus *lectis* **), ad trecentorum summam explevit. L. 2, 1. Quae est in hominibus tanta perversitas, ut, *inventis frugibus*, glande vescantur? C. Or. 9. *Paucis interpositis diebus* ***) Laelius multo diligentius meliusque dixit. C. Brut. 22.

Senatum Romanum praetores per dies aliquot *ab orto* usque *ad occidentem solem* in curia retinent, *consultantes*, quonam duce, aut quibus copiis resisti Poenis victoribus posset. L. 22, 7. Regnatum Romae *ab condita urbe ad liberatam* annos ducentos quadraginta quatuor. L. 1, 60. Inter Lavinium et Albam Longam *coloniam deductam* triginta ferme interfuere anni. L. 1, 3. Lustrum *propter Capitolium captum*, *consulem occisum* condi religiosum fuit. L. 3, 22 Potestas tribunicia provocatioque *ante decemviros creatos* auxilia plebis fuerant. L. 3, 53. Thebae et *ante Epaminondam natum*, et post eius interitum perpetuo alieno paruerunt imperio. N. 15, 10. cf. Caes. 7, 3. Longe *post natos homines* 1) improbissimus fuit Servilius Glaucia. C. Brut. 61. Maior *ex civibus amissis* dolor, quam laetitia fusis hostibus fuit. L. 4, 17. Caesar queritur *de Milone* per vim *expulso*. C. Att. 9, 14.

Fuit profecto quibusdam summis viris *ad res magnas* bene *gerendas* 2) divinitus adiuncta fortuna. C. Manil. 16. Flagitiosum est *ob rem iudicandam* 3) pecuniam accipere. C. Verr. 2, 32. Nonne philosophi in his ipsis libris, quos scribunt *de contemnenda gloria*, sua nomina inscribunt? C. Tusc. 1, 15. Pueri ne verberibus quidem *a contemplandis rebus perquirendis*que deterrentur. C. Fin. 5, 18. Omne animal, simul atque est ortum,

††) durch einen Steinwurf.
†††) das Ziel der Vermehrung des Vergnügens.
*) durch die breite Aussprache der Buchstaben.
**) durch die Wahl (Aufnahme) der Vornehmsten aus dem Ritterstande.
***) nach Verlauf weniger Tage, oder: nach wenig Tagen. So: interiectis aliquot diebus. Caes. C. 2, 14. nocte intermissa. Caes 1, 27.
1) seit der Entstehung des Menschengeschlechts; post Hernicos subactos. L. 9, 45, 6. (nicht Hernicis subactis) vgl. §. 148, C. Not. 1.
2) zur glücklichen Ausführung großer Unternehmungen.
3) wegen eines Richterspruchs.

est *in se conservando* occupatum. Ib. 4, 18. Temperantia constat *ex praetermittendis voluptatibus* corporis. C. N. D. 3, 15. Inest in explicatione naturae, insatiabilis quaedam *e cognoscendis rebus* *) voluptas. C. Fin. 4, 5. Magis est secundum naturam, *pro omnibus gentibus*, si fieri possit, *conservandis* aut *iuvandis* maximos labores molestiasque suscipere, quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus. C. Off. 3, 5. — Crotoniatae quondam templum Iunonis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxin magno pretio *conductum* adhibuerunt. C. Inv. 2, 1. für. Veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo atque inventore Tisia *repetitos*, unum in locum conduxit Aristoteles. Ib. 2, 2. vom L. an.

4. Oder durch einen Infinitiv mit zu, durch einen vollständigen Satz mit wie.

Clodius *ob expellendum* urbe *Ciceronem* **) plebeio homini in adoptionem se dedit. Suet. Tib. 2. Vidisti, quam abhorrerem *ab urbe relinquenda* ***). C. Fam. 2, 16. Phocion cum Demade *de urbe tradenda* Antipatro consenserat. N. 19, 2. Augustus *de reddenda republica* bis cogitavit, sed *in retinenda* perseveravit. Suet. Aug. 28. — *De libertate retinenda* †), qua certe nihil est dulcius, tibi assentior. C. Att. 15, 13. Adolescentes Romani *de accipiendis* ††) clam nocte in urbem *regibus* colloquuntur. L. 2, 3. *Officii conservandi* †††) praecepta traduntur illa quidem, sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. C. Off. 1, 18.

5. Ist ein Participium mit einem Relativo oder Fragwort verbunden, so kann dieses im Deutschen nur durch eine Umschreibung wiedergegeben werden.

Species hominum collatae sunt in deos aut consilio quodam sapientum, aut superstitione, ut essent simulacra, *quae venerantes* 1) deos ipsos se adire crederent. C. N. D. 1, 27. Non sunt ea bona dicenda, nec habenda, *quibus abundantem* 2) licet esse miserrimum. C. Tusc. 5, 15. Voluptatem sentiunt omnes, *quam sensus accipiens* 3) movetur et iucunditate quadam perfunditur. C. Fin. 2, 3. Illa tanquam cycnea fuit L. Crassi vox et oratio, *quem* quasi *exspectantes* 4), post eius interitum veniebamus in curiam. C. Or. 3, 2. Incurro in memoriam communium mise-

*) über die Vermehrung unsrer Kenntnisse.
**) um den Cicero aus der Hauptstadt zu vertreiben.
***) die Stadt zu verlassen.
†) was die Beibehaltung der Freiheit anbetrifft.
††) wie man die königliche Familie aufnehmen könne.
†††) wie man seine Pflicht beobachten solle.
1) bei deren Verehrung. So quam legens. C. Lael. 1, 5. qua utens. C. Brut. 24, 93. quo intuens. C. Or. 1, 32, 145.
2) bei deren Ueberfluß, oder: bei welchen, wenn man sie auch im Ueberfluß hat.
3) bei deren Empfindung, oder: denn wenn der Sinn sie empfindet, so wird er dadurch in Regsamkeit gesetzt.
4) den wir gleichsam erwarteten, als wir —.

riarum, *quarum* oblivionem *quaerens* *), hunc ipsum sermonem produxi longius. C. Brut. 71. Britanni maritimi omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, *quibus orti* **) ex civitatibus eo pervenerunt. Caes. 5, 12. Homines interdum voluptates non consequuntur, *quarum* potiendi spe *inflammati* ***) multos labores magnosque susceperant. C. Fin. 1, 18. Natura fit, ut liberi a parentibus amentur: *a quo* initio *profectam* †) humani generis societatem persequimur. Ib. 3, 19. Decernebatur Seiano statua in Pompeii theatro ponenda, *quod exustum* Caesar reficiebat. S. Marc. 22. Principio Assyrii traiectiones motusque stellarum observitaverunt: *quibus notatis* ††), quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. C. Div. 1, 1. Tui nihil existimabunt esse tam difficile, *quod* non, pro te mihi *susceptum* †††), iucundum sit futurum. C. Fam. 6, 10. Fac esse summum bonum non dolere; idne est, *quo traducti* 1) luctum levemus? C. Tusc. 3, 18. Videndum est oratori, quo quidque referat, et *quo intuens* 2), ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. C. Or. 2, 32.

Quam utilitatem, aut *quem* fructum *petentes* 3), scire cupimus illa, quae occulta nobis sunt? C. Fin. 3, 11. Serit arbores, quae alteri saeculo prosint: *quid spectans* 4), nisi etiam postera saecula ad te pertinere? C. Tusc. 1, 14. *Quid spectans* 5) deus ipse diceret, Marcellum eum, qui ter consul fuit, in mari esse periturum? C. Fat. 14. Senatus absurdum esse dicebat, ignorare regem, *quid sperans* aut *petens* 6) venerit. L. 37, 52. cf. 29, 24, 4. Latinus rex Troianos evocavit ad colloquium et percunctatus est, *quid quaerentes* 7) in agrum Laurentem exissent. L. 1, 1. Solon Pisistrato tyranno, quaerenti, *qua* tandem *spe fretus* 8) sibi tam audaciter resisteret? respondisse dicitur,

---

*) die ich zu vergessen suchte, aber darüber weitläufig wurde.
**) aus welchen sie ihren Ursprung haben, und aus welchen sie dahin gekommen sind.
***) um derentwillen sie in der Hoffnung, sie zu erlangen, oder: die sie zu erlangen hofften und deswegen.
†) denn von diesem Anfange ist die menschliche Gesellschaft ausgegangen, oder: denn hiervon ging die menschliche Gesellschaft in ihrem Anfange aus, deren Gang wir verfolgen.
††) die sie aufgezeichnet und dadurch der Nachwelt hinterlassen haben.
†††) welches ich nicht mit Vergnügen für dich unternehmen würde.
1) ist das der Zustand, in welchen wir uns versetzen und unsre Traurigkeit erleichtern können?
2) worauf er sehen muß, wenn er — nicht abschweifen will.
3) welche Vortheile suchen wir darunter, wenn wir zu wissen begehren.
4) was hat er anders dabei im Auge, als daß.
5) auf was würde ein Gott selbst sehen müssen, wenn er sagen wollte.
6) mit welchen Hoffnungen oder Bitten er gekommen sey.
7) warum sie denn im Laurentischen Gebiet gelandet wären und was sie da suchten?
8) worauf er sich denn verließe, daß er ihm sich widersetzte?

Senectute. C. Sen. 20. *Quo consolante* *) doleres? O. Met. 1, 360. *Quibus rebus gestis, quo hoste superato* **), concionem, donandi causa, advocare ausus es? C. Verr. 3, 80. Cogitate, *quantis* laboribus *fundatum* imperium, *quanta* virtute *stabilitam* ***) libertatem una nox paene delerit. C. Cat. 4, 9.

III. Noch ist über die Participialconstruction Folgendes zu bemerken:

1. Das fehlende Participium von *sum* ist mit einem als Apposition stehenden Nomen schon gegeben. §. 95, b. §. 144.

2. Das zu dem Ablativo Participii gehörige Subject fehlt, wenn es aus dem Vorhergehenden sich ergänzen läßt, wenn es in dem folgenden Satze mit *qui* umschrieben ist, und wenn es, allgemein genommen, im Genere neutro steht.

Caralitani, simul ad se *Valerium* mitti audierunt, nondum *profecto* ex Italia, sua sponte ex oppido Cottam eiiciunt. Caes. C. 1, 30. sc. *eo*. Atticus Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem *eius*, quam *florente*, coluit. N. 25, 11. sc. *eo*, i. e. Bruto. Me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem, quae de me, etiam *me* tacente, ipsa loquerentur, *mortuo*que viverent. C. Brut. 96. — Hannibal Ibĕrum copias traiecit, *praemissis, qui* Alpium transitus specularentur. L. 21, 23. Romani cives Saguntinos venumdatos, *dimissis, qui* conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. L. 28, 39. cf. 1, 37, 1. — C. Iulius decemvir diem Sestio dixit, et accusator ad populum exstitit, cuius ei iudex legitimus erat: decessitque iure suo, ut *demtum* de vi magistratus populi libertati adiiceret. L. 3, 23. fin. i. e. id, quod demsisset. Consul alter *in peragendis* consularis officii partem ad se vindicabat. L. 3, 20. init. cf. Drak. h. l.

3. Steht das Participium unpersönlich, so wird es als *Nominativus absolutus* durch daß, der Umstand daß umschrieben; s. oben II, 1, b. gewöhnlicher kommt es so als *Ablativus absolutus* vor, z. B. audito, nuntiato, comperto, cf. Drak. ad L. 1, 41, 6. Bei Spätern werden auch Adiectiva so gebraucht.

Diu non *perlitatum* †) tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. L. 7, 8. *Tentatum* ††) domi per

---

*) wer würde dich trösten, wenn du betrübt wärest?

**) welche Thaten hast du gethan, welchen Feind überwunden, daß du —.

***) mit wie großen Anstrengungen das Reich gegründet, mit wie großer Tapferkeit die Freiheit befestigt wurde, die eine Nacht beinahe vernichtet hätte.

†) der Umstand, daß man lange beim Opfern keine günstigen Zeichen erhalten hatte.

††) der gemachte Versuch.

dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. L. 7, 22. cf. Drak. ad L. 1, 53, 1. Sufficere adversus Vitellium videbatur Vespasiani nomen, et nihil *arduum* [1]) satis. Tac. H. 2, 82.

Hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. *Adiuncto* †) vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur? C. Off. 2, 12. Mihi, *errato*, nulla venia, *recte facto* ††), exigua laus et ab invitis expressa proponitur. C. Agr. 2, 2. Caesar temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, *exposito* †††), quid iniquitas loci posset. Caes. 7, 52. Germanicus, nondum *comperto* *), profectionem in Aegyptum incusari, Nilum subvehebatur, orsus oppido a Canōpo. Tac. 2, 60. Multi adnantes navibus, *incerto* prae tenebris, quid peterent aut vitarent, foede interierunt. L. 33, 56. iuxta *periculoso*. Tac. 1, 6.

4. Das Participium Praeteriti eines gleich vorhergegangenen Verbi wird im lebhaftern Ausdruck statt eines Pronomens dem nächsten Verbo angepaßt.

Romulus Caeninensium exercitum fundit fugatque; *fusum* persequitur. L. 1, 10. cf. 2, 25, 5. Romani quum urbem Honoscam vi cepissent, *captam*que **) diripuissent, Karthaginem inde petunt. L. 22, 20. Si quis emat citharas, *emtas* comportet in unum, nec studio citharae, nec Musae deditus ulli: delirus et amens undique dicatur merito. H. Serm. 2, 3, 104. Petreius atque Afranius edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producatur; *productos* palam interficiunt. Caes. C. 1, 76. Rem consules rati, ut erat, perniciosam, ad Patres deferunt: sed *delatam* consulere ordine non licuit. L. 2, 28.

5. Wenn die Ablativi eine Zeitbestimmung oder einen besonders zu beachtenden Nebenumstand angeben, so bleiben sie, wenn auch ihr Subject zugleich Subject des nächsten Hauptverbi ist, oder als abhängig zu demselben gehört, und in diesem Fall

---

1) der Umstand, daß dem Schicksal nichts zu schwer ist.

†) wenn nun vollends noch dazu kam. So perfecto et concluso. C. Fin. 2, 27. pr.

††) wenn (von mir als Consul) geirrt worden ist, d. i. wenn ich geirrt habe —; habe ich recht gehandelt.

†††) nachdem er ihnen auseinander gesetzt hatte.

*) cf. Sallust. ap. Prisc. XVIII, 4, 41. Tac. H. 4, 36. audito. Sall. l. c. et Cort. p. 992. L. 28, 7, 17.

**) und sie geplündert hatten.

wird es durch ein Pronomen demonstrativum wiederholt, außer wenn die Nähe desselben im Ablativo diese Wiederholung unnöthig macht. Sind hingegen diese Ablativi als ein wesentlich zu dem folgenden Prädicat gehöriger und mit ihm nothwendig zu verbindender Bestandtheil zu betrachten, so gehen sie in den dazu erforderlichen Casus über.

a. Laetos fecit, *se Consule*, fastos. Lucan. 5, 384. *Me duce* ad hunc voti finem, *me milite*, veni. O. Am. 2, 12, 13. Populo teste fieri credam, quicquid *me nescio* faciam. Sen. Vit. b. 20. Mulier ostendit, se mihi infidelem nunquam, *se viva*, fore. Plaut. Truc. 2, 4, 26. *me vivo* feci. Inscpt. ap. Grut. 756, 3. *se viva* comparavit. Ib. 827, 2. 900, 3. *se vivo*, 911, 18. 1149, 13. cf. §. 144. His auctoribus et ducibus, diis iuvantibus, *nobis vigilantibus* et multum in posterum *providentibus*, populo Romano consentiente, erimus profecto liberi brevi tempore. C. Phil. 3, 14. extr. Iterum *censente* (*Tiberio*), ut Trebianis legatam pecuniam transferre concederetur, obtinere non potuit. Suet. Tib. 51. Acerbum est uri: quanto acerbius, si id *te faciente* patiaris. Sen. Epist. 24. — M. Porcius Cato, *vivo* quoque *Scipione*, allatrare *eius* magnitudinem solitus erat. L. 38, 54. *Primoribus* Samnitium ea detestatione *obstrictis*, *decem nominatis* ab imperatore, *eis* dictum, ut vir virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent. L. 10, 38. Caesar naves longas Arelate numero duodecim facere instituit. *Quibus effectis armatisque* diebus triginta, *adductisque* Massiliam, *his* D. Brutum praeficit. Caes. C. 1, 36. Caesar, *obsidibus imperatis centum*, *hos* Aeduis custodiendos tradit. Id. 6, 4. cf. 5, 44. med. C. 3, 9. init. Antimachus, Clarius poeta, quum, *convocatis auditoribus*, legeret *eis* magnum illud volumen suum, et eum legentem omnes, praeter Platonem, reliquissent, Legam, inquit, nihilo minus. C. Brut. 51. *Revertente eo* (Caesare), quidam e turba statuae *eius* coronam lauream imposuit. Suet. Caes. 79. — Caesar, rursus ad vexandos hostes profectus, *magno coacto numero* ex finitumis civitatibus, in omnes partes dimittit. Caes. 6, 43. sc. *eum*. Vercingetorix, *convocatis suis clientibus*, facile incendit. Id. 7, 4. sc. *eos*. Coelius clam, nuntiis ad Milonem missis atque *eo* in Italiam *evocato*, sibi coniunxit. Caes. C. 3, 21. sc. *eum*, cf. Caes. 7, 29. pr. 60. pr. Karthaginienses, ala equitum cum praefecto amissa, *alio equitatu* per novum delectum *comparato*, Hannonem Hamilcaris filium praeficiunt. L. 29, 34. sc. *ei*. cf. Duk. ad Flor. 4, 12, 28. Cort. ad Sall. C. 48, 7. Oud. ad Caes. 7, 4. Burm. Oud. et Wolf ad Suet. Tib. 31. Ruhnk. ad Vell. 2, 38, 5. Schweigh. ad Herodot. 1, 3. Pop-

po de Thuc. hist. indic. p. 119. Nicht hierher gehören Beispiele, wie folgende: Herculis *corpore ambusto*, vitam *eius* et virtutem immortalitas excepisse dicitur. C. Sext. 68. In aedes, *me absente*, neminem volo intromitti. Plaut. Aul. 1, 2, 20. wo me abs. zu intromitti gehört.

Magna religione fuit Iovis Imperatoris signum illud, *quod* ex Macedonia *captum* in Capitolio posuit Flamininus. C. Verr. 4, 58. Hannibal *C. Flaminium Consulem*, apud Trasimenum cum exercitu insidiis *circumventum*, occidit. N. 23, 4. *Augustum*, in Africam traiicere ex Sicilia *apparantem*, continuae tempestates inhibuerunt. Suet. Aug. 47. Milites Antonii *expugnatae urbis Cremonae* praedam ad militem, *deditae* ad duces pertinere, dicebant. Tac. H. 3, 19. *Militanti* pro Karthaginiensibus in Hispania pater *ei* (*Masinissae*) moritur. L. 29, 29. Tasgetio Caesar maiorum locum restituerat. Tertium iam hunc annum *regnantem* inimici, palam multis etiam ex civitate auctoribus, *eum* interfecerunt. Caes. 5, 25. *eum*, vgl. §. 157, 1, h. Eben so wird durch das Demonstrativum das Objectsnomen des Participii wiederholt, und nur dann weggelassen, wenn Deutlichkeit es gestattet: *Hostes impeditos* milites nostri *consecuti*, magnum numerum *eorum* occiderunt. Caes. 3, 19. cf. 1, 12. 2, 10. 11: 23. Held ad C. 2, 58. Caesar celeriter *aggressus Pompeianos* ex vallo deturbavit. Caes. C. 3, 67. sc. *eos*.

6. Griechische Constructionen §. 168. Not. 6. *) kommen selten, fast nur bei Geschichtschreibern und Spätern, vor.

Quaero, nonne *tibi* faciendum idem sit, nihil *dicenti* bonum, quod non rectum honestumque sit, reliquarum rerum discrimen omne *tollenti* *)? C. Fin. 3, 4. Consul vigilias ipse circumire, uti *militibus* exaequatus cum imperatore labos *volentibus* **) esset. Sall. I. 100. Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut *quibusque* bellum *invitis* aut *cupientibus* erat, spe vel dolore accipitur. Tac. 1, 59. Cononem seditio *militum* invadit, quos praefecti regis fraudare stipendio

---

*) statt ut dicas — tollas: ob du nicht dasselbe (was Pyrrho und Aristo) thun müßtest, nämlich nichts gut zu heißen — und bei den übrigen Allen keinen Unterschied zu machen. So spricht jedoch Cicero nur im philosophischen Vortrag; nie aber in Reden oder Briefen.

**) cf. Tac. H. 3, 43. Agr. 18. So: *Τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιῶν οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι.* Thuc. 2, 3. *Ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τοῦτο βουλομένοις ᾖ.* Polyb. 2, 50. *ᾗ οὐδὲ πάνυ τι προσδεχομένοις τοῖς Μακεδόσιν ἦν.* Arrian. Exp. Alex. 1, 22.

soliti erant, eo instantius debita *poscentibus* *), quo graviorem sub magno duce militiam praesumebant. Ib. 6, 2. Prusenses balineum habent et sordidum et vetus. Id itaque, indulgentia tua, restituere desiderant; *ego* tamen *aestimans* †) novum fieri debere, videris *mihi* desiderio eorum indulgere posse. P. Ep. 10, 34. *Populo Romano* iam a principio melius visum, amicos, quam servos quaerere: tutius *rati* ††), volentibus, quam coactis imperitare. Sall. I. 102. Non, ut forsit honorem iure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum, praesertim cautum dignos adsumere prava ambitione *procul* †††). H. Serm. 1, 6, 49.

7. Es können mehrere Participialconstructionen neben einander stehen, wenn sie einander bestimmen; außerdem werden sie durch *et* oder eine andre Partikel verbunden.

L. Quinctius ab legatis, seu fossam *fodiens* palae *innixus*, seu quum araret, *salute data* invicem, *redditaque*, *rogatus*, ut, quod bene verteret ipsi reique publicae, togatus mandata senatus audiret, *admiratus*, *rogitansque*, satin' salva essent omnia? togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. L. 3, 26. Lacedaemonii *magna caede facta*, *multisque occisis*, fortissime *ipsum Epaminondam pugnantem*, sparo eminus *percussum* concidere viderunt. N. 15, 9. Coacto senatu Caesar docet: latum ab decem Tribunis plebis, *contradicentibus inimicis*, *Catone vero* acerrime *repugnante*, *et*, pristina consuetudine, dicendi *mora* dies *extrahente*, ut sui ratio absentis haberetur, *ipso Consule Pompeio*. Caes. C. 1, 32.

8. Der Deutlichkeit wegen müssen andre Ablative und Da-

*) st. poscentium; eine bei Justinus sehr gewöhnliche, aber nicht nachzuahmende Constructionsweise, wie: οἷς σώζεσθαι μὲν ἤρκει δι' ὑμᾶς, ἐν τάξει τε ἰόντων καὶ μαχομένων, ὅπου δέοι. Xenoph. Anab. 5, 8, 13. cf. Herodot. 8, 69. 5.

†) st. aestimanti, ebenfalls mehr in späterm Zeitalter oder als veraltet vorkommend; wie ein griechischer Nominativus absolutus, dem das folgende Prädicat nur der Idee, nicht der Form nach angepaßt ist, z. B.: ἐπιθυμῶν ὁ Κῦρος ἤδη κατασκευάσασθαι, ἔδοξεν αὐτῷ. Xenoph. Cyrop. 7, 5, 37. st. προείλετο und Ἰδόντες οὖν (οἱ Αἰθίοπες) τὴν σελήνην ἐν ἄλλοτε ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεεν αὐτέοισι τὸ χρῆμα θωύματος ἄξιον. Lucian. de Astrolog. 3. T. II. p. 361. sq. Reitz. st. ἐποιοῦντο.

††) als ob vorhergegangen wäre: *Romani* existimarunt s. statuerunt, wie: Libitum forte *nobis* est reprehensiones eius quasdam attingere, maiore scilicet venia *reprehensuri* Tironem. Gell. 7, 3. cf. I. 11, 10, 13.

†††) statt quia prava ambitione procul sint, wie: πόῤῥω ὄντας.

tive, die neben den Ablativis absolutis stehen, sich von diesen durch ihre Form und Stellung leicht unterscheiden lassen.

Claudius Caudex primus, *freto classe traiecto*, Poenos Sicilia expulit. Suet. Tib. 2. Aduatuci, *scutis ex cortice* *) *factis*, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Caes. 2, 33. *Eodem tempore toto muro clamore sublato*, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Ib. 7, 24.

9. Statt der Participialconstructionen werden *qui*, *quum*, *ubi*, *postquam* gebraucht,

a. wenn das fehlende Participium sich nicht ersetzen läßt.

Karthaginienses extremo, *quum* prope iam ad desperationem *pervenissent*, Hamilcarem imperatorem fecerunt. N. 22. 2. Alexander, *postquam* ira mente *decesserat*, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera aestimatione perspexit. Curt. 8, 2. Non est tibi his solis utendum existimationibus ac iudiciis, *qui nunc sunt* **), hominum, sed iis etiam, *qui futuri sunt*. C. Q. Fr. 1, 1, 15. Quae cum aliqua perturbatione fiunt, nec constanter fieri possunt, nec ab iis, *qui adsunt* ***), probari. C. Off. 1, 38. Caesar milites equitesque in expeditionem misit, ut *eos* (Britannos), *qui fugerant* †), persequerentur. Caes. 5, 10.

b. wenn der Sprachgebrauch es nicht gestattet, z. B. nicht sic dictus, praedictus, §. 158, 6. Not. 2.

Capessentibus rem publicam et magnificentia, et despicientia adhibenda est rerum humanarum, *quam* saepe *dico*, et tranquillitas animi atque securitas. C. Off. 1, 21. nicht saepe dicta. Primum de *illis* tribus, *quas ante dixi*, benevolentiae *praecepta* videamus. Ib. 2, 9. Homo ex numero disertorum postulabat, ut *illi*, *unde peteretur* ††), vetus atque usitata exceptio daretur, Cuius pecuniae dies fuisset? C. Or. 1, 37. *Qui* se locupletes, honoratos, beatos *putant* †††), hi ne obligari quidem beneficio volunt. C. Off. 2, 20. Quam sint morosi, *qui amant*, vel ex hoc intelligi potest. C. Fam. 5, 15.

***) wie so? suppl. *quid* accusatis *ita?* cf. C. Mil. 7, 17.

†) der Einwurf eines anders Meinenden, cf. Ellendt ad C. Brut. 26, 99. Caes. 7, 77. a med.

††) sc. censetis. Diese Redefigur nannte man Communicatio. Q. 9, 2, 22. cf. Heusing. ad C. Off. 3, 26. fin.

†††) sc. dicis, s. censes.

1) sc. amplius dicam, wie C. Div. 1, 40.

2) sc. cupiunt. Quid poetas? sc. commemoro. Hier nicht: Quid? poetae nonne, weil dieses in Bezug auf loquor *de principibus* genommen werden mußte, welchem letztern Worte poetae entgegengesetzt ist, cf. C. Tusc. 5, 27, 79. Eben so steht quid de officio? bezogen auf das Vorhergehende de illis vero rebus. C. Div. 2, 4. Anders war es in dem vorhergehenden Beispiel, wo Macedones nonne als ein neues Beispiel außer Verbindung mit dem Vorhergehenden aufgeführt wurde, cf. C. Or. 1, 9, 37. 10, 39. Fam. 3, 10, 28. 29. Görenz ad C. Fin. 2, 22, 74. Ellendt ad C. Brut. 51, 192.

Not. 6. In einem Fragsatze können zwei Fragwörter vorkommen, den der Deutsche dann in zwei mit und verbundne Fragsätze auflösen muß, vgl. §. 159, 1. Not. 4.

Nihil iam aliud quaerere debetis, nisi *uter utri* insidias fecerit. C. Mil. 9. Legati commemorabant, ex *quantis* opibus *quo* *) recidissent Karthaginiensium res. L. 30, 42. Cogitate, *quantis* laboribus fundatum imperium, *quanta* virtute stabilitam libertatem, *quanta* deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox *quam* paene delerit. C. Cat. 4, 9. Summum me tenet odium iam ceterarum rerum; quas tu, incredibile est, *quam* brevi tempore *quanto* deteriores offensurus sis, quam reliquisti. C. Att. 1, 11. fin. Artaxerxes, reminiscens, a *quanto* bello ad *quam* parvam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit. N. 14, 5. *Quid* censes, si ratio esset in beluis, *non* suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? C. N. D. 1, 27. *Quid* censes Apim illum, sanctum Aegyptiorum bovem, *nonne* **) deum videri Aegyptiis? C. N. D. 1, 29. *Quid* censemus superiorem illum Dionysium *quo* cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone adurebat capillum? *Quid* Alexandrum Pheraeum *quo* animo vixisse arbitramur? C. Off. 2, 7. cf. C. Agr. 2, 17, 45. S. Rosc. 17, 49. *Quid* censes, si ad alicuius ingenium vel maius illa, quae ego non attigi, accesserint, *qualem* illum oratorem et quantum futurum? C. Or. 1, 7. Si omne laudatur, quod in suo genere perfectum est: *quid* censetis, si omnes, qui ubique sunt aut fuerunt oratores, amplecti voluerimus? *nonne* fore, ut quot oratores, totidem paene reperiantur genera dicendi? C. Or. 3, 9.

Anders ists, wenn die zweite gleich stark accentirte Negation auf die erste so folgt, daß sie einen neuen Satz anfängt, wie bei einer Anaphora, in welchem Fall sie durch ein Comma getrennt oder auch durch et verbunden ist.

Quem si interficere voluisset, *quantae*, *quoties* occasiones, *quam* praeclarae fuerunt. C. Mil. 14. Atticus Iuniam familiam a stirpe enumeravit, notans, *qui*, a *quo* ortus, *quos* honores, *quibusque* temporibus cepisset. N. 25, 18. cf. 20, 2, 2.

II. Eine directe Frage wird unbedingt im Indicativo, §. 165, 2., eine indirecte bedingt im Coniunctivo ausgedrückt, und in diesem Falle steht der Fragsatz entweder allein, §. 166, 1. oder von einem vorhergehenden Satze abhängig.

Cur non *confitear*, quod necesse est? C. Planc. 7. Si qui, se fontes maximos, penitus abstrusos, aperuisse dicat, ne-

---

*) So: *Κλύουσ᾽ ἔφριξα τάσδε συμφοράς, φίλαι, ἄνακτος, οἵους οἷος ὢν ἐλαύνεται.* Sophocl. Trach. 1044.

**) was denkst du von jenem Apis? nicht wahr, (du glaubst,) daß ihn die Aegypter für einen Gott halten? So: *Τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα, ἢ καὶ Περικλέα — πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας* etc. Plat. Phaedr. §. 118.

que habeat, qui sitim sedet, *non rideatur?* Ad Herenn. 4, 6. *Quaeritur*, *cur* doctissimi homines de maximis rebus *dissentiant*. C. Or. 3, 29. *Qualis sit* animus, ipse animus *nescit*. C. Tusc. 1, 22. Defectiones solis et lunae cognitae *praedicta*eque *sunt* in omne posterum tempus, *quae*, *quantae*, *quando futurae sint*. C. N. D. 2, 61. *Disce*, *quid sit* vivere. T. Heaut. 5, 2, 18. *Quid* quaeque nox, aut dies *ferat*, *incertum est*. L. 3, 27. Etiam sine cognitione iuris, *quam sit bellum*, cavere malum, *scire* possumus. C. Or. 1, 58. Difficile *dictu* est, *quaenam causa sit*, *cur* ea, quae maxime sensus nostros impellunt voluptate et specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate *abalienemur?* C. Or. 3, 25. Non, *quantum* quisque *possit*, sed *quanti* quisque *sit*, *ponderandum est*. C. Brut. 73. Me quidem Athenae non tam operibus magnificis delectant, quam *recordatione* summorum virorum, *ubi* quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare *sit solitus*. C. Leg. 2, 2. *Non est*, *cur* eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, spes *infringatur*, aut *languescat* industria. C. Or. 2. *Latum est* ad populum: *Vellent iuberent* *) populo Karthaginiensi bellum indici. L. 21, 17. *Videamus* primum, deorum*ne* providentia mundus *regatur*; deinde *consulantne* rebus humanis. C. N. D. 3, 25. In causa maleficii *quaeritur*, *num* quod commodum maleficio *appetierit*, *num* honorem, *num* pecuniam; aut *num* quod incommodum *vitarit*. Ad Herenn. 2, 3. Triumphus a Popillio de Gallis actus est magno favore plebis: mussitantesque inter *se rogitabant*, *num* quem plebeii consulis *poeniteret?* L. 7, 25. cf. 42, 19. fin. N. 23, 12, 4. M. Curtium, iuvenem bello egregium, castigasse ferunt Romanos *dubitantes*, *an* ullum magis Romanum bonum, quam arma virtusque, *esset?* L. 7, 6.

Not. 1. In solchen abhängigen Fragsätzen steht *si* wenn etwa, ob etwa, wie *si*, *εἴπως*, bisweilen mit *forte*, (aber nie mit forsitan, fortasse,) wie man auch num forte, ecquis forte sagte.

Exspectabam, *si* quid de eo consilio ad me *scriberes*. C. Att. 16, 2. *Si* cogitata praeclare eloqui *possent*, nonnulli studio et usu *elaboraverunt*. C. Brut. 72. Te *adeunt* fere omnes, *si* quid *velis* **). C. Fam. 3, 9. Hostes praesidia custodiasque ad ripas Ligeris *disponere* coeperunt, *si* ab re frumentaria Romanos excludere *possent*. Caes. 7, 55. *Tentata*

*) die Formula sollemnis, wenn das freie römische Volk um die Bestätigung eines Gesetzes gefragt wurde.

**) nämlich: damit sie zugegen seyn mögen, wenn du etwas

res *est*, *si* primo impetu capi Ardea *posset*. L. 1, 57. Hannibal elephantos in primam aciem *induci iussit*, *si* quem iniicere ea res tumultum ac pavorem *posset*. L. 27, 14. Hannibal cum quinque navibus Africam *accessit*, *si forte* Karthaginienses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere *posset*. N. 23, 8. cf. Caes. 6, 60.

Not. 2. *An* ob? steht in der indirecten Frage einfach nach *dubito*, *incertus sum*, *nescio*, *haud scio*, und deutet auf ein Schwanken zwischen zwei zu wählenden Gegenständen, deren zweitem, als Gegentheil des hinzu gedachten ersten, man mehr Beifall zu geben geneigt scheint. Bei diesen Formeln kommt es nun auf den Inhalt des Fragesatzes an, auf den Sinn, in welchem ihn der Redende nimmt, und auf den Zusammenhang, in welchem er vorkommt. Entweder legt der Redende damit im eigentlichen Sinn a. das offene Geständniß wirklicher Verlegenheit oder Unwissenheit ab; oder er braucht sie als Milderungsformeln seiner Behauptungen, nämlich b. bei der oratorischen Frage (d. i. einer in Fragform ausgedrückten Behauptung, der Niemand seine Beistimmung versagen kann) in positiver Form, die hier den entgegen gesetzten negativen Sinn, mit einer Negation positiven behält, in ernster Rede und mit doppeltem Accent auf nescio und auf dem Hauptwort der Frage; c. bei der oratorischen Frage in negativer Form, wobei aber das nach an unmittelbar folgende non weggelassen werden mußte, weil damit das wirkliche Nichtseyn bezeichnet wurde, wodurch nun der Fragsatz ein ironisches Ansehn, d. i. scheinbar die entgegen gesetzte Bedeutung erhält, indem der Accent nicht nur auf dubito, nescio, haud scio, sondern auch zugleich auf das ironisch genommene Wort gelegt wird, welches deswegen hier so oft zuletzt steht; eine Ausdrucksweise, die der Römer wegen ihrer Urbanität liebte. Der Deutsche weicht hierbei oft ab, indem er nur dann ein doppeltes nicht braucht, wenn das erste seinen Accent verliert und dieser auf das dem zweiten nicht folgende Wort fällt; und so ist z. B. ich weiß *nicht*, ob dieses wahr sey, so viel als: ich denke, dieses ist nicht wahr; ich weiß nicht, ob dieses nicht *wahr* sey, so viel als: ich denke, dieses ist wohl wahr. Beispiele haben gesammelt Duk. ad Flor. 3, 12, 6. Drak. ad L. 37, 54, 16. Heusing. ad Nep. 20, 1, 1. ad C. Off. 1, 11, 1. Manut. ad C. Fam. 9, 9. Buttm. ad Quinctil. 12, 10, 2.

a. Motu civili, quum Claudium Camillus cedere imperio iuberet, vitamque otiosam in privata re agere: *dubitavit*, adhibitis principibus viris, *an* obtemperaret. Suet. Claud. 35. Moriendum certe est, et id *incertum*, *an* eo ipso die. C. Sen. 20. Quod quaeris, quando, qua, quo (Caesar venturus sit), nihil adhuc scimus. Istuc ipsum de Baiis, nonnulli *dubitant*, *an* per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc praedium suum non inspexit. C. Fam. 9, 7. *Dubito*, *an* *) idem nunc tibi, quod tunc

---

wünschest. *Mirabar*, *si* tu mihi quidquam *afferres* novi. T. Phorm. 3, 2, 6. ist das griechische *θαυμάζω εἰ*. Sophocl. Oed. Col. 1110.

*) Vorher hatte Plinius in demselben Briefe geschrieben: *Dubito*, *num* idem tibi suadere, quod mihi, debeam; cf. C. Sull. 24,

mihi, suadeam. P. Ep. 6, 27. Sapientem et bonum virum fingimus, qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed *dubitet*, *an* turpe *non* sit *). C. Off. 5, 12. *Nescio*, *an* noris hominem, quamquam nosse debes. P. Ep. 6, 21. Dixit Cornelia Vestalis, donec ad supplicium, *nescio an* **) innocens, certe tanquam nocens, ducta est. Ib. 4, 11, 8. cf. Cort. h. l. Nunc hunc *haud scio an* colloquar. Congrediar. Heus Theuropides! Plaut. Most. 3, 2, 96. Geta. *Haud scio*, hercle, ut homo est, *an* mutet animum. — Demipho. Hem, mutet autem? — Geta. Nescio: verum, si forte, dico. T. Phorm. 5, 2, 9. cf. T. Andr. 5, 2, 45.

b. Quinti fratris domus inflammata est iussu Clodii, inspectante urbe, coniectis ignibus, magna querela et gemitu, non dicam bonorum, qui *nescio an ulli sint* ***), sed plane hominum omnium. C. Att. 4, 3. Timoleonti uni contigit, quod *nescio an ulli* †), ut et patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno, liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam in pristinum restitueret. N. 20, 1. Animadvertis, hoc etiam, quod infimo cuique contigit, Cn. Pompeio non posse contingere, ut honeste effugere possit: quod *nescio an ulli* unquam nostro acciderit imperatori. C. Fam. 9, 9. Hoc diiudicari *nescio an unquam*, sed hoc sermone certe non potest. C. Leg. 1, 21. cf. Q. 7, 2, 41. *Nescio an eiusdem* fuerit ††), hoc dicere et sic vincere. Val. Max. 9, 3, 1. Multa insignia Pompeio; sed *nescio an* hoc quicquam *admirabilius* contigerit, quod magnitudine beneficii, sui oblivisci Syllam coegit. Ib. 5, 2, 9. — *Haud scio, an recte* ea virtus (σωφροσύνη) frugalitas appellari possit: quod angustius apud Graecos valet; at illud latius. C. Tusc. 3, 8. Est ulciscendi et puniendi modus. Atque *haud scio*, *an satis* sit, eum, qui lacessierit, iniuriae suae poenitere, ut et ipse ne quid tale posthac, et ceteri sint ad iniuriam tardiores. C. Off. 1,

---

68. Auch kommt sine vor, z. B. dubitabam, venturaene essent. C. Fam. 2, 17. haud scio, mirandumne sit. Caes. 5, 54.

*) der es noch in Zweifel zieht, ob es (schimpflich, oder) nicht schimpflich sey.

**) In diesem und den beiden folgenden Beispielen lassen sich nescio an und haud scio an durch fortasse erklären. Nur kann eine Erklärung noch keine Regel geben, und noch weniger zu gewaltsamen Aenderungen berechtigen, dergleichen in den meisten unter b. angegebenen Stellen wider alle Auctoritäten gewagt worden sind, um sie jener vermeintlichen Regel anzupassen.

***) Als oratorische Frage: An ulli sunt boni? gibt es etwa noch Rechtschaffene? Gemildert: Schwerlich möchte man jetzt noch Rechtschaffene finden. Nicht an nulli ironisch, welches dem ernsten Character dieser Stelle ganz widersprechen würde.

†) Als oratorische Frage: An ulli (unquam) contigit —? gemildert: Keinem andern möchte es wohl so geglückt seyn. So: Albutio splendor orationis, quantus *nescio an* in ullo alio fuerit. S. Controv. 3. Praef. cf. Quinctil. 9, 4, 1. 10, 1, 65. 12, 10, 2. et Butm. h. l.

††) Sollte dieselbe Person so gesprochen und so gesiegt haben? milder: Schwerlich möchte dieselbe Person —.

11. pr. Omnium ineptiarum *haud scio an* ulla sit *maior* *), quam illorum, qui solent quocunque in loco de rebus aut difficillimis, aut non necessariis, argutissime disputare. C. Or. 2, 4. Num eorum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia *haud scio, an* ulla *beátior* esse possit. C. Sen. 16. Non quaero, quis fuerit (summus orator), sed quid sit illud, quo nihil possit esse praestantius: quod in perpetuitate dicendi non saepe, atque *haud scio an únquam*, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius. C. Orat. 2. Amicitia quidem *haud scio an*, excepta sapientia, quicquam *mélius* homini sit a diis immortalibus datum. C. Lael. 6. *Haud scio, an ne ópus sit quidem* **), nihil unquam omnino deesse amicis. C. Lael. 14. *Haud scio, an minus* hoc vobis sim probaturus ***): equidem non dubitabo, quod sentio, dicere. C. Or. 1, 14.

q. Si per se virtus ponderanda sit, *dúbito an* Thrasybulum *primum* omnium ponam †). N. 8, 1. Sapientem et bonum virum fingimus, qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed *dúbitat, an* turpe *nón* sit ††). C. Off. 3, 12. Quae fuit unquam in ullo homine tanta constantia? constantiam dico? *néscio, an* †††) *mélius* patientiam possim dicere. C. Ligar. 9. cf. C. Cat. 4, 5, 9. Planc. 27, 66. Mil. 34, 92. Fam. 6, 7. L. 21, 43, 3. 37, 54, 16. Ingens eo die res, ac *néscio an máxima* illo bello gesta sit. L. 23, 16. cf. Q. 12, 11, 7. C. Gracchus si diutius vixisset, eloquentia *néscio an* habuisset parem *néminem* 1). C. Brut. 33. Massiliensis ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed *haud scio an cúnctis* gentibus anteponendam dicam. C. Flacc. 26. Peripateticorum princeps fuit Aristoteles, quem, excepto Platone, *haud scio an récte* dixerim principem philosophorum. C. Fin. 5, 3. cf. C. Verr.

---

*) Ohne haud scio: Kann eine Albernheit größer seyn, als —, milder: Keine Albernheit ist doch wohl größer, als —.

**) Ohne haud scio, negativ: Sollte es nicht einmal nöthig seyn, seine Freunde nie ohne Beistand zu lassen? milder: Und es ist doch wohl nöthig, seine Freunde u. s. w.

***) Ohne haud scio, negativ: Sollte ich dieses euch nicht hinlänglich beweisen? milder: Dieses werde ich euch wohl hinlänglich beweisen.

†) so wäre ich wohl geneigt, dem Thr. die erste Stelle anzuweisen; als oratorische Frage in negativer Form: *An nón* Thrasybulum primum omnium ponam? als bloße Behauptung: Thrasybulum primum omnium pono. Wörtlich übersetzt der Deutsche: So bin ich unschlüssig, ob ich nicht dem Thr. die erste Stelle anweise.

††) der die Sache den Rhodiern nicht verhehlen würde, wenn er es für entehrend hielte; aber noch ansteht, ob er sich dafür erklären soll, daß es nicht entehrend sey. Kürzer: aber noch ansteht, ob es entehrend sey; wo im Deutschen die Negation wegbleibt.

†††) vielleicht könnte ich sie —, oder: ich könnte sie wohl auch besser —. So auch in den folgenden Beispielen.

1) Würde er vielleicht keinen seines Gleichen gehabt haben. Ohne die Milderungsformel: si — vixisset, habuisset parem neminem.

3, 59, 162. *Haud scio, an, quae dixit, sint vera omnia.* T. Andr. 3, 2, 45. Capessentibus rem publicam nihilo minus, quam philosophis, *haud scio an magis* etiam, et magnificentia, et despicientia adhibenda sit rerum humanarum. C. Off. 1, 21. cf. C. Sen. 20, 73. Verr. 1, 15, 41. Pis. 17, 39. Orat. 42, 143. *Haud sciam, an acerrimus* longe sit omnium motus invidiae. C. Or. 2, 52. cf. 2, 15, 62. 17, 72. C. N. D. 2, 4, 11. Fam. 9, 15. Orat. 1, 60, 255. Off. 3, 29, 105. Contigit tibi, quod *haud scio an nemini*, ut summa severitas animadversionis cum bonis omnibus, tum infimo cuique esset gratissima. C. Fam. 9, 14. cf. C. Off. 3, 2, 6. Q. Fr. 1, 1, 10. S. Clem. 1, 6. Videsne navem illam? stare nobis videtur; at iis, qui in navi sunt, moveri haec villa. quaere rationem, cur ita videatur: quam ut maxime inveneris, quod *haud scio an non* possis; non tu, verum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere, ostenderis. C. Acad. 2, 25. Aristoteles eos etiam, qui melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atque divinum. Ego autem *haud scio an nec* cardiacis hoc tribuendum sit, *nec* phreneticis: animi enim integri, non vitiosi corporis est divinatio. C. Div. 1, 38.

Not. 3. Die Frage des Redenden für seine Person ist nach einem ankündigenden Hauptverbo entweder indirect, wenn sie seine Meinung oder Vorstellung ausdrückt; oder direct, wenn das Hauptverbum nur Anführungsformel ist, und wenn die Frage lebhafter Etwas als in wirklichem Zustand oder als Factum darstellt. Diese Art Fragen ist aber weder mit denjenigen zu verwechseln, die der Redende nothwendig als seine Meinung vortragen muß, noch mit Relativsätzen.

a. Quin tu uno verbo dic, *quid est*, quod me velis. T. Andr. 1, 1, 18. cf. Iuvenal. 7, 106. 14, 211. 212. Primum hoc videamus: eius hominis bona *qua ratione venierunt*, aut *quomodo* venire potuerunt? C. S. Rosc. 43. Nihil est admirabilius, quam *quomodo* Q. Maximus mortem Marci filii *tulit*. C. Sen. 4. — Scio, *quid dictura es*: hanc esse pauperem. Plaut. Aul. 2, 2, 52. cf. Bacch. 1, 1, 45. T. Ad. 5, 9, 39. Nimis ego hanc metuo, ne persentiscat, aurum *ubi est absconditum*. Plaut. Aul. 1, 1, 24. Visam, *si* domi *est*. T. Eun. 3, 4, 7. cf. Heaut. 1, 1, 118. Phorm. 5, 8, 5. Viden' egestas *quid* negoti *dat* homini misero. Plaut. Trin. 4, 2, 5. Vide, *num* quispiam *consequitur* prope nos. Id. Rud. 4, 3, 11. Vides propinquitas *quid habet*. C. Att. 13, 18. pr. Mss. plerique. cf. T. Phorm. 2, 3, 11. Videte, iudices, *quantae* res his testimoniis *confectae sunt*. C. Mil. 18. pr. cf. Garat. h. l. C. Acad. 2, 15, 46. Gör. C. Att. 1, 1. extr. Catull. 61, 77. 62, 12. Si est bellum civile futurum, quod certe erit, si Sextius in armis permanebit, *quid* nobis *faciendum est*, ignoro. C. Att. 14, 13. Si discedet Pompeius, *quo*, aut *qua*, aut *quid* nobis *agendum est*, nescio. Ib. 7, 12. Iam omnes intelligunt, *cur* universa provincia defensorem suae salutis eum *quaesivit* *), cuius Verres fidei, diligentiae, perseverantiae nul-

*) wirklich gesucht hat. So: In obliquis casibus *cur negant* esse Diespitri, Diespitrem, non video. Varr. L. L. 8, 46. wo jedoch ed. Spengel. *negent* nach dem Cod. Flor. hat. Stibis *quid est*, dicemus in metallis. P. 29, 6, 38.

la ratione eripi possit. C. Verr. 3, 26. Desinamus aliquando scrutari, quae sunt inania: quaeramus, *ubi* maleficium et e et invenire *potest*. C. S. Rosc. 30. Vide, ne, si ego non intelligam, *quid* Epicurus *loquitur*, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur. C. Fin. 2, 5. cf. Gör. ad C. Fin. 24, 67. 5, 9, 24. 5, 10, 30. Verr. 2, 63, 131. Leg. 1, 9, 2 L. 41, 25. extr. Ruhnken. ad Rutil. 2, 6. p. 98. Me *qua* amentia *inductus est* ut contemneret, constituere non possum. Utrum aequo animo laturum putavit? C. Tog. Cand. in Fragm. p. 105 Ern. p. 523. Orell. Quoniam, *qua* de causa et *quorum* causa ille hoc *promulgavit*, ostendit: doceat ipse, num ego quem possessorem defendam, quum agrariae legi resisto. C. Agr. 3, 4. Sed ei studiose exquirunt, *unde* verba *sunt ducta*. C. Off. 1, 7. ad Herenn. 2, 9, 13. Huius tyranni interitus declarat, *quantum* odium hominum *valet* *) ad pestem. C. Off. 2, 7. cf. Heusin. ad 2, 5, 16 (4). C. N. D. 2, 6. extr. V. Aen. 2, 738. O. M. 11, 79. Fast. 2, 57. Mss. Callicrates divinat etiam, *quae futura fuerant*, si Philippus vixisset; nos autem, qui nec ob quam causam, nec quemadmodum perierit Demetrius, scimus, nec *quae* Philippus, si vixisset, *facturus fuerat*, ad haec, quae palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet. L. 41, 2 cf. §. 163. Not. b. §. 165. Not. 1.

b. Si quid in re publica maius actum erit: et *quemadmodum actum sit*, et *quae* existimatio secuta, *quae*que de eo spes *est*, diligenter tibi perscribemus. C. Fam. 8, 1. Aspice, *qu*donis Eriphyle *invenit* amaris, *arserit* et *quantis* nupta Creusa malis. Prop. 2, 13 (3, 7), 29. cf. 2, 25 (3, 30), 33. — Sed eg *quae* mente *agitavi*, omnes iam antea diversi audistis. Sall. 20, 5. Patefacio vobis, *quas* isti insidias se posuisse *arbitrantur* contra Cn. Pompeii dignitatem. C. Agr. 2, 18. Senatu *quae sunt gerenda*, praescribo. C. Sen. 6, 18.

Not. 4. Zu den Affectsfragen im Infinitiv §. 168, 6. gehören noch die Fragen mit *ut* und folgendem Conjunctiv, wo der Deutsche sagt: ich sollte?

M. Age sis, nunc de ratione videamus: nisi quid vis ad hae A. Egone *ut* te *interpellem?* C. Tusc. 2, 18. Quanquam qu loquor? te *ut* ulla res *frangat?* tu *ut* unquam te *corrigas?* Cat. 1, 9. Pater vero, inquit, etiam obesse filio debet. — vocem duram atque indignam! Pater *ut* in iudicio capitis obes filio *debeat?* C. Planc. 13, cf. Garat. ad C. Caecin. 12, 34. 87. Drak. ad L. 4, 2, 12. 5, 24, 10.

Not. 5. Bei Ausrufungen finden dieselben Regeln Statt, w bei den Fragen.

Quam magnum est, personam in re publica tueri principi C. Phil. 8, 10. Socrates, in pompa quum magna vis auri a gentique ferretur, *Quam multa non desidero!* inquit. C. Tu 5, 32. *Quanti est* sapere! T. Eun. 4, 7, 21. Pompeius nost *quot*, *quantas*, *quam incredibiles hausit* calamitates! C. Tu 1, 35.

---

*) So: In quo *quantum* ceteris *profuturi sumus*, non facile xerimus. C. Tusc. 5, 41. extr. cf. Garat. ad C. Mil. 18. 132. zuverlässlicher, als simus, welches Wolf nach Lambinus a genommen hat.

O dii immortales! non intelligunt homines, *quam magnum* vectigal *sit* parsimonia. C. Par. 6, 3. *Vide, quam sit* varia vitae commutabilisque ratio, *quam* vaga volubilisque fortuna! C. Mil. 26. cf. C. Orat. 1, 28, 130. Vita *quam sit brevis*, cogita. Plaut. Most. 5, 2, 37. Praelabentis temporis fuga *quam sit* irreparabilis, quis dubitat? Colum. 11, 1, 29. Nota sunt illa, *quanto se opere custodiant* bestiae, *ut* in pastu *circumspectent*, *ut* in cubilibus *delitescant*. C. N. D. 2, 49. — *Vide, quam conversa* res *est*. C. Att. 8, 13. cf. T. Hec. 2, 1, 26. In hoc (negotio) si quod σφάλμα, *vides*, *quam* turpe *est*. C. Att. 10, 12. *Meministis*, *quam popularis* lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi *videbatur*. C. Lael. 25.

III. Einander entgegen gesetzte Fragen werden bei gemeinschaftlichem Prädicat durch die bloße Negation desselben im zweiten Fragsatze verbunden, wenn zu demselben der erste sich als Grund verhält.

Ergo haec veteranus miles facere *poterit*, doctus vir sapiensque *non poterit?* C. Tusc. 2, 17. An Scythes Anacharsis *potuit* pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere *non poterunt?* Ib. 5, 32. Ergo histrio hoc *videbit* in scena, *non videbit* vir sapiens in vita? C. Off. 1, 31. Huius vos animi *monumenta retinebitis*, corporis in Italia *nullum sepulcrum esse patiemini?* C. Mil. 38.

Wird hingegen bei zwei oder mehr Gegenständen gefragt, ob der eine oder der andre von ihnen Statt finde, so wird dieses oder durch *an* ausgedrückt, welches überhaupt gebraucht wird, wenn man bei zwei Gegenständen ungewiß ist, welchen von beiden man wählen soll.

Quum essent perpauca inter se *uno an altero* spatio collocuti, Scipioni placitum est, ut in aprico pratuli loco considerent. C. Rep. 1, 12. Verene hoc memoriae proditum est, regem Numam *Pythagorae ipsius discipulum*, *an* certe *Pythagoreum* fuisse? Ib. 2, 15. Discrimen *recte an perperam* facti erat confusum. L. 1, 33.

Hierbei ist Folgendes zu bemerken:

1. Eignet sich der Hauptbegriff des ersten Gliedes zur Frage, so steht dieser ohne Fragpartikel mit folgendem *an*, wenn beide Glieder gleichen Werth haben, mit *ne*, auch *anne*, wenn das zweite Glied weniger wahrscheinlich ist oder zweifelnd gefragt wird. Steht *ne* bei dem ersten Gliede in der oben I, 2. angegebenen Bedeutung, so folgt nur *an*. Cf. Drak. ad L. 2, 8, 8.

a. Postrema syllaba *brevis, an longa* sit *), ne in versu quidem refert. C. Or. 64. Bene praecipiunt, qui vetant quid-

*) ob sie lang, oder kurz sey.

quam agere, quod dubites, *aequum* sit, *an iniquum*. C. Off. 1, 9. Deliberatur de Avarico in communi consilio, *incendi placeret, an defendi*. Caes. 7, 15. Incertum erat, *bellum an pax* cum Celtiberis esset. L. 34, 19. *Consules ambo profecti sint* ad arcem Carventanam, *an alter* ad comitia habenda substiterit, incertum diversi auctores faciunt. L. 4, 55. Ex fortuna saepe argumentatio nascitur, quum *servus an liber*, *pecuniosus an pauper*, *nobilis an ignobilis*, *felix an infelix*, *privatus an in potestate* sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur. C. Inv. 2, 9. Refert, oratorem qui audiant, *senatus*, *an populus*, *an iudices*; *frequentes*, *an pauci*, *an singuli*. C. Or. 3, 55. Fatemur, *acuti hebetesne*, *valentes imbecilline* simus, non esse id in nobis. C. Fat. 5. *Albus aterne* fueris, ignorabat. C. Phil. 2, 16. Tarquinius Superbus Prisci Tarquinii regis *filius neposne* fuerit, parum liquet. L. 1, 46. In Aequis varie bellatum: adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus, et Romae, *vicissent*, *victine essent*. L. 5, 28. Coriolano Veturia: Sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, *ad hostem*, *an ad filium* venerim: *captiva materne* in castris tuis sim? L. 2, 40. cf. N. 14, 9, 2. H. Ep. 1, 6, 12. Bentl. ad H. Serm. 1, 2, 63.

b. Quaeritur, virtus *suamne* propter dignitatem, *an* propter fructus aliquos expetatur. C. Or. 3, 29. Est tibi filius, natus ad laudem, cui cum rei publicae causa faveo, tum etiam tua. Quaero igitur, eum *Brutine* similem malis, *an* Antonii. C. Phil. 10, 2. Si quis insidias nostrae fecit adolescentiae, ac vicit; *nostran'* culpa ea est, *an* iudicum, qui saepe propter invidiam adimunt diviti, aut propter misericordiam addunt pauperi? T. Phorm. 2, 1, 44. Tenemusne, quid animus sit? ubi sit? denique, *sitne*, *an* ne sit quidem ullus? C. Acad. 2, 39. Nunc tuum consilium exquiro. *Romamne* venio, *an* hic maneo, *an* Arpinum fugiam? C. Att. 16, 8. Quaesitum est, *in totone* circuitu illo orationis, quem Graeci periodum appellant, *an* in principiis solum, *an* in extremis, *an* in utraque parte numerus tenendus sit. C. Or. 61. cf. C. Or. 1, 51, 222. Caes. 4, 14. Interrogatur, tria pauca sint, *anne* multa? C. Acad. 2, 29. cf. 2, 15, 48. Fin. 4, 9, 23. V. Aen. 6, 865. O. Fast. 6, 28. Hoc mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam, *anne* Pompeio, *an* utrique? C. Manil. 19. cf. C. Balb. 23, 54.

2. *Utrum?* welches von beiden? ob? wird solchen Oppositionsfragen mit folgendem *an*, *ne*, *anne*, oder auch mit *ne-an*, s. vorher 1. vorgesetzt, wenn der Fragende noch bestimmter sich erkundigt, welche von den beiden Fragen Statt finde.

Folgt *an* öfter, so gehören entweder zu dem einen, oder zu beiden Hauptgliedern mehrere untergeordnete. *Nam* steht, wenn er die diesem Gliede entgegen gesetzte Verneinung im Sinn hat.

Utrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium ex Africa exire; *an* vos in Africam non venire? C. Lig. 7. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum. *utrum* igitur has corporis, *an* Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? C. Sen. 10. Audi, Tesla mi! *Utrum* *) superbiorem te pecunia facit, *an* quod te imperator consulit? Si vero utrumque est; quis te feret? C. Fam. 7, 13. Pompeius humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, *utrum* hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, *an* mansuetudinem victi dilexerint. C. Manil. 14. Permultum interest, *utrum* perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis est et ad tempus, *an* consulto et cogitata fiat iniuria. C. Off. 1, 8. cf. C. Orat. 1, 16, 73. — Iphicrates quum interrogaretur, *utrum* pluris patrem, *matremne* faceret; matrem, inquit. N. 11, 3. — Gaudere ais te, mansisse me; et scribis, in sententia te manere. mihi autem superioribus literis videbare non dubitare, quin cederem. *utrum* hoc tu parum commeministi, *an* ego non satis intellexi, *an* **) mutasti sententiam? C. Att. 9, 2. De avertenda pecunia quaero abs te, *utrum* ipsae civitates solitae sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima conditione locare, *an* aliquem curatorem praeficere, qui statuis faciundis praeesset, *an* ***) tibi, *an* cui tu imperasses, adnumerare pecuniam. C. Verr. 2, 59. De verborum particulis et tanquam incisionibus quaerendum est, *utrum* una species et longitudo sit earum, *anne* plures. C. Or. 62. Nescio quid videris dubitare de Clodia; *utrum* quando veneant, *an* *sintne* venales? C. Att. 12, 52.

Taurum Phalaridis Scipio quum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illos cogitare, *utrum* esset Siculis

---

*) welches von beiden macht dich übermüthiger? das Geld oder der Umstand, daß — kürzer: macht dich das Geld übermüthiger; oder —. Fehlt nach utrum das zweite Glied, so ist dieses mit an und der entgegen gesetzten negativen Frage oder nec ne, hinzu zu denken, z. B. Quaeri oportet, *utrum* id facimus sit, quod poenitere fuerit necesse. C. Inv. 2, 13. int. *nec ne sit*, cf. T. Hec. 4, 3, 12. C. Caecin. 11, 32.

**) Man sieht leicht, daß das erste an noch zu utrum gehört, und dieses an das zweite Hauptglied bildet, wie C. Verr. 1, 41, 105. L. 21, 19, 6.

***) Das vorhergehende an machte mit utrum das erste Hauptglied aus; dieses und das folgende, das zweite, wie C. Verr. 2, 25, 61. 3, 36, 83.

utilius, suisne servire, an populo Romano obtemperare? C. Verr. 4, 33. extr. cf. C. Tusc. 4, 4, 9. Fin. 2, 19, 60. *Utrum* tandem perspicuisne dubia aperiuntur, *an* dubiis perspicua tolluntur? C. Fin. 4, 24. Ea res nunc in discrimine versatur, *utrum* possitne se contra luxuriam ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere, *an* deformata atque nuda cupiditati petulantiaeque addicatur. C. Quint. 30. cf. T. Eun. 4, 4, 54. Ad. 3, 3, 28. C. Tusc. 4. 27, 59. N. D. 2, 34, 87. Inv. 2, 39, 115. Phil. 2, 12. fin. Garat. h. l. Gör. ad C. Acad. 2, 22, 71: Quod nescire malum est, agitamus: *utrumne* divitiis homines, *an* sint virtute beati. H. Serm. 2, 6, 73. cf. 2, 5, 251. H. Epod. 1, 7. Colum. 1, 11, 5. Sueton. Caes. 80. S. Oedip. 309.

Num igitur, si cui fundus inspiciendus sit, Magonis Karthaginiensis sunt libri perdiscendi, *an* hac communi intelligentia contenti esse possumus? C. Or. 1, 58. Illud considerandum videri solet, *num* propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia: *an* esset antiquior et pulcrior et magis a natura ipsa profecta alia causa. C Lael. 8. Illud quale est, quod paulo ante dixisti: hunc locum germanam patriam esse vestram? *numquid* duas habetis patrias, *an* est illa patria communis? C. Leg. 2, 2.

3. Ist in dem zweiten Gliede die Negation des ersten enthalten, so wird durch das gedachte, nur in der Vorstellung vorhandene Nichtseyn durch *nec ne*, das wirkliche Nichtseyn durch *an non* ausgedrückt, im Deutschen beides durch oder nicht.

a. Sunt haec tua verba, *nec ne* *)? C. Tusc. 3, 18. Quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset, *nec ne* **). C. Cat. 2, 6. Hoc doce, doleam, *nec ne* doleam, nihil interesse. C. Tusc. 2, 12. Quid possit effici, *nec ne*, maxime ex causis iis, quae quamque rem efficiant, est videndum. C. Part. 26. Posset agi, *nec ne*, pauci quondam sciebant; fastos enim vulgo non habebant. C. Mur. 11. Sapientia efficit sapientes sola per se; beatos efficiat, *nec ne*, so-

---

*) Das Letztere ist hier dem Fragenden die wahrscheinlichere Meinung, aber mit der Besorgniß ausgesprochen, daß er sich vielleicht täusche. Sonst kommt *nec ne* gewöhnlich in indirecten Fragen vor.

**) Einige Handschriften und alte Ausgaben lesen hier: *an* in nocturno, oder *an* nocturno, auch bei Prisc. XVIII, 10, 94. 19, 249. *an* aber vor *necne* kommt sonst nirgends vor, und kann nach den oben gegebenen Bestimmungen da nicht vorkommen. Eben so wenig darf in der Stelle: An dubium vobis fuit, *utrum* esse vis aliqua videretur, *nec ne?* C. Caecin. 11, 31. Garat. *an* esse vis gelesen werden.

la per se, quaestio est. C. Top. 15. Parthi transierint, *nec ne*, praeter te video dubitare neminem. C. Fam. 2, 17. Antigonus nondum statuerat, conservaret Eumenem, *nec ne*. N. 18, 11. Cur fiat quidque quaeris? Recte omnino; sed non nunc id agitur: fiat, *nec ne* fiat, id quaeritur. C. Div. 1, 39. Non id quaeritur, sintne aliqui, qui deos esse putent: dii *utrum* sint, *nec ne* sint *), quaeritur. C. N. D. 3, 7.

h. Isne est, quem quaero, *an non?* T. Phorm. 5, 6, 12. Dicam huic, *an non* dicam? T. Eun. 5, 4, 46. Quaeritur, Corinthiis bellum indicamus, *an non?* C. Inv. 1, 12. Deliberat senatus, captivos ab hostibus redimat, *an non*. Ad Herenn. 3, 2. Dii ita vos potentes huius consilii fecerunt, ut, *Latium* deinde, *an non* sit, in vestra manu posuerint. L. 8, 13. Deliberet, renuntietque hodie mihi, veli*tne*, *an non*. T. Hec. 3, 5, 58. Vivant*ne* tubera, *an non*, haud facile arbitror intelligi posse. P. 19, 2. cf. C. Coel. 21, 52. Reperisti, tibi quod placeat? *an nondum* etiam. T. Heaut. 3, 3, 35. Ipse qui sit; *utrum* sit, *an non* sit, id quoque nescit. Catull. 17, 21. Quum haec omnia administrares, *utrum* animos sociorum ab re publica removebas et abalienabas, *an non?* — *Utrum* aliquem exhortari oportuit, qui ista prohiberet, *an non?* Ad Herenn. 4, 15. cf. 2, 16, 24. 28, 45. 29, 46. Varr. R. R. 1, 2, 8. Fecit pactionem. — *Num* tabulas habet, *an non?* C. Q. Rosc. 9.

Not. 1. Doppelfragen mit *ne-ne*, *an-an* sind nicht als entgegen gesetzte, sondern als Wiederholungen derselben Partikel bei verschiedenen Fragen (per Anaphoram) zu betrachten.

Vercingetorix suos docet, Romanos aut inopiam non laturos, aut magno cum periculo longius ab castris progressuros: neque interesse, *ipsosne* interficiant, *impedimentisne* exuant, quibus amissis bellum geri non possit. Caes. 7, 14. Quid refert, *clamne*, *palamne* roget? Tibull. 4, 5, 20. cf. V. Aen. 1, 308. 5, 95. 702. O. Met. 3, 256. Dubito, *an* hic, *an* Antii considam. C. Att. 2, 6. ob ich hier, ob ich zu Antium mich aufhalte. Distat, *an* maturitas uvarum in torcularibus fiat, *an* ramis. P. 15, 1. cf. P. Ep. 8, 14, 24. V. Aen. 10, 681. sqq. Illa mihi referet, si nostri cura mutua est, *an* minor, *an* toto pectore deciderim. Tibull. 3, 1, 19.

Not. 2. Sprichwortsweise können zwei einzelne, einander gerade entgegen gesetzte Begriffe auch ohne Fragpartikeln zusammengestellt werden.

Pompeius Crassum Iunianum per me (a dictatura) deterruit. *Velit*, *nolit?* scire difficile est. C. Q. Fr. 3, 8.

---

*) Dafür quaeritur, sintne dii, nec ne sint. C. N. D. 1, 22, 61. Ferner: Quaeram, *utrum* emeris, *nec ne*, et quomodo, et quanti emeris. C. Verr. 4, 16, 35. wo jedoch andre Mss. mit Orellius das nec ne weglassen.

Not. 3. Mit an sind die Disjunctivpartikeln *aut* oder *vel* nicht zu verwechseln, die zu einer und derselben Frage gehören und nur unterscheiden oder abtheilen, nicht einen Begriff dem andern entgegensetzend fragen. Cf. Gör. ad C. Acad. 2, 39, 124. Gesn. et Spald. ad Q. 1, 5, 50. Drak. ad L. 5, 3, 7. Garat. ad C. Pis. 10. p. 295. sq.

Nonnulli dubitant de mundo, casune ipse sit effectus *aut* necessitate aliqua, an ratione ac mente divina. C. N. D. [illegible] 35. Opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quaeratur, verbane plus *aut* sententia valere debeat. C. Top. 25. Quaero, si quis aedes vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id iniuste *aut* improbe *) fecerit. C. Off. 3, 13. cf. C. Inv. 1, 53, 101. 2, 41, 119. Or. 3, 33, 135. Ad Herenn. 4, 29, 40. Incertum fuit, tribuni insidias, an proditionem, *vel* aliquod honestum consilium coeptaverint. Tac. H. 2, 41.

IV. Die Antwort mit dem bloßen Ja! oder Nein! wird

1. am deutlichsten durch Wiederholung des fragenden Worts mit oder ohne eine verstärkende Partikel ausgedrückt.

Tarquinius rex interrogavit: Estisne vos legati oratoresque, missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? — *Sumus.* — Estne populus Collatinus in sua potestate? — *Est.* — Deditisne vos populumque Collatinum in meam populique Romani ditionem? *Dedimus.* L. 1, 38. Epaminondas quum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam, atque ipse gravi vulnere exanimari se videret, quaesivit; salvus*ne* esset clypeus? quum *salvum esse* flentes sui respondissent, rogavit, essentne fusi hostes? C. Fin. 2, 30. M. Abiit Clitipho. Chr. *Solus?* M. *Solus.* T. Heaut. 5, 1, 31. Syrus. Pater laudari te audit libenter: virtutes narro. Ct. Meas? Syrus. *Tuas.* T. Ad. 4, 1, 19. Dasne hoc nobis, deorum immortalium numine naturam omnem regi? — *Do sane.* C. Leg. 1, 7. Quaero, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil arbitremur? — *Actum vero*, et aliquantum quidem. C. Tusc. 5, 6. Tune negas? — *Nego hercle vero.* Plaut. Men. 4, 2, 67. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? — *Illi vero.* C. Div. 2, 64. Ph. Dic, Chaerea tuam vestem detraxit tibi? D. *Factum.* Ph. Et eam est indutus? D. *Factum.* T. Eun. 4, 4, 39. Aspasia cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quaeso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat, quam tuus est; tuumne equum malis, an illius? *Illius*,

*) Dagegen: Opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quaeratur, verbane plus, *an* sententia valere debeat. C. Top. 25. wo andre Ausgaben aut haben, an aber wegen der Gegensätze stehen muß.

inquit. Quid? si fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis. *Illum*, inquit, *meliorem scilicet*. C. Inv. 1, 31.

Non irata es? — *Non sum irata*. Plaut. Cas. 5, 4, 28. Estne frater intus? — *Non est*. T. Ad. 4, 2, 30. Non existimas, cadere in sapientem aegritudinem? — *Prorsus non arbitror*. C. Tusc. 4, 4.

2. Für Ja! steht *sane*, *etiam*, *verum*, *vero*, *ita*, *ita est*, *ita enim vero*.

Visne, sermoni reliquo demus operam sedentes? — *Sane quidem*. C. Leg. 2, 1. Venit ad me salutandum municipis mei filius. Huic ego, Studes? inquam. Respondit, *Etiam* *). P. Ep. 4, 13. Novi tibi quidnam scribam? quid? *etiam*. C. Att. 1, 13. extr. Facies? — *Verum*. T. Heaut. 5, 3, 11. Tu orationes nobis veteres explicabis? — *Vero*, inquam. C. Brut. 87. Fuisti saepe, credo, quum Athenis esses, in scholis philosophorum. — *Vero*, ac libenter quidem. C. Tusc. 2, 11. Haeccine tua domus est? — *Ita*, inquam. Plaut. Amph. 1, 1, 206. cf. T. Phorm. 2, 3, 35. An me ad M. Antonii aestimationem frumenti, exactionemque pecuniae revocaturus es? — *Ita*, inquit, *ad M. Antonii*. C. Verr. 3, 91. cf. C. Or. 2, 11, 44. Non dicis, miser est M. Crassus, sed tantum, miser M. Crassus. — *Ita plane*. C. Tusc. 1, 7. Huic amoenitati Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit. — *Est ita*, ut dicis. C. Leg. 2, 3. S. Cur non introeo in nostram domum? M. Quid domum vestram? S. *Ita enim vero*. Plaut. Amph. 1, 1, 254.

3. Für Nein! *non*, *non vero*, *minime*, *minime vero*, *nihil minus*.

Venitne homo ad te? — *Non*. Plaut. Pseud. 4, 6, 5. cf. T. Phorm. 3, 2, 40. C. Caecil. 10, 33. Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Moeliboei? — *Non*, verum Aegonis. V. Ecl. 3, 1. S. Optata loquere. Ch. Atqui non est opus. S. Non opus est? Ch. *Non hercle vero*. T. Heaut. 3, 3, 50. Num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? *minime*. C. Brut. 83. An tu haec non credis? — *Minime vero*. C. Tusc. 1, 6. cf. C. Orat. 2, 12, 49. An Gallos existimatis hic versari animo demisso atque humili? *Nihil vero minus*. C. Font. 11. Scilicet haec Spartam incolumis, patriasque Mycenas adspiciet, partoque ibit regina triumpho?

---

*) Ubicunque probabilitas aut occurrit, aut deficit, aut *etiam* aut *non* respondemus. C. Acad. 2, 32.

Non ita. V. Aen. 2, 577. Num placet, quum de eloquentia praecipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere? — *Nihil sane*, inquit Catulus, *necesse est.* C. Or. 2, 12. Cognitorem adscribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? *Non.* Thermitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? *Ne id quidem.* At Siculum, in quo aliquis splendor dignitasque esset? *Minime.* C. Verr. 2, 43.

Not. 1. *Recte*, *optime* können nach Beschaffenheit der Frage bald für Ja, bald für Nein gebraucht werden. *Scilicet*; freilich, wirklich, ohne Zweifel, bejaht ironisch.

Rogo, numquid velit? *Recte* *), inquit. T. Eun. 2, 3. 49. Thucydidem, inquit, imitamur. — *Optime* **), si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. C. Brut. 83. Ego tibi irascerer? tibi ego possem irasci? *Scilicet!* C. Q. Fr. 1, 3.

Not. 2. *Imo (immo)* berichtigt jedesmal die vorhergehende Frage, indem es den Zweifel hebt, oder ihr etwas Höheres, Geringeres, das gerade Gegentheil entgegenstellt; daher es bald durch Ei freilich! Ja wohl! bald durch O nein! Nein; vielmehr übersetzt werden muß. *Imo enim* gibt den Grund an, warum das Gegentheil Statt finden müsse.

Gn. Iam haec tibi aderit supplicans ultro. Thr. Credisne? Gn. *Imo certe* ***). Novi ingenium mulierum. T. Eun. 4, 7, 41. Non patria praestat omnibus officiis? *Imo vero* †). C. Off. 3, 23. cf. C. Cat. 1, 1, 2. Beneficium sequor, non causam. — Causa igitur non bona est? *imo* optima. C. Att. 9, 7. Tenaxne est? *Imo* pertinax. Plaut. Capt. 2, 2, 39. Ferendus tibi in hoc meus error; ferendus? *imo vero* etiam adiuvandus. C. Att. 12, 43. Duras fratris partes praedicas. *Imo enim* ††), si scias, quod donum huic dono comparet; tum magis id dicas. T. Eun. 2, 3, 62.

B. Curre ad Pamphilum. Dic, me orare, ut veniat. P. Ad te? B. *Imo* †††) ad Philumenam. T. Hec. 5, 3, 10. Ubi fuit Sulla? num Romae? *imo* longe abfuit. C. Sull. 19. Ego te videre noluerim? *Imo vero* 1) me a te videri nolui. C. Q. Fr. 1, 3. Quid si patriam prodere conabitur pater? silebitne filius? — *Imo vero* obsecrabit patrem, ne id faciat. C. Off. 3, 23. cf. C. Planc. 29, 71. Mil. 38, 104. Verum vis dicam? *Imo etiam* 2) narrationis mihi incipit initium. T. Andr. 4, 2, 25. Ch. Satis iam, Simo, spectata erga te amicitia est mea: orandi iam finem

---

*) st. nihil. So: Numquid, Geta, aliud me vis? G. *ut bene sit tibi.* T. Phorm. 1, 2, 101., wobei Donatus bemerkt: urbane dictum pro *nihil*.

**) sehr wohl, d. i. immerhin!

***) Ei ja wohl! *Imo*, von imus, schreibt man richtiger, als immo, welche letztere Schreibart jedoch in Handschriften üblich ist.

†) Ei freilich! O ja!

††) Ja wohl! und wenn du wüßtest —.

†††) Nein!

1) Nein! vielmehr.

2) O, der fängt mir gar eine ganze Erzählung an!

fac. — S. *Imo enim* *) quam maxime abs te postulo atque oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, re comprobes. T. Andr. 5, 1, 1. A. Siccine hunc decipis? D. *Imo enim vero* **) Antipho, hic me decipit. T. Phorm. 3, 2, 43.

Not. 5. Die Antwort durch einen Casus wird in demjenigen gegeben, welchen das fragende Verbum erfordert.

Cuius es? — *Amphitruonis*. Plaut. Amph. 1, 1, 222. Cui dono lepidum novum libellum? Corneli, *tibi*. Catull. 1, 1. Mene vis? — *Te*. T. Phorm. 2, 4, 9. Quanti emtae? — *Parvo*. — Quanti ergo? *Octussibus*. H. Serm. 2, 3, 156.

III. Verbindungsarten der Sätze.

175 I. Verbunden werden solche Sätze, die sich als Bestandtheile eines vollständigen Gedankens betrachten lassen. Wie aber in dem einzelnen Satze coordinirte und subordinirte, wesentliche und Nebenbestandtheile enthalten sind, so verhalten sich auch die in einem solchen Ganzen zusammengefügten Sätze zu einander. Kürze und Bündigkeit des Ausdrucks verlangen, daß auch bei den kleinsten Verbindungen dieser Art Bestandtheile, die mehrern unmittelbar zusammenhängenden Sätzen gemeinschaftlich sind, nicht wiederholt werden.

P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum *consules facti* †). L. 2, 16. Q. Metellus Numidicus et eius collega M. Silanus *dicebant de republica*. C. Brut. 35. *Hirtius* hostes nefarios prostravit, fudit, occidit ††). C. Phil. 14, 10. *Verginius* vivit, vivetque semper. P. Ep. 2, 1, 11. Cn. Pompeius est vir omnium, *qui* sunt, fuerunt, erunt †††), virtute, sapientia, ac gloria princeps. C. Quir. p. R. 7. *Navigiis* amnes et maria *transimus*. S. Epist. 90. *Natura sumus apti* ad coetus, concilia, civitates. C. Fin. 3, 19.

II. Hauptsätze heißen diejenigen, die an und für sich ein vollständiges Urtheil enthalten, theils im Verhältniß zu den Ne-

---

*) Ei, nicht doch! denn ich bitte dich nun erst recht inständig.

**) O nein! vielmehr umgekehrt, er betrügt mich.

†) statt: Valerius quartum consul factus est, T. Lucretius iterum consul factus est. Deswegen mußte auch in dem folgenden Beispiel *eius* collega stehen, nicht suus. §. 157, 4, c. Die Weglassung des et bei Consulnamen ist sehr gewöhnlich.

††) statt Hirtius prostr., Hirtius fudit, Hirtius occidit.

†††) dafür: Segulius, homo nequissimus omnium, *qui sunt*, *qui fuerunt*, *qui futuri sunt*. C. Fam. 11, 21. Eben so ist der Satz: Pompeius est princeps wiederholt bei virtute, sapientia, gloria gedacht.

bensätzen, die einen ihrer Bestandtheile näher bestimmend, mit diesem durch ein Relativum verbunden sind, und zu den eingeschobenen, die ihre Glieder trennen, ohne mit ihnen durch Construction zusammen zu hängen; theils zu den untergeordneten (subordinirten), die von ihrem Prädicat durch Causalverbindung, als Zeitbestimmung, oder auch als angeführte Frage §. 174, II., Rede und Meinung eines Andern abhängig sind. Mehrere mit einander verbundne Hauptsätze hingegen werden coordinirte Sätze genannt.

Legatus, ubi ad fines *eorum* venit, *unde res repetuntur*, capite velato filo (*lanae velamen est*), Audi, Iupiter; inquit, audite, fines; (*cuiuscunque gentis sunt, nominat*) audiat Fas. L. 1, 32.

III. Der Zusammenhang der Sätze wird nächst ihrem Inhalt durch ihre Form, durch das Relativum und durch Verbindungspartikeln bewirkt.

1. Die Form ist theils Aussageform §. 173. 174., theils grammatisch, §. 3, 3. Hauptsätze verwandten Inhalts, die in beiderlei Form mit einander übereinstimmen, sind schon hierdurch verbindungsfähig; Partikeln bedürfen sie, wenn ihre Aussageform verschieden ist, außer im Gegensatz. Neben- und untergeordnete Sätze haben nur die behauptende Aussageform, die neben einander positiv und negativ seyn kann; die letztern aber stehen ohne Ausnahme im Conjunctivo. Nur bei Conditional- und Concessivsätzen kann der Nachsatz Fragform haben, während der Vordersatz jedesmal in behauptender ausgedrückt seyn muß.

2. Das Relativum *qui* kann nur in Beziehung auf ein Nomen des vorhergehenden Satzes gebraucht werden; so auch *unde*, *ubi*, *quo* wohin, *qua* wo. Das Neutrum *quod* hingegen läßt sich auch auf einen ganzen Satz beziehen. Durch dieses Relativum werden Hauptsätze mit einander in Verbindung gebracht; ausschließlich aber Nebensätze, die einen einzelnen vorhergegangenen Begriff erklären oder näher bestimmen, daher auch ihre Tempora und Modi nicht immer nach denen des Hauptsatzes sich richten. In untergeordneten Sätzen hingegen folgen diese bestimmten Regeln.

3. Bei untergeordneten Sätzen sind (außer in Oratione obliqua) neben dem Relativo *qui* nur folgende Partikeln, ebenfalls von relativer Form, anwendbar:

Quod daß, weil, in Beziehung auf ein vorhergehendes, oft nur hinzugedachtes id, eo, ideo, propterea, umschreibt einen Satz nach seinem Wesen;

Ut daß, damit, umschreibt Etwas, worauf der Andre erst

aufmerksam gemacht werden soll, daher auch eine Absicht als Zweck, eine Wirkung und Folge;

Quo damit dadurch, vor einem Comparativ damit desto, drückt nur eine Bestimmung aus. So auch *qua* damit da, *ubi* damit daselbst, *unde* damit daher, in Beziehung auf ein vorhergehendes Nomen.

Ne damit nicht, daß nicht, bezeichnet negativ die Absicht; *ut non* daß nicht, die Wirkung oder Folge.

Quin der nicht, wie nicht, daß nicht, steht nach einem negativen Hauptsatz für qui non oder qui ne.

Quum (cum) da, obschon, bezeichnet Ursache und Grund; in der Bedeutung da, als, gibt es mit seinem Verbo neben einem Hauptsatz untergeordnet ein Factum als Zeitbestimmung einer vergangenen Begebenheit an, und wird daher so nur mit dem Imperfecto und Plusquamperfecto Coniunctivi gebraucht.

A. Erklärungssätze.

176 Nebensätze sind überhaupt solche, die bei einem Hauptsatz an der Stelle eines einzelnen Bestandtheils stehen und mit ihm durch ein Relativum verbunden sind. Als Erklärungssätze umschreiben sie Substantiva in jedem Casu, Adjectiva, Participia, Adverbia, auch Appositionen, bald das Subject des Hauptsatzes, bald das Object und andre Prädicatsbestimmungen, und werden theils im Indicativo als unbedingte Behauptungen ausgedrückt, theils im Coniunctivo unter den §. 166. angegebenen Bedingungen, und in diesem Fall können sie zugleich subordinirt seyn. Ihr Tempus folgt nach den §. 164, 10. angegebenen Bedingungen. Hierher gehören

I. diejenigen bestimmenden Relativsätze, die einen auf den angedeuteten Bestandtheil des Hauptsatzes von außen her Bezug habenden Umstand angeben.

Ille, *qui navigat*, quum subito mare coepit horrescere, unius opem implorat. C. Rep. 1, 40. i. e. nauta. Doceatur is, *apud quem dicetur*. C. Brut. 49. i. e. auditor. Alii oratores probantur a multitudine, alii autem ab *iis*, *qui intelligunt*. Ibid. i. e. ab intelligentibus, von Kennern. *Ea*, *quae ignoramus*, discere et *ea*, *quae scimus*, alios docere solemus. C. N. D. 2, 59. i. e. ignota — nota. *Quanta maxima celeritate potui*, in radicibus Alpium obvius fui. L. 21, 41. i. e. quam celerrime, §. 155, 6; b. T. Roscius Capito, *qui in decem legatis erat*: C. S. Rosc. 9. i. e. unus legatorum. Orgetorix Dumnorigi Aeduo, *qui* eo tempore principatum in civitate *obtinebat* ac maxime plebi *acceptus erat*, ut idem conaretur, persuadet. Caes. 1, 3. Eos septem, *quos* Graeci sapientes *nominaverunt*,

omnes paene video in media re publica esse versatos. C. Rep. 1, 7. Andranodorus et insulam et arcem et alia, *quae poterat*, *quae*que opportuna *erant*, praesidiis firmarat. L. 24, 21. Flaminius, *quacunque* in parte laborare *senserat* suos, impigre ferebat opem. L. 22, 6. Indici finitimis spectaculum iussit Romulus: *quanto*que apparatu tum *sciebant* aut *poterant*, concelebrant. L. 1, 9.

Im Coniunctivo, als Gegensatz der Wirklichkeit, stehen solche Sätze:

1. Wenn sie ein geeignet seyn eines Zustandes, ein fähig oder im Stande seyn des beim Verbo verstandnen Subjects andeuten; seltner im Modo permissivo.

Quam saepe forte temere eveniunt, *quae* non *audeas* optare. T. Phorm. 5, 1, 30. Quae est conditio pacis, in qua ei, *cum quo* pacem *facias*, nihil concedi potest? C. Phil. 12, 5. Haec Academicorum est una sententia, *quam* reliquorum philosophorum nemo *probet*. C. Acad. 2, 22. A te peto, ut de loco, *quo deportet* frumentum, et de tempore Aviano commodes. C. Fam. 13, 75. schaffen will, mag. Nunc id dicam, *quod* tacitus tu mihi *assentiare*. C. Caecil. 7. worin du mir beistimmen mußt. Pittacus ille, Nolite, oro vos, inquit, id mihi dare, *quod* multi *invideant*, plures etiam *concupiscant*. N. 8, 4. Saepe vidimus fractos pudore, *qui* ratione nulla *vincerentur*. C. Tusc. 2, 21. cf. L. 30, 37, 11. Urbem unam mihi amicissimam (Brundisium) declinavi, *quae* se vel potius exscindi, quam, e suo complexu ut eriperer, *pateretur*. C. Planc. 41. Gracchus peccatum suum, *quod* celare *posset*, confiteri maluit, quam haerere in re publica religionem. C. N. D. 2, 4. Ascendentibus ad templum Delphicum a Cirrha maceria erat ab laeva semitae paulum exstans a fundamento, *qua* singuli *transirent*. L. 42, 16. Duae erant viae, *qua* ex Medis ad adversariorum hibernacula *posset* perveniri. N. 18, 8. In senatu locutus sum de re publica liberius, quam pericula postulabant. At ille homo violentus, *qui* hanc consuetudinem libere dicendi *excluderet*, inimicitias mihi denuntiavit. C. Phil. 5, 7. Galba stemma in atrio posuit, *quo* paternam originem ad Iovem, maternam ad Pasiphaën, Minois uxorem, *referret*. Suet. Galb. 2. Mixtum ius est pipere albo non sine aceto, *quod* Methymnaeam vitio *mutaverit* uvam. H. Serm. 2, 8, 50. in welchem — umgeschlagen seyn muß. Cf. §. 166, 1.

Dî tibi dent, *quaecunque optes*. Plaut. Asin. 1, 1, 32. Sola est, *in qua* merito *culpetur* Vespasianus, pecuniae cupiditas. Suet. Vesp. 16. Antiquissimi fere (oratores) sunt, *quorum* quidem scripta *constent*, Pericles atque Alcibiades. C. Or. 2,

22. Cinna M. Antoni praecidi caput iussit, omnium eloquentissimi, *quos* ego *audierim*. C. Tusc. 5, 19. Omnium oratorum, *quos* quidem ego *cognoverim*, solutissimum in dicendo et acutissimum iudico Q. Sertorium. C. Brut. 48. Medea parat, *quae nescierim* melius. O. Her. 6, 92. Duo tempora inciderunt, *quibus* aliquid contra Caesarem Pompeio *suaserim*. C. Phil. 2, 10. Pompeio literas tuae, quas proxime miseras, *quod* facile *intellexerim*, periucundae fuerunt. C. Fam. 1, 7, 6. cf. §. 166, 2. §. 164, 5. a. *)

3. **Wenn sie Etwas als zufällig, als von ungefähr geschehen darstellen, wo der Deutsche etwa, gerade, einmal braucht.**

Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referatur, dicat, *qui velit*. Si quando taceant omnes, tunc sortito coguntur dicere. C. Verr. 4, 64. Domitianus, *quoties* otium *esset* *), alea se oblectabat. Suet. Domit. 21. Strabo mille et octoginta stadia *quod abesset*, videbat. C. Acad. 2, 25. Scipio responsa legationibus dare coepit ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo, ut ingens omnibus, *quae diceret*, cum maiestas inesset, tum fides. L. 26, 19. Hostes societate auxilii mutui, *ut quisque* locus *premeretur*, inter se usi fuerant. L. 8, 25. Elephanti tutum ab hostibus, *quacunque incederent*, agmen praebebant. L. 21, 35. Scholas Graecorum more habuimus ita, ut, quum is, *qui* audire *vellet*, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem. C. Tusc. 1, 4. Casu Germani equites interveniunt, nec prius sunt visi, quam castris appropinquarent, usque eo, ut, *qui* sub vallo *tenderent* mercatores, recipiendi sui facultatem non haberent. Caes. 6, 37. Suevi quotannis singula millia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, *qui* domi *manserint*, se atque illos alunt. Id. 4, 1. Gallorum magistratus, quae visa sunt, occultant; *quae*que esse ex usu *iudicaverint*, multitudini produnt. Id. 6, 20. Uri neque homini, neque ferae, *quam conspexerint*, parcunt. Caes. 6, 28. Camillus *quocunque* se *intulisset*, victoriam secum haud dubiam trahebat. L. 6, 8. cf. 5, 42, 4. Accidit, ut nonnulli milites, *qui* lignationis causa in silvas *discessissent*, repentino equitum adventu interciperentur. Caes. 5, 39. In Hortensio fuit memoria tanta, ut, *quae* secum *commentatus esset*, ea sine scripto verbis eisdem redderet, *quibus cogitavisset*. C. Brut. 88. Cimoni quotidie sic coena coquebatur, ut, *quos* invocatos *vidisset* in foro, omnes devocaret; complures pauperes mortuos, *qui*, unde efferrentur,

---

*) so oft er einmal Zeit hatte; nicht genau genommen.

non *reliquissent*, suo sumtu extulit. N. 5, 4. Galba erat amicorum libertorumque, *ubi* in bonos *incidisset*, sine reprehensione patiens; si mali forent, usque ad culpam ignarus. Tac. H. 1, 49. Ferox erat praeda gloriaque exercitus, *ut qui* sine labore ac periculo ditissimi belli victoria *evenisset*. Ibid. 1, 51

3. Wenn sie Etwas als Vermuthung oder als wahrscheinlich darstellen, bei Zuständen, deren Wahrheit man nicht verbürgen will; daher wenn der Redende sein Urtheil mildern und Bescheidenheit, Ehrfurcht, Schonung, Mißtrauen in seine Einsichten, Scham, oder auch Verachtung zu erkennen geben will. Hier braucht der Deutsche bald mögen, können, bald den Indicativ mit etwa, allenfalls, wohl, vielleicht.

Evenit facile, *quod* diis cordi *esset*. L. 1, 39. Eumenes ut Romam venit, exceptus est cum tanto honore, *quantum* meritis eius *existimaret* deberi populus Romanus. L. 42, 11. Hannibal tabernas argentarias, *quae* circa forum Romanum tunc *essent* *), iussit venire. L. 26, 11. Vetus Claudia tribus, additis postea novis tribulibus, *qui* ex eo *venirent* agro (Latino), appellata. L. 2, 16. Aegyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, *quam* ex ea *caperent*, consecraverunt. C. N. D. 1, 36. Veniebat ad Eumenem utrumque genus hominum: et *qui* propter odium fructum oculis ex eius casu capere *vellent*, et *qui* propter veterem amicitiam colloqui consolarique *cuperent*; multi etiam, qui eius formam cognoscere studebant **), qualis esset, quem tamdiu, tamque valde timuissent. N. 18, 11. Eurybiadem Themistocles quum minus, *quam vellet*, moveret, noctu ad Regem misit. N. 2, 4. Vereor, ne amore videar plura, *quam fuerint* ***) in illo, dicere. C. Brut. 78. Multae hodie sunt gentes, *quae* tantum facie *noverint* coelum, *quae* nondum *sciant* †), cur luna deficiat. S. N. Q. 7, 25. Multa in silva Hercynia genera ferarum nasci constat, *quae* reliquis in locis *visa* non *sint*. Caes. 6, 25.

Magno in dolore sum, vel moerore potius: inest tamen aliquid, *quod* rei publicae profuturum *putem*. C. Phil. 11, 1.

---

*) seyn mochten. Diese Buden brannten nicht lange nachher ab, L. 26, 27. pr. Daher konnte Livius ihren Ort nur nach Wahrscheinlichkeit bestimmen.

**) Daß Viele, die größere Anzahl, nur in dieser Absicht kamen, war wohl offenbar genug; daher hier der Indicativus.

***) Zwei Handschriften haben hier fuerunt, welches zu absprechend seyn würde. Dagegen ist: Quascunque postea controversias inter se milites *habuerunt*, sua sponte ad Caesarem in ius adierunt. Caes. C. 1, 87. gewiß richtiger, als habuerint.

†) vielleicht kennen — wissen.

Unum excipio Catonem, *in quo*, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non *desiderem*. C. Brut. 31. Oratores quidem laudari video, *si qui* e nostris Hyperidem *sint*, aut Demosthenem *secuti* *). C. Acad. 1, 3. Scaurus habebat hoc a natura ipsa, *quod* a doctrina non facile *posset*. C. Brut. 29. Dictatore habente comitia Caesare, consules creantur Iulius Caesar et Bibulus. is enim erat annus, *quo* per leges ei consulem fieri *liceret* **). Caes. C. 3, 1. Augusto prompta ac profluens, *quae deceret* Principem, eloquentia fuit. Tac. 13, 3. In castris Pompeii videre licuit magnum argenti pondus expositum, multaque praeterea, *quae* nimiam luxuriam et victoriae fiduciam *designarent* ***). Caes. C. 3, 96. Ego scio, Quirites, *qui*, postquam consules facti sunt, acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere *coeperint* †). Sall. I. 85, 12. Utrum nos impudentes, qui labi nolumus; an illi, *qui* sibi *persuaserint*, scire se solos omnia? C. Acad. 2, 36. Medio montium et paludum porrigebatur planities, *quae* tenuem aciem *pateretur* ††). Tac. 1, 64. Quatuor menses obsidionem Same sustinuit, quum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent aut vulnerarentur, et *qui superarent* †††), fessi et corporibus et animis essent. L. 38, 29. Erant in legione fortissimi viri centuriones, *qui* iam primis ordinibus *appropinquarent* [1]), T. Pulfio et L. Varenus. Caes. 5, 44.

4. Wenn sie einen Zustand nur als gedacht, als Meinung oder Vorstellung angeben.

Clodio mandaveras, *quae* illum mecum loqui *velles*. Eum sane exspectabam, ut ea, *quae* a te *afferret*, quam primum cognoscerem. C. Fam. 3, 4.

177 II. Wird durch *Qui* mit seinem Verbo einem Subjecte ein Zustand als Eigenschaft, und zwar als an ihm bereits vorhanden und sich wirklich äußernd zugeschrieben, so steht ein solcher Satz im Indicativo; im Coniunctivo hingegen, wenn dem Subject eine solche Eigenschaft nur in so fern zugeschrieben wird, als es dazu Fähigkeit, Unfähigkeit, Kraft, Willen, Würdigkeit oder

*) wenn ja einige, oder die etwa. Bescheiden; denn Cicero war selbst mit unter dieser Zahl.
**) wohl erlaubt war — mit ehrfurchtsvoller Rücksicht auf die Majestät des römischen Volks.
***) Schonendes Urtheil über Feinde.
†) Verächtlich.
††) allenfalls, höchstens, freilich nur gestattete.
†††) die etwa noch übrig waren.
1) ziemlich nahe waren.

Gelegenheit hat, vorzüglich dann, wenn *qui* von einer Negation oder einem Fragpronomen, wie nemo, nullus, nihil, quis, quotusquisque abhängt.

Qui mentiri solet, peierare consuevit. C. Q. Rosc. 16. *Qui* id, *quod vitari non potest, metuit*, is vivere animo quieto nullo modo potest. C. Tusc. 2, 1.

Errat longe, mea quidem sententia, *qui* imperium *credat* gravius esse aut stabilius, vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. T. Ad. 1, 1, 40. wer glauben kann. Etiam modestiam quandam cognitio rerum coelestium affert his, *qui videant*, quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo. C. Fin. 4, 5. Natura est, *quae contineat* mundum omnem, eumque *tueatur*. C. N. D. 2, 11. Circumstant te summae auctoritates, *quae* te oblivisci laudis domesticae non *sinant*, *quae* te dies noctesque *commoneant*, fortissimum tibi patrem, sapientissimum avum fuisse. C. Verr. A. 1, 17. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Milo, *qui* nunquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris *ducebat*; ille, *qui* semper secum scorta *duceret*. C. Mil. 21. Duo tum excellebant oratores, *qui* me imitandi cupiditate *incitarent*, Cotta et Hortensius. C. Brut. 92. Id erat certi accusatoris officium, *qui* tanti sceleris *argueret*, explicare omnia vitia atque peccata. C. S. Rosc. 19. Non potest ea natura, *quae* tantum facinus *commiserit*, hoc uno scelere esse contenta. C. Verr. 1, 15.

Besonders steht *qui* mit dem Conjunctivo unter diesen Bedingungen:

1. Nach Verbis, die bloße Existenz anzeigen, wie *est*, *sunt*, *reperiuntur*, *inveniuntur* es gibt, wenn das Subject, worauf sich *qui* bezieht, allgemein (homines), oder doch unbestimmt ist, wie aliquis, multi, pauci; durch den Relativsatz aber, wenn von ihm Etwas nur in so fern prädicirt wird, als es dazu im Stande ist, z. B. sunt (homines), qui dicant es gibt Leute, welche sagen können, wollen, d. i. Manche wollen, können, sind im Stande zu behaupten; nemo est, qui dicat es gibt Niemand, der sagen könnte.

*) Das Tempus des auf *qui* folgenden Verbi ist hier gewöhnlich dem des vorhergehenden gleichzeitig, das ist: Auf das Praesens und Futurum folgt *qui* gewöhnlich mit dem Coniunctivo Praesentis; auf ein Praeteritum, mit dem Coni. Imperfecti, §. 164, 10. Das Perf. Coniunctivi hingegen folgt auf das Praesens, wenn eine früher vergangene, und auf ein Praeteritum, wenn eine später erfolgte Begebenheit angegeben, oder ein Factum nur historisch, das ist, ohne Berücksichtigung des vorhergegangenen Tempus angeführt wird. In den folgenden Beispielen folgt der Coni. als Modus permissivus: Plura scripsit Theodorus, cu-

ius auditorem Hermagoram *sunt*. *qui viderint*. Q. 3, 1, 18. dessen Zuhörer Hermagoras wohl noch Manche gesehen haben mögen. *Sunt*, *quibus* ne haec quidem certamina exponere satis *fuerit*. L. 10, 26. *Solus es*, Cai Caesar, *cuius* in victoria *ceciderit* nemo. C. Deiot. 12. *Una* feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia *reperitur*, *quae* regis filia, regis uxor, regis mater *fuerit*. P. 7, 41. Seltnere Beispiele sind: Divina natura dedit agros, ars humana aedificavit urbes. quum artes omnes dicantur in Graecia intra mille annorum repertae, agri nunquam non *fuerint* in terris, *qui* coli *possint*. Varr. R. R. 3, 1, 4. wo fuerint wegen nunquam non bis auf die Gegenwart herab zu beziehen ist. Quid proferam C. Neronis animum nimis timidum? qui in illa re *quid* facere *potuerit*, *non habebat*, nisi forte, ut ageret eam rem sine Verre et Dolabella. C. Verr. 1, 30. und: *Quid erat*, *quod* Capitonem primum scire *voluerit?* Nescio. C. S. Rosc. 35, 99. wo das Perfectum historisch gebraucht ist, und nur wegen der Anführungsformel non habebat, quid erat, im Conjunctivo steht.

Circumagetur hic orbis: *erit* mox, qui *arguat* *), nequidquam Antiochum ultra iuga Tauri remotum. L. 42, 42. *Fuit*, *qui suaderet* **) appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam, quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Suet. Aug. 100. *Est*, *quod differat* ***) in hominum ratione habenda inter iustitiam et verecundiam. C. Off. 1, 28. Qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior: si enim *est*, *quod desit*, ne beatus quidem est. C. Tusc. 5, 8. *Inventus est*, *qui* flammis *imponeret* manum. S. Ep. 76. — *Sunt*, *qui* duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse *dicant*, ibique sacratam legem latam. L. 2, 33. *Adsunt*, *qui* vos *hortentur*, ut a nobis desciscatis. Caes. C. 2, 32. *Sunt*, *qui* ligusticum cunilam bubulam *appellaverint*. P. 20, 15. extr. cf. 28, 9. 28, 17, 67. *Erant*, *qui* fama maius bellum cum Antiocho, quam difficultate rei, fuisse *arbitrarentur*. L. 37, 58. *Fuerunt*, *qui dicerent*, non coeli motu fieri ortus et occasus, sed nos ipsos oriri et occidere. S. N. Q. 7, 12. *Qui* se ultro morti *offerant*, facilius *reperiuntur*, quam *qui* dolorem patienter *ferant*. Caes. 7, 77.

Est aliquis, *qui* se inspici, aestimari *fastidiat* †). L. 6, 41. *Est aliquid*, *quod* non *oporteat*, etiamsi licet. C. Balb. 3. Velim quam saepissime literas mittatis, praesertim *si quid est firmius*, *quod speremus*. C. Fam. 14, 2. *Pompeius unus inventus est*, *quem* socii in urbes suas cum exercitu venisse

---

*) bald wird sich jemand finden, der uns zeigt.
**) Einer wollte rathen.
***) es gibt allerdings einen Unterschied.
†) es gibt Manchen, der es verschmähen kann, oder: Mancher kann es verschmähen.

gaudeant. C. Manil. 23. Profecto *fuit quaedam vis, quae* generi *consuleret* humano. C. Tusc. 1, 49. — *Pauci* ex multis *sunt* amici, homini *qui* certi *sint.* Plaut. Pseud. 13, 156. *Tria sunt, quae sint* efficienda dicendo: ut doceatur is, apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius. C. Brut. 49. *Nonnulli sunt* in hoc ordine, *qui* aut ea, quae imminent, non *videant*, aut ea, quae vident, *dissimulent.* C. Cat. 1, 12. In Liguribus *omnia erant, quae* militem *excitarent.* L. 39, 1. Ad Cannas ex millibus septem armatorum *sexcenti exstiterunt, qui* erumpere *auderent, qui* in patriam liberi atque armati *redirent.* L. 22, 60. *Multi erunt, quibus* recte literas dare *possis, qui* ad me libenter *perferant.* C. Fam. 16, 5. In omnibus saeculis *pauciores viri reperti sunt, qui* suas cupiditates, quam *qui* hostium copias *vincerent.* Ib. 15, 4. *Exortus est servus, qui,* quem in eculeo appellare non posset, eum *accuset**) solutus. C. Deiot. 1. Virtutis magistri *philosophi inventi sunt, qui* summum malum dolorem *dicerent.* C. Tusc. 2, 12. *Perpauci equites, qui* equos secum *eduxissent* **), *inventi sunt.* L. 41, 3. Difficile est, enumerare, quot *viri fuerint, qui* non una aliqua in re separatim *elaborarint*, sed omnia, quaecunque possent, vel scientiae pervestigatione, vel disserendi ratione *comprehenderint* ***). C. Or. 1, 3.

Nulla est laus, ibi esse integrum, ubi *nemo est, qui* †) aut *possit*, aut *conetur* corrumpere. C. Verr. A. 1, 16. *Nemo est orator, qui* se Demosthenis similem esse *nolit.* C. Opt. 2. *Nemo reperietur, qui* unum se in quaestura M. Fonteio nummum dedisse *dicat.* C. Font. in Fragm. 2, 3. *Non deerunt, qui* Cassii et Bruti *meminerint.* Tac. 4, 35. *Nullum est animal,* praeter hominem, *quod habeat* notitiam aliquam dei. C. Leg. 1, 8. *Senatus consultum nullum exstat, quo* reductio regis Alexandrini tibi *ademta sit.* C. Fam. 1, 7, 8. *Neque* vero tam remisso et languido animo *quisquam* omnium *fuit, qui* ea nocte *conquieverit.* Caes. C. 1, 21. *Nihil est, quod* tam *de-*

---

*) jetzt nämlich.

**) sie hatten die Pferde nicht mitnehmen können, als man sie antraf. Cf. C. Brut. 78, 270.

***) hier steht das Perfectum Conj. weil fuerint verschiedne Zeiträume der Vergangenheit bezeichnet, deren jedem einzelne der mit qui comprehenderint Bezeichneten angehörten, daher das referirende, nicht das beschreibende Tempus anzuwenden war. So: Pauci reperti sunt, qui — obiecerint. C. Balb. 10. extr.

†) durch die vorhergehende Negation, hier nemo est, wird nämlich der mit qui folgende Satz bestimmt und seine positive Bedeutung (die Wirklichkeit) aufgehoben.

ceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. C. Off. 1, 34. Septimum primum pilum Tullius ducebat: *neque erat* in exercitu, *qui* quidem pedestria stipendia *fecisset*, vir factis nobilior. L. 7, 13. *Nemo* omnium *est*, *quem* ego nunc magis videre *cuperem* ††), quam te. T. Eun. 3, 5, 13. Polycratem Samium felicem appellabant. *Nihil acciderat* ei, *quod nollet*, nisi quod annulum, quo delectabatur, in mari abiecerat. C. Fin. 5, 30. Helvetiis, omnibus fructibus amissis, domi *nihil erat*, *quo* famem *tolerarent*. Caes. 1, 28. *Quis est*, *qui* †††) utilia *fugiat*? C. Off. 3, 28. *Quid est*, *quod* *) plus *valeat* ad ponendum dolorem, quam quum est intellectum, nihil profici? C. Tusc. 3, 28. *Quotusquisque est*, *qui* voluptatem *neget* esse bonum? C. Div. 2, 39.

2. Nach den Verbis activis *habeo*, *reperio*, *invenio*, *nanciscor*, *desidero*, *quaero*, *relinquo* und ähnlichen, wobei *qui* mit seinem Verbo im Coniunctivo angibt, was mit dem hinzugedachten oder angegebenen Gegenstand, auf welchen es sich bezieht, geschehen könne. (Ueber habeo quid und habeo quod §. 159, 1. Not. 2.)

Quod laudabile bonum est, in se *habeat*, *quod laudetur*, necesse est. C. Leg. 1, 17. Quid dulcius, quam *habere*, *quicum* omnia *audeas* sic loqui, ut tecum? C. Lael. 6. Non ex alitis involatu tibi auguror: *habeo* alia signa, *quae observem*. C. Fam. 6, 6. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi *haberes*, *qui* illis aeque, ac tu ipse, *gauderet*? C. Lael. 6. *Reperies* multos, *quibus* periculosa et calida consilia quietis et cogitatis et splendidiora et maiora *videantur*. C. Off. 1, 24. Plures auctores *invenio*, *qui* Romanos Horatios *vocent*. L. 1, 24. *Nactus sum*, *qui* Xenophontis similem esse se *cuperet*. C. Or. 9. Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis quia *nactus eram*, *cui darem*, quam quo *haberem*, *quod scriberem*. C. Fam. 16, 6. Num amplius quid *desideras*, *quod respondeas*? C. Acad. 2, 25. *Relinquo* tibi, *quod* ab aliis *quaeras*. Ib. 8, 7.

Germani *neque* Druides *habent*, *qui* rebus divinis *praesint*, neque sacrificiis student. Caes. 6, 21. Natura *nihil habet*, *quod* magis *expetat*, quam honestatem. C. Tusc. 2, 20. *Nihil habebam* novi, *quod* post *accidisset*, quam *dedissem* ad te literas. C. Att. 6, 3. Tanta prosperitas Caesarem est consecuta, ut *nihil* ei *non tribuerit* fortuna, *quod* cuiquam ante

††) als Modus conditionalis. §. 166, 1, b.
†††) ohne Frage so viel, als nemo est, qui.
*) st. nihil est, quod.

detulerit. N. 25, 19. *Quid habeo, quod faciam* pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quaecunque erit tua, ducam meam? C. Mil. 36.

3. Nach *is sum*, wenn *is* auf eine Eigenschaft des bestimmt genannten Subjects hinzeigt, deren Wirkung an ihm der Relativsatz als möglich angibt. Die Verba beider Sätze stehen hier in gleicher Person. §. 158, 4, a. Der Deutsche drückt diese Eigenschaft mit aus: Ich bin der Mann, ich bin so gesinnt, ich bin nicht so leichtgläubig, daß —. Eben so wird in der Frage *quis sum* gebraucht.

Ego *is sum, qui* *) Caesari concedi *putem* utilius esse, quod postulat, quam signa conferri. C. Att. 7, 5. cf. C. Sull. 24, 67. Or. 3, 20, 74. Ego *is sum, qui* **) nihil unquam mea potius, quam meorum civium causa *fecerim*. C. Fam. 5, 21. Quid in dicendo rectum sit, aut pravum, ego iudicabo, si modo *is sum, qui* ***) id *possim* aut *sciam* iudicare. C. Brut. 49. Num tu *is es, qui* †) in disputando non tuum iudicium *sequare*, sed auctoritati aliorum *pareas?* C. Leg. 1, 13. Ego *eum* te *esse, qui* horum malorum initia multo ante *videris*, praeclare memini. C. Fam. 4, 7. *Ea est* Romana *gens, quae* ††) victa quiescere *nesciat*. L. 9, 3. Ego *is sum, cui* vel maxime *concedant* omnes, ut vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam. C. Fam. 1, 8. Antonius *is est, qui* †††) semper senatus iudicium et auctoritatem *contemserit*. C. Phil. 6, 3. Dixisti, vos *eos esse, qui* vitam insuavem sine literarum studiis *putaretis*. C. Or. 2, 6. Ego semper *is fui, qui* de te, oratore, sic *praedicarem*, unum te in dicendo mihi videri tectissimum. C. Or. 2, 73. *Is fueram, cui* quum liceret, si quid accideret acerbius universis, parem cum ceteris fortunae conditionem subire, non *dubitaverim* me gravissimis tempestatibus ac paene fluminibus ipsis obvium ferre, conservandorum civium causa. C. Rep. 1, 4.

Non is sum, qui [1]), quidquid videtur, tale *dicam* esse, quale videatur. C. Acad. 2, 7. *Non* tu *is es, qui*, qui sis, *nesciae*. C. Fam. 5, 12, 21. *Non* tu *is es, quem* nihil, nisi ius civile, *delectet*. C. Top. 19. Zeno *nullo modo is erat, qui*

---

*) ich bin derjenige, der glauben kann, d. i. ich bin der Meinung, daß ich glaube.
**) ich bin so patriotisch, daß.
***) ein solcher Kenner bin, daß.
†) so gefällig, daß.
††) so kriegerisch, daß es.
†††) so frech, daß er — hat verachten können.
1) ich bin nicht so einfältig, daß ich.

nervos virtutis *inciderit* **): sed contra, *qui* omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute *poneret*. C. Acad. 1, 10. Agesilaus *se eum esse* dixit, *qui* ad officium peccantes redire *cogeret, non, qui* urbes nobilissimas *expugnaret* Graeciae. N. 17, 5. *Non sumus ii, quibus* nihil verum esse *videatur*, sed *ii, qui* omnibus veris falsa quaedam adiuncta esse *dicamus*. C. N. D. 1, 5. *Non ego sum ille ferreus, qui* fratris maerore non *movear*. C. Cat. 4, 2.

Quis sum, cuius aures laedi nefas *sit*. S. Ira. 3, 24. *Quis tu es, qui dicas*, si (Caesar) in Hispaniam profectus erit, si praesidia dimiserit? C. Att. 7, 17.

4. Nach *talis, qualis, hic, is, eiusmodi* in der Bedeutung ein solcher, wenn diese Wörter auf eine Beschaffenheit hindeuten, die ein Subject haben soll, kann, oder in welcher der Grund zu einer im Vorhergehenden ausgesprochenen Behauptung liegt. In demselben Sinn werden auch ohne diese Wörter allgemein genommene Subjecte und Substantiva mit folgendem *qui* und dem Conjunctiv gebraucht.

Innocentia est affectio *talis* animi, *quae noceat* ***) nemini. C. Tusc. 3, 8. Si quis est *talis, qui* me *accuset*, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quam emiserim: non est ista mea culpa, sed temporum. C. Cat. 2, 2. Erat iter *tale, per quod* vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri *posset*. L. 35, 30. *Qualis* ista philosophia est, *quae* non interitum *afferat* pravitatis, sed *sit* contenta mediocritate vitiorum? C. Fin. 2, 9. An ego, *qui* meae salutis defensor *fuisset, huius* in periculo non dolorem meum significarem? C. Planc. 31. *Ea* vita expetitur, *quae sit* animi corporisque expleta virtutibus. C. Fin. 5, 13. Habetis *eum* consulem, *qui* parere vestris decretis non *dubitet*. C. Cat. 4, 11. Discendae sunt *eae* artes, *quae efficiant*, ut usui civitati simus. C. Rep. 1, 20. In *ea* es urbe, *in qua* haec parietes ipsi loqui posse *videantur*. C. Fam. 6, 3. Caesar quum respectum ad senatum et ad bonos non haberet, *eam* sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, *quam* virtus liberi populi ferre non *posset*. C. Phil. 5, 18. Est non modo *eius, qui* sociis et civibus, sed etiam *eius, qui* servis *praesit, eorum, quibus praesit* †), commodis utilitatique servire. C. Q. Fr. 1, 1, 8. Phalereus fuit suavitate *ea, qua perfunderet* animos, non *qua perfringeret*.

**) das Pf. Conj. so streng, daß er sollte haben abschneiden wollen.

***) die Niemand schaden darf.

†) vorstehen soll, will.

C. Brut. 9. Si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe laeditur pietas; quod iudicium satis acre reperietur in *eum*, *qui* mortem *obtulerit* ††) parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogebant? C. S. Rosc. 13. Tu ea cogita, quae esse in *eo* civi ac viro debent, *qui sit* rem publicam afflictam in veterem dignitatem ac libertatem *vindicaturus*. C. Fam. 2, 6. Etiamne Epicurus post mortem coletur? idque testamento cavebit *is*, *qui* nobis quasi oraculum *ediderit*, nihil post mortem ad nos pertinere? Haec non erant *eius*, *qui* innumerabiles mundos, infinitasque regiones mente *peragravisset* *). C. Fin. 2, 31. Meam causam senatus palam, omnes boni proprie enixeque susceperant. *eas* res gesseram, *quarum* non unus auctor, sed dux omnium voluntatis *fuissem*, *quaeque* ad salutem communem omnium civium *pertinerent* **). C. Sext. 16. — Est *huiusmodi* reus, *in quo* homine nihil sit, praeter summa peccata. C. Verr. A, 1, 16. Nomen legati *eiusmodi* esse debet, *quod* non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume *versetur*. C. Verr. 1, 33. In corpore si quid *eiusmodi est*, *quod* reliquo corpori *noceat*, uri secarique patimur. C. Phil. 8, 5. De futuris rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cum est res *eiusmodi*, *cuius* exitus provideri *possit*. C. Fam. 6, 4. Occidisse patrem S. Roscius arguitur. Scelestum facinus atque *eiusmodi*, *quo* uno maleficio scelera omnia complexa esse *videantur* C. S. Rosc. 13.

Quid aut praeclarum putet in rebus humanis, *qui* haec deorum regna *perspexerit?* aut diuturnum, *qui cognoverit*, quid sit aeternum? C. Rep. 1, 17. Audies ex me fortasse, *quod* non omnes *probent*. C. Brut. 49. Nonne satius est mutum esse, quam *quod* nemo *intelligat*, dicere? C. Phil. 3, 9. — Mea quidem sententia *paci* ***), *quae* nihil *habitura sit* insidiarum, semper est consulendum. C. Off. 1, 11. Adhibenda

---

††) hat tödten können.

*) qui ediderit, qui peragravisset bezeichnet den Grund zu einem, dem hier angegebenen entgegen gesetzten Verfahren, daß nämlich Epikur nicht in seinem Testamente die Feier seines Geburtstags hätte verordnen sollen. Eben so drückt der Conjunctivus esset — praestaret den Grund aus, N. 25, 6, 3. und dicitur. C. Deiot. 5, 15. cf. L. 26, 12, 8.

**) Diese Thaten (die Unterdrückung der Catilinarischen Verschwörung) waren der Grund, aus welchem man sich für Cicero wegen seiner Zurückberufung aus dem Exil verwendete. Zugleich aber erforderte hier Bescheidenheit des sich selbst Lobenden den Conjunctivus.

***) einem solchen Frieden.

munditia est non exquisita nimis, tantum *quae* †) *fugiat* agrestem et inhumanam negligentiam. Ib. 36. Sint *aures tuae*, *quae* id, quod audiunt, *existimentur* audire, non *in quas* ficte et simulate quaestus causa *insusurretur*. C. Q. Fr. 1, 1, 4. *Oratorem* plane perfectum et *cui* nihil admodum *desit*, Demosthenem facile dixeris. C. Brut. 9. Homines rationem habent a natura datam, *mentemque* sagacem, *quae* et causas rerum et consecutiones *videat* et cum praesentibus futura *copulet*. C. Fin. 2, 14. L. Pinarius erat *vir* acer, et *qui* plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum *reponeret*. L. 24, 37. Secutae sunt complures dies *tempestates*, *quae* et nostros in castris *continerent* ††) et hostem a pugna *prohiberent*. Caes. 4, 34. Titus Augustus erat *forma* egregia, et *cui* non minus auctoritatis *inesset*, quam gratia. Suet. Tit. 3. Arminius dolo propinquorum cecidit: *liberator* haud dubie Germaniae, et *qui* non primordia populi Romani, sicut alii reges ducesque, sed florentissimum imperium *lacessierit*. Tac. 2, 88. Fuit mirificus quidam in Crasso *pudor*, *qui* tamen non modo non *obesset* eius orationi, sed etiam probitatis commendatione *prodesset*. C. Or. 1, 26. Haud parva res, sub titulo prima specie minime atroci, ferebatur; sed *quae* patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi, quos vellent, tribunos *auferret*. L. 2, 56. Octo *hominum* millia tenebat Hannibal, non *quos* in acie *cepisset*, aut *qui* periculo mortis *diffugissent*, sed *qui* relicti in castris *fuissent* a Paullo et a Varrone consulibus. C. Off. 3, 32. Heraclius magistratum Syracusis habebat, *homo* nobilis, *qui* sacerdos Iovis *fuisset*. C. Verr. 4, 61.

5. Nach *tam*, *tantus*, gewöhnlich hinter Negationen, nach *quis?* und nach Comparativis mit *quam*, wenn diese Wörter den Grad einer Eigenschaft andeuten, den sie bei einem Subject haben kann oder soll. Der Deutsche übersetzt hier *qui* durch daß er.

In C. Coelio fuit eloquentiae *tantum*, *quod esset* in re publica ipsius dignitati satis. C. Brut. 45. *Nulla* acies humani ingenii *tanta* est, *quae* penetrare in coelum, terram intrare *possit*. C. Acad. 2, 39. *Nihil tanti* fuit, *quo venderemus* fidem nostram et libertatem. C. ad Brut. 16. *Cuius* opes *tantae* esse possunt, aut unquam fuerunt, *quae* sine multorum amicorum officiis stare *possint?* C. Planc. 33. Quod huic officium, *quod* decus erit *tanti*, *quod* adipisci cum dolore corpo-

---

†) nur eine solche, die.

††) die vermochten, die so heftig waren, daß sie. Cf. C. Verr. 4, 2, 4. 4, 3, 5.

ris *velit*, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? C. Tusc. 2, 6. Illud miror, adduci potuisse te, ut me existimares *tam improvidum*, *qui* ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem *desciscerem*. C. Fam. 2, 16. *Nulla* gens *tam fera*, *nemo* omnium *tam immanis est*, *cuius* mentem non *imbuerit* deorum opinio. C. Tusc. 1, 13. cf. C. Or. 2, 45, 190. Verr. 3, 82. pr. — *Quis* potest esse *tam aversus* a vero, *tam mente captus*, *qui neget*, haec omnia, quae videmus, deorum nutu atque potestate administrari? C. Cat. 3, 9. cf. C. Verr. 3, 57, 131. — Philippo, insueto vera audire, *ferocior* Aemilii oratio visa est, *quam quae* habenda apud regem *esset*. L. 31, 18. *Maius* gaudium fuit, *quam quod* universum homines *caperent*. L. 33, 32. Campani *maiora* deliquerant, *quam quibus* ignosci *posset*. L. 26, 12. Macedones et *maiores* et *magis ramosas* arbores caedebant, *quam quas* ferre cum armis miles *posset*. L. 33, 5.

6. Nach *dignus*, *indignus*, *idoneus*, *aptus*, wenn *qui* mit dem Conjunctiv dasjenige ausdrückt, wozu das Subject des Hauptsatzes die Würdigkeit oder Fähigkeit hat. Der Deutsche braucht hier zu mit dem Infinitiv oder daß.

Qui modeste paret, videtur, *qui* aliquando *imperet*, *dignus* esse. C. Leg. 3, 2. Livianae fabulae non satis *dignae* sunt, *quae* iterum *legantur*. C. Brut. 18. Intermisso more clavi figendi, *digna* per se visa res, *propter quam* dictator *crearetur*. L. 7, 3. Forsitan non *indigni* sumus, *qui* nobismet ipsi multam *irrogemus*. L. 30, 30. Academici et Peripatetici mentem volebant rerum esse iudicem: solam censebant *idoneam*, *cui crederetur*. C. Acad. 1, 8. Vibullium Rufum Caesar *idoneum* iudicaverat, *quem* cum mandatis ad Pompeium *mitteret*. Caes. C. 3, 10. In Catone maiore Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur *aptior* persona, *quae* de aetate *loqueretur*. C. Lael. 1.

Not. 1. In demselben Sinn, wie qui nach est und habeo, s. oben 1. 2. stehen nach *est*, *non est*, *nihil est*, *quid est*; *habeo*, *non habeo*, auch andre Relativa mit dem Conjunctiv, wie *quod* (i. e. propter quod, §. 132, 5.), *cur*, *quo*, *unde*, *ubi*, z. B. est oder habeo, quod gaudeam ich habe Ursache mich zu freuen, kann mich freuen.

Si animum vicisti potius, quam animus te, *est quod gaudeas*. Plaut. Trin. 2, 2, 29. Si unquam ante alias ullo in bello *fuit*, *quod* diis immortalibus gratias *ageretis*, hesternum id proelium fuit. L. 1, 28. Numa omnia publica privataque sacra pontificis scitis subiecit, *ut esset*, *quo* *) consultum plebes *veniret*.

*) i. e. aliquis, ad quem damit das Volk Jemand hätte, bei welchem es sich Raths erholen könnte.

L. 1, 20. *Est quatenus* *) amicitiae dari venia *possit*. C. Lael. 17. Dum *est, unde* **) ius civile *discatur*, adolescentes in disciplinam tradite. C. Verr. 1, 45. *Est ubi* ***) profecto damnum *praestet* facere, quam lucrum. Plaut. Capt. 2, 2, 77. — *Non est, quod* te *pudeat* †) sapienti assentiri. C. Fin. 2, 3. *Nihil est, quod* quisquam magnitudinem artium *pertimescat*. C. Or. 5, 23. *Quid est, quod* ††) tu cum fortuna queri *possis?* C. Fam. 4, 5. Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus; *haud erat* sane, *quod* quisquam rationem ac doctrinam *requireret*. C. Tusc. 3, 1. cf. §. 165. Not. 1. *Non est, cur* eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt, spes *infringatur*, aut *languescat* industria. C. Or. 2. *Non est causa, cur* Epicurus fatum *extimescat*. C. Fat. 9. *Erat nihil, cur* properato opus *esset*. C. Mil. 19. *Quid est, cur* virtus ipsa per se non *efficiat* beatos? C. Tusc. 5, 7. *Non habeo, quod* quem *accusem* meorum. C. Att. 5, 11. *Nihil habeo, quod incusem* senectutem. C. Sen. 5. Dolores nunquam vim tantam habent, ut non plus *habeat* sapiens, *quod gaudeat*, quam *quod angatur*. C. Fin. 1, 19. *Quid habes, quod reprehendas?* C. Verr. 1, 44. Multis locupletioribus civibus utimur, quod *habent* propinquam, fidelem, fructuosam provinciam (Siciliam), *quo* facile *excurrant*, *ubi* libenter negotium *gerant*. Ib. 2, 3. Antonius, *quo* se *verteret, non habebat*. C. Phil. 2, 25.

Not. 2. Durch die Formeln *sunt qui dicant, putent; fuerunt qui crederent* etc. werden unverbürgte Sagen, Meinungen und Behauptungen, deren Gültigkeit man auf sich beruhen läßt, überhaupt, wobei man eine gewisse Zurückhaltung oder Bedenklichkeit bemerklich machen will, angedeutet. Findet der Schriftsteller dieses nicht nöthig, oder will er einen solchen Satz geradezu als unbedingte Behauptung geben und sagen, daß etwas sich wirklich so befinde, so braucht er den Indicativus. Daher führt Sallustius von Catilina's Mitverschwornen mehrere böse Sagen mit der Formel an: Fuere *qui dicerent*. Sall. C. 2. cf. 14. extr. Fuere qui *crederent*. Ib. 17; denn unter ihnen waren angesehene Männer, die er schonen mußte. Hingegen sagt er: Sed is Piso, in provinciam iter faciens, occisus est. *Sunt, qui* ita *dicunt*, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati. Nos eam rem in medio relinquemus. Ib. 19. — Auch eine unverbürgte Sage; aber Piso war todt, und er hatte die vornehmsten Römer zu Feinden. So lesen ferner alle Handschriften und ältesten Editionen (auch Iunt. 1514. 8.): *Sunt qui* unum officium consolantis *putent*, malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet. sunt qui, non magnum malum, ut Peripatetici. *sunt qui abducunt* a malis ad bona, ut Epicurus. *sunt qui* satis *putant*, ostendere, nihil inopinati accidisse. (cf. C. Fam. 6, 2, 6.) — *sunt* etiam, *qui* haec omnia genera consolandi *colligunt*, ut fere nos in Consolatione omnia in

*) in gewisser Hinsicht kann man wohl.
**) i. e. aliquis, a quo.
***) Bisweilen ist es sicherlich besser. So: ut esset, ubi — possent. Caes. C. 2, 9, 3.
†) du darfst dich nicht schämen.
††) welche Ursache hast du?

consolationem unam coniecimus. C. Tusc. 3, 31. Offenbar wollte hier Cicero der ersten Meinung, die er mißbilligte, vgl. c. 32, 77. die übrigen, die mehr seinen Beifall hatten, behauptend entgegen stellen. Ganz unstatthaft würde auch der Conjunctivus in folgenden Beispielen seyn: Insularum (Rheni) pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus *sunt*, *qui* piscibus atque ovis avium vivere *existimantur*. Caes. 4, 10. *Sunt*, *quae appellantur* Alces. Id. 6, 27. *Sunt*, *qui* officia lucis noctisque *pervertunt*, nec ante *diducunt* oculos, quam appetere nox coepit. S. Ep. 122. *Sunt*, *qui* testudinum sanguinem excipere novo fictili *iubent*. P. 32, 4. *Sunt*, *qui vetant*. P. 17, 22. 23. Asplenum *sunt qui* hemionion *vocant*. P. 27, 5. cf. 25, 13, 11. *Sunt*, *qui putant*. P. 6, 32. 20, 23. *Sunt*, *qui tradunt*. P. 6, 26. 20, 21. *Sunt*, *qui appellant*. P. 12, 17. *Sunt*, *qui interpretantur*. P. 15, 22. *Sunt*, *qui destinant*. Colum. 2, 19, 2. *Sunt*, *qui volunt* te conventam. Plaut. Cist. 4, 2, 38. Nec non *inveniuntur*, *qui* hanc feminam esse *dicunt*. P. 27, 12. cf. 25, 13, 9. Eben so richtig aber steht der Indicativus auch in folgenden: *Sunt*, quemadmodum supra dixi, *qui* urbanis rebus bellicas *anteponunt*. C. Off. 1, 24. *Sunt qui*, quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen invidiae metu non *audent* dicere. Ibid. *Sunt qui dicunt*; foedus quoddam esse sapientium, ut ne minus amicos, quam se ipsos diligant. C. Fin. 1, 20. *Sunt*, *qui putant*, nonnunquam posse complexione supersederi. C. Inv. 1, 40. Anders ists nach fuerunt, worauf qui mit dem Imperfecto, als gleichzeitigem Tempus, im Conjunctivo regelmäßig folgt, obgleich auch hier in einigen Stellen der Indicativus vorkommt: *Fuit* haud ignobilis Argis, *qui* se *credebat* miros audire tragoedos, in vacuo laetus sessor plausorque theatro; cetera *qui* vitae *servaret* munia recto more; bonus sane vicinus, amabilis hospes, comis in uxorem, *posset qui* ignoscere servis. H. Ep. 2, 2, 128., wo der Unterschied beider Modi deutlich zu bemerken ist. *Aderant*, *qui* Miseni fuisse, illud rumisse *nuntiabant*. P. Ep. 6, 20, 15. Nicht hierher gehören hingegen Stellen, wie: Sunt principes consilii publici; *sunt* (sc. alii), *qui* eorum sectam *sequuntur*. C. Sext. 45. Tum primum *reperta sunt* (sc. ea), *quae* per tot annos rempublicam *exedere*. Tac. 2, 27. und viele, wo qui im Casu obliquo steht, wie: *Fuere*, *quos* per commercia venundatos — indicium tanti casus *illustravit*, Tac. Agr. 28. *Sunt*, *quibus* e ramo frondea *facta* casa *est*. O. Fast. 3, 527.

Eben so kommt auch in den übrigen Fällen der Indicativus in derselben Bedeutung vor: *Est qui* nec veteris pocula Massici, nec partem solido demere de die *spernit*. H. Carm. 1, 1, 19. *Est deus*, occultos *qui vetat* esse dolos. Tibull. 1, 9, 24. Volo audire, *quid sit*, *propter quod* matronae *procurrerunt* in publicum. L. 34, 3. *Est*, *quod* me transire ad forum iam *oportet* *). T. Hec. 2, 2, 31. Interdum vulgus rectum videt: *est*, *ubi peccat*. H. Ep. 2, 1, 63. *Inventus est Numida*, *qui*, acceptis literis, per media Romana castra nocte egressus spem *accendit* Campanis

*) *oportet*, durch das Metrum gesichert, eben so verschieden von oporteat, wie: est quod gaudes du freust dich, und dazu hast du Ursache, und est quod gaudeas es ist Ursache da, daß du dich freuen kannst, du kannst dich freuen.

eruptionem tentandi. L. 26, 4. *Multa sunt*, *quae dici possunt*. C. Cluent. 60. *Sunt multa*, *quae* nos cum dignitate, tum fructu suo *ducunt*. C. Inv. 2, 55. *Duae sunt artes*, *quae possunt* locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni. C. Mur. 14. *Sunt nonnullae disciplinae*, *quae* officium omne *pervertunt*. C. Off. 1, 2. *Sunt multi*, *qui eripiunt* aliis, quod aliis largiantur. Ib. 1, 14. Sunt *permulti optimi viri*, *qui* valetudinis causa in his locis *conveniunt*. C. Fam. 9, 14. cf. C. Att. 14, 17. *Multi sunt et fuerunt*, *qui* tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se *removerunt* ad otiumque *refugerunt*. C. Off. 1, 20. *Fuere* extra coniurationem *complures*, *qui* ad Catilinam initio *profecti sunt*. Sall. C. 39, 5. *Multi sunt*, *qui*, quicunque sunt, modo ad illos se recipere volent, *recipientur*. C. Att. 11, 15. *Habeo*, *quod volo*. C. Acad. 2, 11. *Quis est*, *qui facit* nihil nisi sua causa? C. Fam. 7, 12. *Quid est*, *quod* minus verisimile proferre *potuistis?* C. Cluent. 64. *Quid est*, *quod* laetus *es?* T. Eun. 3, 5, 11. *Quid* quisquam *meminit*, *quod* non animo *comprehendit* et *tenet?* C. Acad. 2, 7. Dagegen ist in den Stellen: Mortalis *nemo est*, *quem* non *attingit* dolor. C. Tusc. 3, 25. Miserrimus est, qui quum esse cupit, *quod edit* non habet. Plaut. Capt. 3, 1, 3. attingit und edit die alte Conjunctivform, vgl. §. 53, II, 1.*) §. 62, 5, d.

Not. 3. Auch bei den übrigen Constructionen dieser Art (außer nach dignus, idoneus etc. 6.) steht der Indicativus bei unbedingten Behauptungen.

Ista quidem sententia *ea est*, *quae* neque amicos *parat*, neque inimicos *tollit*. L. 9, 3. Tu es *is*, *qui* me tuis sententiis saepissime *ornasti*. C. Fam. 15, 4, 24. Ego *eum* non tuear, *quem* omnes in re publica principem esse *concedunt?* C. Planc. 39. Praesta te *eum*, *qui* mihi a teneris unguiculis *es cognitus*. C. Fam. 1, 6. Mihi causa *talis* oblata est, *in qua* oratio deesse nemini *potest*. C. Manil. 1. Ab omnibus *eiusmodi* civis laudandus ac diligendus est, *qui* non solum ab re publica civem improbum *removet*, verum etiam se ipsum eiusmodi fore *profitetur* ac *praestat*, ut sibi recte sit honesteque vivendum. C. Verr. 3, 1. Quid poterit queri *is*, *qui* auferre pecuniam cum posset, *noluit?* C. Att. 6, 3. Nobis satis est, *ea* de moribus hominum et scire et dicere, *quae* non *abhorrent* ab hominum moribus. C. Or. 1, 51. Maximis in malis hoc tamen boni assecuti videmur, ut *ea* literis mandaremus, *quae* nec satis *erant* nota nostris, et *erant* cognitione dignissima. C. Off. 2, 2. In Campania ex omnium rerum affluentia primum illa nata sunt: *arrogantia*, *quae* a maioribus nostris alterum Capuae consulem *postulavit;* deinde *ea luxuries*, *quae* ipsum Hannibalem voluptate *vicit*. C. Agr. 2, 35. Quis est *tam tardus*, *qui* illas quoque non *animadvertit* similitudines? Varr. L. L. 8, 25. *Maius*, *quam quod* casus et iuvenum furor *conatur*, aliquid cupio. S. Phoen. 353.

Not. 4. Statt qui steht *ut* bei 3. 4. 5., wenn eine Wirkung angedeutet wird, auch, wenn Deutlichkeit es erfordert.

Eum me fuisse in maximis imperiis arbitror, *ut* non ita mihi multum gloriae *sit* ex quaesturae laude repetendum. C. Planc. 26. Ego unus ita me gessi in iudiciis, *is* in causis patronus, *is* in re publica civis et sum et semper fui, solus *ut* a te *constituar*, qui nihil a iudicibus debeam unquam impetrare. Ib. 31. Num

tibi videmur homines ab hoc genere disputationis alieni, qui omnes *ii sumus* *), *ut* sine his studiis vitam nullam esse *ducamus?* C. Or. 2, 5. Nuper *is* homo *fuit* **) in civitate P. Sulla, *ut* nemo *ei* se neque honore, neque gratia, nec fortunis *anteferret*. C. Sull. 52. *Non is es*, Catilina, *ut* te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore *revocarit*. C. Cat. 1, 9. — *Non is sum*, *ut* mea me maxime *delectent*. C. ad Brut. 15. *Is* tu vir *es*, et *eum* me *esse* cupio, *ut*, quoniam in eadem reipublicae tempora incidimus, coniunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum laudi *sperem* fore. C. Fam. 5, 8.

Talem te esse oportet, *qui* primum te ab impiorum civium societate *seiungas;* deinde et senatui, bonisque omnibus auctorem, principem, ducem *praebeas;* postremo *ut* pacem esse *iudices* non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu. C. Fam. 10, 6. Omnes fere dissensiones in urbe *eiusmodi* fuerunt, *ut* non reconciliatione concordiae, sed internecione civium *diiudicatae sint*. C. Cat. 3, 10. Cum artifex *eiusmodi* sit Roscius, *ut* solus *dignus videatur* esse, *qui* in scena spectetur: tum vir *eiusmodi* est, *ut* solus *dignus videatur*, *qui* eo non *accedat*. C. Quint. 25. Olim *tanta* opibus Etruria erat, *ut* iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum, fama nominis sui *implesset*. L. 1, 2. cf. C. Orat. 3, 31, 124. Non sum *tam stultus*, *ut* te usura falsi gaudii frui *velim*. C. Fam. 6, 12. cf. 3, 8, 13. C. Planc. 18, 45. Mil. 27. pr. *Quis* est *tam demens*, *ut* sua voluntate *maereat?* C. Tusc. 3, 29. Haec *maior* esse ratio videtur, *quam ut* hominum *possit* sensu aut cogitatione comprehendi. C. Or. 3, 6. Hoc videtur esse *altius*, *quam ut* nos, humi strati, suspicere possimus. Ibid. cf. C. Or. 13, 41. *Maior* sum, *quam ut* mancipium *sim* mei corporis. S. Ep. 65. Hannibali nimis laeta res est visa, *maiorque*, *quam ut eam* ***) statim capere animo *posset*. L. 22, 51. *Dignus* es, *ut possis* †) totum servare clientem. Martial. 10, 34. cf. L. 23, 42. extr. *Indigni*, *ut* a vobis *redimeremur*, visi sumus. L. 22, 59. Quicunque senator voluit fieri, si is pretio apud Verrem fieret *idoneus*, *ut vinceret*, factus est semper. C. Verr. 2, 49.

III. *Quod* daß, weil, steht jedesmal in Beziehung auf ein Nomen, ein ausgedrücktes oder hinzugedachtes hoc, id, illud, ex eo, in eo, eo, ideo, propterea, nihil, und umschreibt bald einen Nominativus als vorliegenden Gegenstand oder Umstand auf die Frage: Was ist das? bald einen Accusativus (oder Ablativus) §. 132, 5. wo es dann zugleich eine Ursache anzeigt, wie nach den Verbis loben, tadeln, bewundern, sich freuen, sich ärgern, sich betrüben, beklagen, bedauern, beschuldigen, verdammen und ähnlichen. Die Meinung eines Andern 178

---

*) die wir alle so gesinnt sind.
**) war ein so mächtiger Mann.
***) Nicht quam *quam*.
†) Ueber dignus mit dem Infinitiv §. 168, B. 1. Not.

wird durch den Conjunctivus angedeutet; außerdem steht der Indicativus dabei.

Me una *consolatio* sustentat, *quod* tibi, T. Anni, nullum a me pietatis officium defuit. C. Mil. 36. Complures mihi sunt necessitudines cum L. Tuberone; magnum etiam *vinculum*, *quod* iisdem studiis semper usi sumus. C. Ligar. 7.

Vitium est, *quod* quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. C. Off. 1, 6. Quanta est *benignitas* naturae, *quod* tam multa ad vescendum, tam varia, tamque iucunda gignit! C. N. D. 2, 53. Pace per Italiam parta, et externae curae rediere. Augebat iras, *quod* soli Iudaei non *cessissent* *). Tac. H. 5, 10. Eumeni multum detraxit inter Macedones viventi, *quod* alienae erat civitatis. N. 18, 1. In Caesare mitis est clemensque natura. *Accedit*, *quod* mirifice ingeniis excellentibus delectatur. C. Fam. 6, 6. Ad communem omnium trepidationem *accessit*; *quod* **) phalanx Macedonum, gravis atque immobilis, non circumagere se poterat. L. 33, 9. Multa sunt admirabilia, sed *nihil* magis, quam *quod* ita stabilis est mundus, atque ita cohaeret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius. C. N. D. 2, 45. Habet *hoc* optimum in se generosus animus, *quod* concitatur ad honesta. S. Ep. 39. *Hoc uno* praestamus vel maxime feris, *quod* colloquimur inter nos, et *quod* exprimere dicendo sensa possumus. C. Or. 1, 8. cf. C. Lael. 5, 19. Brut. 54, 199. Mitto, *quod* invidiam, *quod* omnes meas tempestates *subieris*. C. Fam. 15, 4, 27. Phocion non *in eo* solum offenderat, *quod* patriae male consuluerat, sed etiam *quod* amicitiae fidem non praestiterat. N. 19, 2.

Amicitiam non spe mercedis adducti, sed *quod* ***) omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. C. Lael. 9. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, *quod* is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit. Sall. C. 52, 30. Dupliciter *delectatus sum* tuis literis, et *quod* ipse risi, et *quod* te intellexi iam posse ridere. C. Fam. 9, 20. *Dolebam*, *quod* consortem gloriosi laboris amiseram. C. Brut. 1. Curas Senatui Romano *metus* augebat, *quod* erexerant omnium ani-

---

*) der Umstand, daß; wie in den folgenden Beispielen. Der Conjunctivus als Meinung der Römer.

**) So häufig; auch huc accedit, accedit eo, quod, hierzu kam der Umstand, daß. C. Fam. 10, 31. a med. Att. 1, 13. post init. 13, 21. extr. Sall. C. 11, 5. Caes. 3, 2. 5, 6. L. 4, 20, 9. 35, 10, 6.

***) weil, statt eo, quod.

Consulere vivi ac *prospicere* debemus, *ut* liberorum nostrorum solitudo et pueritia quam firmissimo praesidio *munita sit.* C. Verr. 1, 58. *Caveamus, ut* ea, quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, *moderata sint.* C. Off. 1, 39. Lege Cincia *cavetur, ne* quis ob causam orandam pecuniam donumve *accipiat.* Tac. 11, 5. In arrogationibus bona eius, qui arrogatur, *ne* insidiose *appetita sint, consideratur.* Gell. 5, 19. cf. Caes. 7, 10. C. Fam. 15, 14, 7. Si vita in exsilio tibi commodior esse videatur, *cogitandum* tamen *est, ne* tutior *non sit* †). C. Fam. 4, 9. *Videamus* ††), *ne*, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici *debeat.* C. Tusc. 5, 15. *Vide, ne* superbi *sit*, aspernari Caesaris liberalitatem. C. Fam. 4, 9. *Vide, ne* tu veteranos in eum locum *deduxeris,* ex quo ipsi iam sentiunt, se nunquam exituros. C. Phil. 13, 15. Credere omnia, *vide, ne non* †††) *sit* necesse. C. Div. 2, 13. *Vide, ne,* quum omnes rectae animi affectiones *virtutes* appellentur, *non sit* hoc proprium nomen omnium, sed ab ea, quae una ceteris excellebat, omnes nominatae sint. C. Tusc. 2, 18. *Vide, ne nulla* sit divinatio. C. Div. 2, 4.

4. Bei den Verbis fürchten, besorgen bezeichnet *ut* den diese Furcht begleitenden Wunsch, ein gefährdetes Gut zu erlangen, *ne* den Wunsch, ein drohendes Uebel zu vermeiden, *ne nón* (non accentirt) den, eines gefährdeten Gutes nicht verlustig zu seyn. Deutsch heißt hier *ut* daß nicht, *ne* daß, es möchte, *ne non* es möchte nicht, z. B. timeo, *ut* pluat ich fürchte, daß es nicht regne, wenn ich es wünsche, *ne* pluat ich fürchte, es möchte regnen, wenn ich es nicht wünsche, *ne non* pluat es möchte nicht regnen, wenn ich es wünsche, mit hinzugedachtem Gegensatz; man hofft, es werde regnen.

Omnes labores te excipere video. *Timeo, ut sustineas.* C. Fam. 14, 2. Virgilius praetor me in Siciliam venire noluit. Quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, *metuit, ut* *)

---

†) so ist doch wohl zu bedenken, daß es nicht eben sicher seyn dürfte.

††) So videant, ne. C. S. Rosc. 48, 140. cf. C. Caecil. 4, 15. 22, 73. Lig. 10, 29. Or. 1, 17, 77. Fam. 14, 1, 12.

†††) cf. C. Fam. 14, 18, 4. Att. 12, 18. a med. Fin. 2, 24, 77. Brut. 85, 293. Auch: De mulieribus, quaeso, *videas, ut* satis honestum nobis sit, eas Romae esse. C. Att. 7, 14. cf. Cort. et Manut. ad C. Fam. 14, 14, 2. L. 56, 28, 2. und: *Videte, num* dubitandum vobis *sit.* C. Manil. 7. extr.

*) Metuit, aus Vorsicht; timeo aus Schwäche oder Feigheit, daher timidus feig.

eam ipse *posset* opibus suis sustinere. C. Planc. 40. extr. Si homo amens (Caesar) deripiendam urbem daturus est, *vereor*, *ut* Dolabella ipse satis nobis prodesse *possit*. C. Fam. 14, 14. *Vereor*, *ut* satis diligenter *actum* in senatu *sit* de literis meis. C. Att. 6, 4. cf. C. Cat. 4, 7, 14. Foedus quia senatus Romanus non iusserit, *veretur* Hiempsal, *ut* satis firmum *sit* et ratum. C. Agr. 2, 22. De amicitia tua etsi non dubitabam, tamen, *ut* incorrupta *maneret*, *laborabam*. C. Fam. 11, 28.

Timebam, *ne evenirent* ea, quae acciderunt. C. Fam. 6, 21. *Metuo*, *ne* id consilii *ceperimus*, quod non facile explicare possimus. Ib. 14, 12. *Verendum est*, *ne* brevi tempore fames in urbe *sit*. Ib. 14, 14. *Non vereor*, *ne* mea vitae modestia parum *valitura sit* contra falsos rumores. Ib. 11, 28. cf. C. Mil. 18, 47. Planc. 26, 64. Verr. 1, 27, 68. *Cura incesserat* Patres, *ne* plebs tribunos militum ex plebe *crearet*. L. 4, 50. Hic tu fortasse *eris diligens*, *ne* quam ego horam de meis legitimis horis *amittam*. C. Verr. 1, 9. *Pavor ceperat* milites, *ne* mortiferum *esset* vulnus Scipionis. L. 24, 42. Num *est periculum*, *ne* quis *putet* in magna arte et gloriosa, turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimum discere? C. Or. 42. cf. C. Caecil. 14, 46. Patres, quae denuntiabantur, *ne* Veientium, *neu* Sabinorum id consilium *esset*, *timebant*. L. 3, 16.

Verebamini, *ne non* id *facerem*, quod recepissem semel. T. Phorm. 5, 7, 8. cf. T. Hec. 4, 1, 60. *Vereor*, *ne* consolatio *nulla possit* vera reperiri. C. Fam. 6, 1. Non *sum veritus*, *ne* sustinere tua in me beneficia *non possem*. C. Fam. 2, 6. Equidem illud molior, ut mihi Caesar concedat, ut absim, quum aliquid in senatu contra Cnaeum agatur. Sed *timeo*, *ne non impetrem*. C. Att. 9, 6. cf. C. Mil. 35, 95. Cur igitur servos manumisit? *Metuebat* scilicet (Milo), *ne* indicarent, *ne* dolorem ferre *non possent*. C. Mil. 31. Unum *vereor*, *ne* senatus propter urbanarum rerum metum Pompeium *nolit* dimittere. C. Att. 5, 18. *Non est periculum*, qui leonem aut taurum pingat egregie, *ne* idem in multis aliis quadrupedibus facere *non possit*. C. Or. 2, 16.

Not. 1. Wird bei den unter 1. angegebenen Verbis das Beabsichtigte stärker als Wunsch ausgedrückt, so steht der Coniunctivus als Modus optativus ohne *ut* dabei. §. 166, 2, a. §. 167. Not. 1. *Volo* prius *habeat* orator rem, de qua dicat, quam *cogitet*, quibus verbis quidque dicat, aut quomodo. C. Or. 34. *Malo*, te sapiens hostis *metuat*, quam stulti cives *laudent*. L. 22, 39. *Velim* fieri *posset*, ut a me sine contumelia nominarentur ii, qui se decemviros sperant futuros. C. Agr. 2, 24. cf. §. 166, 1, b. Consul, convocatis itinerum ducibus, *exponerent* in con-

silio, *iussit*, qua quisque ducturus esset. L. 44, 2. Caesar Labieno *mandat*, Remos reliquosque Belgas *adeat* atque in officio *contineat*. Caes. 3, 11. Gracchus *permisit*, in publico *epularentur* milites. L. 24, 16. Hanc si qui partem putavit orationis, *sequatur* Hermagoram *licebit*. C. Inv. 1, 51. *Sine*, te *exorem*, mi pater. T. Ad. 5, 8, 13. Caesar Legatos *monuit*, ad nutum et ad tempus omnes res ab iis *administrarentur*. Caes. 4, 23. Deos *quaesumus*, consilia tua rei publicae salutaria *sint*, ac tibi. C. Fam. 11, 3. A te id, quod suesti, *peto*, me absentem *diligas* atque *defendas*. C. Fam. 15, 8. cf. Phaedr. 3. Prol. 63. Dolabellae quod scripsi, *suadeo videas*, tanquam si tua res agatur. C. Fam. 2, 16. Amicos Ariobarzanis *hortatus sum*, regis sui vitam omni cura custodiaque *defenderent*. Ib. 15, 2. *Postulo*, Appi, etiam atque etiam *considerес*, quo progrediare. L. 3, 45. Ne illa quidem *curo* mihi *scribas*, quae maximis in rebus rei publicae geruntur quotidie. C. Fam. 2, 8. cf. Phaedr. 5, 2, 6. Tieus tu, Rufio, *cave*, sis, *mentiaris*. C. Mil. 22. cf. C. Lael. 2, 9. Virtus voluptatis aditus *intercludat necesse est*. C. Fin. 2, 35. cf. §. 133. Not. *Reliquum est*, ubi nunc est res publica, ibi *simus* potius, quam, dum illam veterem sequamur, *simus* in nulla. C. Fam. 9, 9. Ueber Senatus consultum fit mit und ohne ut. Drak. ad L. 3, 21, 2. Veto mit dem Conjunctiv kommt nur bei Dichtern vor. Neben diesem Conjunctivo steht auch bisweilen der Infinitivus: Domitius in consilio dixit, *placere sibi*, bello confecto, *ternas tabellas dari* ad iudicandum iis, qui ordinis essent Senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis *ferrent*, qui Romae remansissent. Caes. C. 3, 83. cf. Oudend. ad Caes. 2, 10. C. Off. 2, 5, 18. Orat. 2, 15, 63. und so steht auch der Infinitivus bei den Verbis fürchten als unmittelbarer Gegenstand der Besorgniß, §. 168. Not. 4. *) Ratio ipsa *monet* amicitias *comparare*. C. Fin. 1, 20. Sulla *timens*, suo corpori *posse* accidere, quod Marii reliquiis fecisset, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. C. Leg. 2, 22. Vulnerato Alexandro Critobulus medicus manus *admovere metuebat*. Curt. 9, 5, 25.

Not. 2. Auf das Praesens historicum folgt hier das Praesens Coniunctivi, wenn das Beabsichtigte auf den Willen des Hauptsubjects bezogen wird, oder Handlungen mit Raschheit ausgeführt werden sollen; das Imperfectum Coniunctivi aber, wo dieses Letztere nicht Statt findet, oder die später erfolgende Ausführung der Absicht berücksichtigt wird.

Verres Antiochum regem ad coenam vocavit; exornat ample magnificeque triclinium; omnibus *curat* rebus instructum et paratum *ut sit* *) convivium. C. Verr. 4, 27. Ubii purgandi sui causa ad Caesarem legatos *mittunt*, *qui doceant*, ab se fidem non laesam: petunt atque *orant*, *ut* sibi *parcat*, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant. Caes. 6,

*) Der Wille des Verres; daher nicht ut esset. Dieses ist auch in folgender Stelle: Iugurtha cum auro et argento multo Romam *mittit*, quis *praecepit*, *uti* primum veteres amicos muneribus *expleant*; deinde novos *acquirant*. Sall. I. 14, 6. Den Unterschied zeigt deutlich C. Verr. 1, 26. S. Rosc. 9, 25. cf. Oberlin. ad Caes. 1, 3.

9. Vercingetorix Gallos *hortatur*, *ut* communis libertatis causa arma *capiant*; *obtestatur*, *ut* in fide *maneant*. Id. 7, 4. cf. 7, 70. 71. — Caesar ad Praefectos, qui cum equitatu antecesserant, *mittit*, *qui nuntiarent*, ne hostes proelio lacesserent et, si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad ipse cum exercitu propius accessisset. Ib. 4, 11. Athenienses domi *creant* decem praetores, *qui* exercitui *praeessent* †). N. 1, 4. Subito *edicunt* duo Consules, *ut* ad suum vestitum senatores *redirent*. C. Sext. 14. Attius ad Antonium deductus *petit*, *ut* ad Caesarem *mitteretur*. Caes. C. 1, 18. Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen *ut scires*, eum a me non diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec *scribo*. C. Fam. 13, 47.

Not. 3. Ist in Sätzen dieser Art keine Bestimmung angedeutet, so stehen sie im Indicativo: Eliguntur in Germanorum conciliis et principes, *qui* iura per pagos vicosque *reddunt*. Tac. G. 22. So legatos miserunt, *qui dixerunt*. Caes. 2, 31. legati venerunt, *qui nuntiarunt*. L. 31, 9.

183 II. Zu einer in dem Hauptsatze angegebenen Wirkung oder Folge wird die darauf sich beziehende Ursache oder der entsprechende Grund, als bloß gedacht, durch *quum*, und in Beziehung auf ein Nomen des Hauptsatzes durch *qui* mit folgendem Conjunctivo angedeutet.

1. Führt die Ursache direct zu einer ihr entsprechenden Wirkung, so heißt *quum* da, *qui* da (denn) ich, du, er; auch steht hier *quippe qui*, *ut qui*, *utpote qui* als welcher, *ut ubi* als wo.

Quum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena *sit*, ratio ipsa monet, amicitias comparare. C. Fin. 1, 20. Dionysius *quum* in communibus suggestis consistere non *auderet*, concionari ex turri alta solebat. C. Tusc. 5, 20. De pietate Attici quid plura commemorem, *quum* hoc ipsum vere gloriantem *audierim* in funere matris suae, se numquam cum ea in gratiam redisse. N. 25, 17. Socratis ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, *quum* ipse literam Socrates nullam *reliquisset*. C. Or. 3, 16. Coelo sereno interdiu obscurata lux est, *quum* luna sub orbem solis *subisset*. L. 37, 4. Non intelligo, quare Rullus quemquam intercessurum putet, *quum* intercessio stultitiam intercessoris *significatura sit*. C. Agr. 2, 12. Quae *quum* ita *sint* *), usque eo senatoria iudicia perdita profligataque esse arbitratur Verres, ut hoc palam dictitet, non sine causa se cupidum pecuniae fuisse, quoniam tantum in pecunia praesidium experiatur esse. C.

†) nicht praesint, denn das Heer war noch nicht vorhanden.

*) Da sich nun dieses so verhält, d. i. unter diesen Umständen, cf. C. Rab. Perd. 2, 4. Dagegen: Quod *quum* ita *est*, ex edicto bona possessa non sunt. C. Quint. 20. s. unten Not. 2.

Verr. A. 1, 3. Aliae in historia leges observandae, aliae in poemate, *quippe quum* in illa ad veritatem *referantur*, in hoc ad delectationem pleraque. C. Leg. 1, 1. Me incommoda valetudo, qua iam emerseram, *utpote quum* sine febri *laboravissem*, tenebat Brundisii. C. Att. 5, 8. cf. 3, 3. pr.

O magna vis veritatis, *quae* contra hominum ingenia facile se per se ipsa *defendat!* C. Coel. 26. cf. C. Or. 69, 230. Omnes veteres philosophi ad incunabula accedunt, *qui* in pueritia facillime se *arbitrentur* naturae voluntatem posse cognoscere. C. Fin. 5, 20. cf. C. Verr. 4, 2, 3. Mira est quaedam natura vocis, *cuius* quidem, e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta *sit* et tam suavis varietas perfecta in cantibus. C. Or. 17. cf. C. Mil. 8. pr. Nunquam laudari satis digne poterit philosophia, *cui* qui *pareat* *), omne tempus aetatis sine molestia *possit* degere. C. Sen. 1. Nullum probetur ut summum bonum, quod virtute careat, *qua* nihil *possit* **) esse praestantius. C. Fin. 3, 1. Romani, sibi ad dicendum studio omni enitendum putantes, primo quidem totius rationis ignari, *qui* neque exercitationis ullam viam, neque aliquod praeceptum artis esse *arbitrarentur*, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur. C. Or. 1, 4. Tarquinio quid impudentius, *qui* bellum *gereret* †) cum iis, qui eius non tulerant superbiam? C. Tusc. 3, 12. Volusenus perspectis Britanniae regionibus, quantum ei facultatis dari potuit, *qui* navi egredi ac se barbaris committere non *auderet*, quinto die ad Caesarem revertitur. Caes. 4, 21. Labienus, veritus, ne hostium impetum sustinere non posset, praesertim *quos* recenti victoria efferri *sciret*, literas Caesari remittit, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset. Ib. 5, 47. Alexander quum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, *qui* tuae virtutis Homerum praeconem *inveneris*. C. Arch. 10. cf. C. Sen. 19, 66. N. 25, 6, 4. Magna est Pelopis culpa, *qui* non *erudierit* filium, nec *docuerit* ††),

*) da, oder denn wer dieser folgt.

**) da nichts vortrefflicher seyn kann, oder: denn nichts kann vortrefflicher seyn, als diese.

†) cf. C. Fam. 16, 11, 4. 6, 12, 8. Verr. 1, 26. fin. In der Stelle hingegen: Ego quid sperem, non dispiceo, quum inimici plurimum valeant, amici partim deseruerint me, partim etiam prodiderint; *qui* in meo reditu fortasse reprehensionem sui sceleris *pertimescant*. C. Q. Fr. 1, 3. med. drückt der Conjunctivus mehr Vermuthung aus. So: Scipio, *qui* — *arbitratur*. C. Verr. 2, 35, 86.

††) cf. L. 39, 40. extr. N. 25, 6, 4. 11, 4.

atenus esset quidque curandum. C. Tusc. 1, 44. Illud certe strum consilium laudandum est, *qui* meos cives servis armatis iici *noluerim*, C. Fam. 1, 9, 31. Fidem Pompeii inter socios antam existimari putatis, *quam* hostes omnium gentium sanssimam *iudicarint*. C. Manil. 14. Tarquinium regem *qui* non *lerim*, Sicinium feram? L. 2, 34. cf. C. Verr. 4, 15, 34. ch. 10, 25. extr. Ligures, *qui* ante adventum in provinm consulum non *exspectassent* bellum, improviso oppressi dediderunt. L. 40, 38. Ut cubitum discessimus, me, *qui* multam noctem *vigilassem*, arctior, quam solebat, somnus mplexus est. C. Somn. 1. Actio maluimus iter facere pedis, *qui* incommode *navigassemus*. C. Att. 5, 9. cf. C. Mil. 13. 9. pr. 18. fin. Id factum graviter tulit Indutiomarus, , *qui* iam ante inimico in nos animo *fuisset*, multo gravius c dolore exarsit. Caes. 5, 4. cf. 5, 33. 15, 36. pr. C. 3, 79. mum suam Roscium non fere quisquam vocabat; nec mirum, *i* neque in urbe *viveret*, neque *revocaturus esset* †). C. S. se. 18. Solis candor illustrior est, quam ullius ignis, *quippe qui* *) in immenso mundo tam longe lateque *colluceat*. C. N. 2, 15. Videbatur nobis exercitus Caesaris et audaciae is habere, *quippe qui* patriae bellum *intulisset;* et roboris, opter vetustatem. C. Div. 2, 55. Plato a Dionysio tyranno ideliter violatus erat, *quippe quem* venumdari *iussisset*. N. , 2. Sunt homines natura curiosi, *ut qui* **) sermunculis am fabellisque *ducantur*. P. Ep. 5, 8. A Catilina, in Galm properante, Antonius non procul aberat, *utpote qui*, mao exercitu locis aequioribus expedito, in fuga *sequeretur*. ll. C. 57. Galli effusa fuga castra repetunt, pavoris et tultus iam plena, *ut ubi* feminae, puerique et alia imbellis ba permixta *esset*. L. 38, 21.

*) Eben so gibt bei den Verbis loben, tadeln, billigen, bewundern, lieben, verabscheuen und ähnlichen *qui* mit seinem Prädicat die Ursache des Tadels, Lobes u. s. w. oder einen Beweggrund an.

Marcellus maxime *laudandus est*, *qui consoletur* se cum ascientia optimae mentis, tum etiam usurpatione et renovane doctrinae. C. Brut. 71. Aristoteles nos *reprehendit*, *qui* s pecuniarum effusiones non *admiremur*, quae fiunt ad muldinem deleniendam. C. Off. 2, 16. Vehementer Sullam

---

†) cf. N. 15, 10, 2.
*) da (weil) derselbe, oder denn er.
**) cf. Caes. 5, 31. extr. L. 1, 27, 9. 2, 40, 5. 29, 33, 2. Tac. H. 2, 12.

probo, qui tribunus plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem *ademerit*, auxilii ferendi *reliquerit*. C. Leg. 3, 9. Mihi *es visus esse inconstans, qui* eundem et *laederes* et *laudares*. C. Q. Rosc. 6. *Miseret tui* me, *qui* hunc tantum hominem *facias* inimicum tibi. T. Eun. 4, 7, 32. Quid ego *te invitem, a quo* iam *sciam* esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati? C. Cat. 1, 9. Equidem miles *nihil dicam de imperatore meo, cui* praesertim gratias *sciam* ab senatu actas, quod non desperaverit de re publica. L. 25, 6.

2. Ist die Ursache, indirect, auf eine der Erwartung entgegen gesetzte Wirkung bezogen, so heißt *quum* da doch, ungeachtet, obschon; *qui* der doch, da doch ich, du, er.

Quum omnibus virtutibus me affectum esse *cupiam*, tamen nihil est, quod malim, quam me et gratum esse et videri. C. Planc. 33. cf. C. Mil. 36, 98. Or. 2, 5, 21. Fam. 15, 13. Druentia, Alpinus amnis, *quum* aquae vim *vehat* ingentem, non tamen navium patiens est. L. 21, 31. Ego me saepe nova videri dicere intelligo, *quum* pervetera *dicam*. C. Orat. 3, 12. cf. C. Or. 3, 8, 29. 3, 25, 98. O. Pont. 1, 10, 15. Marcelli, Scipionis, Mummii domus *quum* honore et virtute *florerent*, signis et tabulis pictis erant vacuae. C. Verr. 1, 24. Apollonius Alabandensis *quum* mercede *doceret*, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimittebatque. C. Or. 1, 28. Phocion fuit perpetuo pauper, *quum* divitissimus esse *posset*. N. 19, 1. Hi terrores *quum* compescere *deberent*, auxere insuper animos plebis. L. 2, 43. *Quum essent* plures orti fere a Socrate, proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se, *quum* tamen omnes se philosophi Socraticos et dici *vellent*, et esse *arbitrarentur*. C. Or. 3, 16. Toto proelio, *quum* ab hora septima ad vesperum *pugnatum sit*, aversum hostem videre nemo potuit. Caes. 1, 26. Eumenes iumenta aeque nitida ex castello eduxit, *quum* complures menses in obsidione *fuisset*, ac si in campestribus ea locis habuisset. N. 18, 5.

Ego, *qui*, sicut omnes sciunt, in foro iudiciisque ita *verser*, ut eiusdem aetatis aut nemo, aut pauci plures causas defenderint, tamen, quum illius temporis mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. C. Caecil. 13. Ego Caesaris laudibus desim, *quas* primum populi Romani, nunc etiam Senatus plurimis atque amplissimis iudiciis *videam* esse celebratas? C. Planc. 39. Mihi permirum videtur, quemquam exstare, qui etiam nunc credat Chaldaeis, *quorum* praedicta quotidie *videat* re et eventis refelli. C. Div. 2, 47. Absolvite

Verrem, *qui se fateatur* maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse. C. Verr. 3, 95. Nero, *qui* luxuriae immoderatissimae *esset*, ter omnino per quatuordecim annos languit. Suet. Ner. 51. Neque est boni, neque liberalis parentis, *quem procrearit et eduxerit*, eum non et vestire et ornare. C. Or. 2, 28. Quis est, qui C. Fabricii, Manii Curii non cum caritate aliqua et benevolentia memoriam usurpet, *quos* nunquam *viderit*? C. Lael. 8. Quum in Siciliam venissem, *quos* ego campos antea, collesque viridissimos *vidissem*, hos vastatos nunc ac desertos videbam. C. Verr. 3, 18. T. Roscius amplissimae pecuniae fit dominus. *Qui* in sua re *fuisset* egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena. C. S. Rosc. 8. Pompeiani miserrimo ac patientissimo exercitu Caesaris luxuriem obiiciebant, *cui* semper omnia ad necessarium usum *defuissent*. Caes. C. 3, 96. cf. L. 2, 36. fin. Egomet, *qui* sero ac leviter Graecas literas *attigissem*, tamen quum Athenas venissem, complures ibi dies sum commoratus. C. Or. 1, 18. Sapiens posteritatem ipsam, *cuius sensum habiturus* non *sit*, ad se putat pertinere. C. Tusc. 1, 38.

Not. 1. Bestimmungssätze, die mit dem Causalsatz verbunden, zugleich als gedacht, im Gegensatz des Wirklichen, dargestellt werden, stehen hier ebenfalls im Coniunctivo.

Tu *quum obsignes* tabellas clientis tui, *quibus* in tabellis id *sit* scriptum, quo ille capiatur: ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? C. Or. 1, 38. Silent leges inter arma, nec se exspectari iubent, *quum* ei, *qui* exspectare *velit*, ante iniusta poena luenda *sit*, quam iusta repetenda. C. Mil. 4. Equidem *quum* multae mihi a Verre insidiae terra marique *factae sint*, *quas* partim mea diligentia *devitarim*, partim amicorum studio *repulerim*: nunquam tamen tantopere pertimui, ut nunc in ipso iudicio. C. Verr. A. 1, 2.

Not. 2. Ist ein Satz von gleicher Form, wie die oben angegebenen, auf das Vorhergehende nur als Erklärungssatz zu beziehen, oder Etwas als wirklich vorhanden darzustellen, in welchem Fall der Coniunctivus einen falschen Sinn geben würde, so steht er im Indicativo. Cf. Drak. ad L. 39, 12, 7. Ellendt ad C. Brut. 36, 138.

a. Te quidem, *quum* isto animo *es*, satis laudare non possum. C. Mil. 36. init. cf. Garat. h. l. p. 232. Tu multis de causis vellem me convenire potuisses. *Id quum non accidit*, utemur bono literarum. C. Fam. 15, 14. De tua fide et benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus haec tibi: quae profecto, *quum istum animum habes* *), in optimam par-

---

*) *habeas* würde hier noch einigen Zweifel an dieser Gesinnung zu verrathen scheinen. cf. C. Fam. 3, 8, 19. 13, 18, 5. 14, 1, 4. 24, 3. 16, 11. pr. Att. 3, 13. med. Fin. 1, 4, 10. 5, 20, 57: quum — scripserunt. C. Att. 3, 23. med. cf. C. Fam. 1, 7; 19.

tem accipies. Ib. 11, 2. Quem vero tot et tam gravesque provinciae salvum esse *cupiant*, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudinis vetustate *defendunt*, quem haec communis omnium nostrum patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa *teneat*; hunc etiam si tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. C. Flacc. 2. in Fragm. Maii. Habeo senectuti magnam gratiam, *quae* mihi sermonis aviditatem *auxit*, potionis et cibi *sustulit*. C. Sen. 13. Fortunatus Hortensii exitus, *qui* ea non *vidit*, quum fierent, quae providit futura. C. Brut. 96. Patres conscripti, *qui* Hannibale vivo nunquam se sine insidiis futuros *existimabant* *), legatos in Bithyniam miserunt. N. 23, 12. Marcellus, *qui*, si Syracusas cepisset, duo templa se Romae dedicaturum *voverat* **), is id, quod erat aedificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit. C. Verr. 4, 55. Plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit: *quippe quibus* aegre ad undecimum lapidem *occursum est*. L. 5, 37. Tullius in consulem, qui uno tantum die consulatum peregit: Vigilantissimus est, inquit, consul noster, *qui* in consulatu suo somnum non *vidit!* Macrob. Sat. 7, 3 (Caninius fuit mirifica vigilantia, *qui* suo toto consulatu somnum non *viderit*. C. Fam. 7, 30.)

b. *Quum* in Graeco sermone haec ipsa quondam rerum nomina novarum non *videbantur*, quae nunc consuetudo diuturna trivit: quid censes in Latino fore? C. Fin. 3, 4. Fit gemitus omnium et clamor, *quum* tamen a praesenti supplicio se *continuit* populus Romanus, et *repressit*. C. Verr. 5, 29. cf. Tac. H. 1, 62. med. — In luctu et squalore sum, *qui* provinciae, *qui* exercitui *praesum*, *qui* bellum *gero*. C. Fam. 5, 1. Quod scribis de reconciliata nostra gratia, non intelligo, cur reconciliatam esse dicas, *quae* nunquam *immutata est*. C. Fam. 5, 2. *Quam* domum (Cn. Pompeii) aliquamdiu nemo aspicere *poterat*, nemo sine lacrimis praeterire, hac te in domo deversari non pudet? C. Phil. 2, 27. Ego, *qui* me ostreis et muraenis facile *abstinebam*, a beta et a malva deceptus sum. C. Fam. 7, 26. Socratem Athenae ipsae in carcere occiderunt; et *qui* tuto *insultaverat* agmini tyrannorum, eius libertatem libertas non tulit. S. Tranq. 5. cf. N. 25, 8, 5.

III. Ist in dem Hauptsatze die Ursache oder der Grund, in dem untergeordneten aber die Wirkung oder Folge angegeben, so wird *ut* daß, so daß, *ut non* daß nicht mit dem Conjunctivo gebraucht, um anzudeuten, wie man sich die Sache vorstellen soll. — Das Tempus dieses Conjunctivi ist dem des Hauptverbi gleichzeitig, wenn die Wirkung oder Folge der Ursache oder dem Grunde gleichzeitig ist, §. 164, 10. Außerdem folgt auf ein Präteritum das Praesens Coniunctivi, wenn die Wirkung jetzt noch fortdauert; auf ein Präsens und Präteritum das Perfectum Coniunctivi, wenn die Wirkung als bereits völlig vorbei angedeutet 184

*) drückt die Furcht des Senats stärker aus, als existimarent.
**) vovisset konnte conditional genommen werden.

wird; besonders aber folgt auf ein Präteritum das Perfectum Coniunctivi dann, wenn die Wirkung in Hinsicht des Zeitraums der Ursache später eingetreten, oder ohne Beziehung auf denselben wie eine vorübergehende Begebenheit bloß historisch angeführt; oder endlich, wenn sie als bedingt (statt des deutschen Plusquamperfecti) ausgesprochen wird; ferner das Futurum Coniunctivi, wenn von einer bevorstehenden Wirkung die Rede ist, §. 164, 9, a.

Hierher gehören folgende Fälle:

1. Wenn eine Wirkung als unmittelbar aus einem Zustande hervorgehend ausgedrückt wird, wie nach den Verbis machen, bewirken, ausführen, geschehen, sich ereignen, auch nach *est* in der Bedeutung evenit, fieri potest, und nach *fore*. §. 168. Not. 5.

Perpessio ceterorum hominum *facit*, *ut* *) ea, quae acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata, *videantur*. C. Tusc. 3, 24. Sol *efficit*, *ut* omnia *floreant* et in suo quaeque genere *pubescant*. C. N. D. 2, 15. Qui libros Sibyllinos composuit, callide *perfecit*, *ut*, quodcunque accidisset, praedictum *videretur*, hominum et temporum definitione sublata. C. Div. 2, 54. *Fieri* non potest, *ut* quis Romae *sit*, quum est Athenis. Q. 5, 9, 5. Per Fetiales *fiebat*, *ut* iustum *conciperetur* bellum, et *ut* foedere fides pacis *constitueretur*. Varr. L. L. 4, 15. Plerisque *accidit*, *ut* praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam *remittant*. Caes. 6, 14. Apud Romanos nunquam fere *usu venit*, *ut* in magno discrimine *non* et proximi vestem *mutarent*. L. 6, 20. *Est*, *ut* plerique philosophi nulla *tradant* praecepta dicendi, et *habeant* paratum tamen, quid de quaque re dicant. C. Or. 2, 36. *Esto*, *ut* hi *sint*, quam tu nationem appellasti, qui et integri sunt et bene de rebus domesticis constituti. C. Sext. 45. Ille (Clodius) *erat ut* **) *odisset* defensorem salutis meae. C. Mil. 13. — Vos *effici* negatis sine divina posse sollertia, *ut* innumerabiles natura mundos *effectura sit*, *efficiat*, *effecerit*. C. N. D. 1, 20. Quid *mereas*, *ut* ***) Epicureus esse *desinas*? C. N. D. 1, 24.

---

*) Facere lassen, efficere beweisen, mit dem Infinit. §. 168, 3, c.

**) Statt Erat, ut ille — jener hatte Ursache zu hassen, cf. Garat. h. l. p. 114. Lambin. ad Hor. Ep. 1, 12, 2. C. Div. 1, 56. Huius in magnis catervis amicorum, si fuit etiam Coelius, magis *est*, *ut* ipse moleste *ferat* errasse se, quam *ut* istius amicitiae crimen *reformidet*. C. Coel. 6, fin.

***) Cf. C. Orat. 1, 54, 232. Verr. 4, 60, 135. Fin. 2, 22, 74. Plaut. Men. 1, 3, 34. Bacch. 5, 2, 66.

2. Wenn aus einem Satz eine Folge hergeleitet wird, wo der Deutsche für *ut* so daß, daß also, daher braucht.

Magna vis est conscientiae et magna in utramque partem, *ut* neque *timeant*, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari *putent*, qui peccarint. C. Mil. 23. In virtute multi sunt ascensus, *ut* is gloria maxime *excellat*, qui virtute plurimum praestet. C. Planc. 25. Quanta Scipionis fuit gravitas! quanta in oratione maiestas! *ut* facile ducem populi Romani *diceres*. C. Lael. 25. Arboribus consita Italia *est*, *ut* tota pomarium *videatur*. Varr. 1, 2. Romani ex loco superiore strage ac ruina fudere Gallos, *ut* nunquam postea nec pars, nec universi *tentaverint* tale pugnae genus. L. 5, 43. Dionem legatum a Dionysio missum Karthaginienses *suspexerunt*, *ut* neminem unquam graeca lingua loquentem magis *sint admirati*. N. 10, 1.

3. Wenn der Folgesatz sich auf ein durch so oder ein solcher bestimmtes Prädicat bezieht, wie auf ita, sic, tam, talis, tantus, tantopere, tot, adeo, hactenus, is, hic, etc. vgl. §. 179, 2. Eine solche demonstrative Bestimmung ist jedoch bisweilen auch unnöthig.

Talis est ordo actionum adhibendus, *ut* in vita omnia *sint* apta inter se et convenientia. C. Off. 1, 44. Romani colonias *sic* idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, *ut* esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii *viderentur*. C. Agr. 2, 27. Habet *hoc* virtus, *ut* viros fortes species eius et pulcritudo etiam in hoste posita *delectet*. C. Pis. 32. *Ea* natura rerum est, *ut*, qui sensum verae gloriae ceperit, nihil cum hac gloria comparandum *putet*. C. Phil. 5, 18. Pompeius *eo* virtute ac fortuna est, *ut* ea *potuerit* semper, quae nemo praeter illum. C. Mil. 29. Cum Antonio *sic* agemus, *ut perspiciat*, si nobis satis fecerit, totum me futurum suum. C. Att. 15, 1. Salsum hunc possum dicere, atque *ita*, non *ut* eiusmodi oratorem esse *velim*, sed *ut* *) mimum. C. Orat. 2, 61. — Siciliam Verres per triennium *ita* vexavit ac perdidit, *ut* ea restitui in antiquum statum nullo modo *possit*. C. Verr. A. 1, 4. *Tanta* vis admonitionis inest in locis, *ut* non sine causa ex his memoriae *ducta sit* disciplina. C. Fin. 5, 1. Hannibal, petens Etruriam, *adeo* gravi morbo afficitur oculorum, *ut* postea nunquam dextro aeque bene *usus sit*. N. 23, 4. Hortensius ardebat dicendi cupiditate *sic*, *ut* in nullo unquam flagrantius studium *viderim*. C. Brut. 88. *Tanto* discrimine urbs nata-

*) Ueber dieses wiederholte *ut*, cf. Heusing. ad C. Off. 1, 20, a.

bat; *ut* decem haud amplius dierum frumentum in horreis *fuerit*, quum a Vespasiano commeatus subvenere. Tac. H. 4, 52. cf. L. 3, 29, 3. Attalus, rex Pergami, regnum *adeo* stabile ac firmum reliquit, *ut* ad tertiam stirpem possessio eius *descenderit*. L. 33, 21. Sortiti sunt provincias Consules. Sicilia et classis Marcello evenit. Quae sors, velut iterum captis Syracusis, *ita* exanimavit Siculos, *ut* comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum *converterent*, et postmodo sermones *praebuerint* **). L. 26, 29. Summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu, *usque eo*, *ut* complures dies milites frumento *caruerint*, et, pecore e longinquioribus vicis adacto, extremam famem *sustentarent* ***): nulla tamen vox est ab iis audita, populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna. Caes. 7, 17. Epaminondas paupertatem *adeo* facile perpessus est, *ut* de re publica nihil, praeter gloriam, *ceperit*. N. 15, 3. Atticus quum *tanta* prosperitate usus esset valetudinis, *ut* annos triginta medicina *non indiguisset* †), nactus est morbum. N. 25, 21. Si *tantum* militum Romanorum fuisset, *ut* et Chalcidem teneri, et non deseri praesidium Athenarum *potuisset* ††); magna res principio statim belli, Chalcis et Euripus ademta Philippo regi forent. L. 31, 23. Captivi *tantum* terrorem fecerunt, *ut*, si admotus extemplo exercitus foret, capi castra *potuerint* †††). L. 43, 4. *Adeo* inopia est coactus Hannibal, *ut*, nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam *repetiturus fuerit* *). L. 22, 32. *Adeo* aequa postulatis, *ut* ultro vobis *deferenda fuerint*. L. 3, 53. — Si quid acciderit, *ut* mutandum consilium *sit*, te certiorem faciam statim. C. Fam. 5, 21: i. e. *eiusmodi*, ut.

4. Wenn der Folgesatz von einem Comparativ und quam abhängt.

Chabrias vivebat laute et indulgebat sibi *liberalius*, *quam*

**) *converterent*, gleichzeitig; *praebuerint*, späterer Erfolg, cf. L. 24, 40, 12. 13. 5, 45, 4. 8, 36, 7. Flor. 2, 12, 8.

***) caruerint, referirend, als vorübergehender Zustand, cf. C. Caecil. 1, 1.; sustentarent, beschreibend, als länger dauernder Zustand. So *tribuerit* (nicht tribueret) — leniret. C. Phil. 1, 15, 36. Vellei. 1, 9, 1.

†) die Folge war damals bereits vorbei, cf. L. 1, 2. 5. 3, 59. 4. 35, 51, 2. C. Att. 13, 45, init.

††) *potuisset*, durch den Vordersatz bedingte Folge. So: Ita tutelam huius loci habeam propitiam, *ut* ego, si secundum illum discumberem, iam illi balatu *interdixissem*. Petron. 57.

†††) cf. N. 25, 9, 4. 10, 3. Drak. ad L. 3, 53, 4. L. 22, 40. extr. 42, 66, 8. 44, 4, 9. Tac. H. 3, 69.

*) cf. L. 26, 16, 7. Tac. H. 1, 26.

ut invidiam vulgi *posset* effugere. N. 12, 3. Isocrates *maiore* mihi ingenio videtur esse, *quam ut* cum orationibus Lysiae *comparetur*. C. Or. 13. Quis non intelligit, Canachi signa *rigidiora* esse, *quam ut imitentur* veritatem? C. Brut. 18. Samnites vociferabantur, se deceptos *potius*, quodcunque casus ferat, passuros, *quam ut* sprevisse pacis auctores Tarentinos *videantur*. L. 9, 14.

Not. 1. Durch eine vorhergehende Negation wird *ut* in solchen Constructionen erklärend, cf. §. 183, 2.

Nihil est in dicendo *maius*, *quam ut faveat* oratori is, qui audiet. C. Or. 2, 42. *Quid* est tam incredibile, *quam ut* iterum eques Romanus ex senatus consulto *triumpharet*? C. Manil. 21. Per dies aliquot *nihil ultra* motum, *quam ut* duae turmae *ostenderentur*. L. 40, 30.

Not. 2. *Ut* steht hier, wenn der zweite Satz sich wie eine Folge zu dem ersten verhält; *qui*, wenn an dem nämlichen Subjecte zwei Eigenschaften mit einander verglichen werden, §. 177, 5. Werden hingegen die beiden Prädicate mit einander in Vergleichung gestellt, so steht *quam* mit dem Conjunctiv, wenn der Satz bedingt, mit dem Indicativ, wenn er als positive Behauptung ausgedrückt ist.

Aream esse oportet in agro *sublimiori* loco, *quam* perflare *possit* ventus. Varr. R. R. 1, 51. Depugna *potius*, *quam serrias* *). C. Att. 7, 7. Eam plagam *potius* accipiam, *quam* fato omnia fieri *comprobem*. C. Fat. 10. cf. Drak. ad L. 37, 37, 8. C. Verr. 5, 40, 105. Garat. h. l. Zeno Eleates perpessus est omnia *potius*, *quam* conscios delendae tyrannidis *indicaret*. C. Tusc. 2, 22. cf. Caes. 7, 17. L. 2, 15, 2. C. Fam. 7, 2, 1. Fin. 2, 20, 66. Brut. 64, 229. N. 22, 1, 6. T. Andr. 4, 5, 2. Poma *formosiora*, *quam sint*, videntur, si innatant vitro. S. N. Q. 1, 6. cf. §. 166. 2. Pausanias epulabatur more Persarum *luxuriosius*, *quam*, qui aderant, ferre *possent*. N. 4, 2. Galba *parcior* fuit, *quam conveniret* principi. Suet. Galb. 14. *Moreretur prius* millies Gracchus, *quam* in eius concione carnifex *consisteret*. C. C. Rab. 5. cf. §. 166, 1, b. Quum Dolabella *celerius* Asia excessisset, *quam* eo praesidium adduci *potuisset*; diutius morari non necesse habui. C. Fam. 12, 15. Legesne, quaeso, *potius* viles naenias, *impendas* curam, *quam* rei domesticae? Phaedr. 3. prol. 10.

Oppianicus Staleno auctore utebatur *cupidiore*, *quam* fides iudicis *postulabat*. C. Cluent. 24. Ut Stoicorum astrictior est oratio, aliquantoque *contractior*, *quam* aures populi *requirunt*, sic Peripateticorum Academicorumque *liberior et latior*, *quam patitur* consuetudo iudiciorum et fori. C. Brut. 31, 120. Quare sollicitum *potius* aevum ducitis, *quam* me *creatis* regem? Phaedr. 1, 31, 7. Numidia pantomimos fovebat *effusius*, *quam* principi feminae *convenit*. P. Ep. 7, 24.

Not. 3. Nach *tantum abest* es fehlt so viel, weit gefehlt oder anstatt daß, folgt einem erklärenden *ut* ein zweites mit dem auf *tantum* sich beziehenden und den vorhergehenden überbietenden Folgesatz. Doch kann der überbietende Satz auch als Hauptsatz im

---

*) als daß du Sclav seyn solltest.

Indicativo dem *tantum abest, ut* vorangehen, oder mit *etiam, vix,* ihm folgen.

Tantum abest, ut †) haec bestiarum etiam causa parata *sint, ut* ipsas bestias hominum gratia generatas esse *videamus*. C. N. D. 2, 63. *Tantum abest, ut enervetur* oratio compositione verborum, *ut* aliter in ea vis esse non *possit*. C. Or. 68. *Tantum abest, ut* nostra *miremur, ut* usque eo difficiles ac morosi *simus*, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes. Ib. 30. cf. C. Tusc. 1, 31, 76. 2, 2, 4. *Tantum abfuit, ut* Rhodiorum praesidio nostram *firmaremus* classem, *ut* etiam a Rhodiis urbe, portu, commeatu, aqua denique *prohiberentur* nostri milites. C. Fam. 12, 15, 4. Iuliae uxori *tantum abfuit, ut* relegatae humanitatis aliquid *impertiret* Tiberius, *ut* domo quoque egredi et commercio hominum frui *vetuerit*. Suet. Tib. 50.

Vincula amoris nostri sunt arctissima: *tantum abest, ut* ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid *velim*. C. Att. 6, 2. — Qui totos se ad studia doctrinae conferunt, *tantum abest, ut* voluptates *consectentur; etiam* curas, sollicitudines, vigilias perferunt. C. Fin. 5, 20. cf. 2, 17, 54. *Tantum abfuit, ut inflammares* nostros animos; somnum isto loco vix tenebamus. C. Brut. 80.

Statt *ut etiam* im zweiten Satz, bei Cicero öfter vorkommend, braucht Livius nur zweimal *ut contra; ut potius* hingegen, welches kein Römer sagte, läßt sich weder durch die falsch erklärten Stellen, C. Tusc. 1, 31, 76. Phil. 10, 7, 14. noch durch die verdorbene Hirt. b. Alex. 22. begründen.

Tantum abfuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet, *ut contra* eo violentior potestas tribunicia *esset*. L. 6, 31. cf. 6, 15, 5.

C. Zeit bestimmende Sätze (Adverbia Temporis).

185 Bei einem Hauptsatz, welcher eine Begebenheit aufstellt, mit welcher eine andre, vorher geschehene, gleichzeitige oder noch bevorstehende im Zusammenhange gedacht werden soll, wird in dem untergeordneten die letztere durch eine Zeitpartikel mit dem Conjunctivo angedeutet. Solche Zeitpartikeln sind die Relativa *quum, quoad, quando, ut, ubi, antequam, priusquam, postquam,* und die Demonstrativa *dum, donec.*

I. *Quum* (cum zusammen, §. 150, 5.) da, als, während, indem, seitdem, steht mit dem Imperfecto und Plusquamperfecto Coniunctivi Zeit bestimmend, wenn die damit bezeichnete Begebenheit als gleichzeitig oder früher vollendet mit einer im Praeterito angeführten Hauptbegebenheit im Zusammenhange gedacht werden soll; umschreibend oder erklärend aber in Beziehung auf einen gleichzeitigen Umstand mit dem Imperfecto oder Praesente Coniunctivi, §. 164, 10.

---

†) So steht ut nach prope est. L. 2, 23. cf. 2, 30, 2. 2, 65, 6. auch: Nae ille sapiens *longe aberit, ut* argumentis credat philosophorum. C. Acad. 2, 36. cf. §. 179, 2.

Zenonem, *quum* Athenis *essem*, audiebam frequenter. C. N. D. 1, 21. Haec *quum scriberem*, tantum quod existimabam ad te orationem meam esse perlatam. C. Att. 15, 13. Agrippina turdum habuit, imitantem sermones hominum, *quum* haec *proderem*. Habebant et Caesares luscinias, Graeco atque Latino sermone dociles. P. 10, 42. Haec scripsi postridie eius diei, *quum* castra *haberem* in agro Mopsuhestiae. C. Fam. 3, 8, 30. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, *quum* humeris *sustineret* bovem vivum. C. Sen. 10. *Quum* in ea parte, in qua Camillus erat, ea fortuna *esset*; aliam in partem terror ingens ingruerat *). L. 6, 3. Atticus *quum* septem et septuaginta annos *complesset*, naetus est morbum. N. 25, 21. Epaminondas *quum vicisset* Lacedaemonios apud Mantineam, atque ipse gravi vulnere exanimari se *videret*, quaesivit, salvusne esset clypeus. C. Fin. 2, 30. Antistius se in Bithyniam contulit. Ibi eum Caesar *quum vidisset*, nihil aspere, nihil acerbe dixit. C. Fam. 13, 29. Iam tum, *quum* bello fugitivorum tota Italia *arderet*, C. Norbanus in summo otio fuit. C. Verr. 5, 4. Thucydides libros suos tum scripsisse dicitur, *quum* a republica *remotus* atque in exsilium *pulsus esset*. C. Or. 2, 13. Proelium, *quum* haec *legeres* **), iam decretum arbitrabar fore. C. Fam. 10, 10.

Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, *quum* plerique orbi fictis adoptionibus *asciscerent* ***) filios. Tac. 15, 19. Fuit tempus, *quum* rura *colerent* homines, neque urbem *haberent* †). Varr. 3, 1. Munatius Plancus, tribunus plebis, quotidie meam potentiam criminabatur, *quum diceret*, senatum, non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. C. Mil. 5. Contendi cum P. Clodio, *quum* ego publicam cau-

*) So: *Quum inambularem* in xysto et *essem* otiosus domi, Marcus ad me Brutus venerat. C. Brut. 3. pr.

**) *legeres* wenn du dieses lesen würdest, von der Zukunft; aber in der Vergangenheit (arbitrabar) gedacht.

***) quum — asciscerent filios ist Erklärungssatz des vorhergehenden Begriffs pravissimus mos, und so in den folgenden Beispielen, wo tempus oder das vorhergehende Verbum zu erklären war.

†) cf. Caes. 6, 24. C. Or. 1, 1, 1. Fam. 10, 3, 6. So: vidi, quum prodiret O. Am. 3, 11, 13. quum premeres. Tibull. 1, 4, 33. memini, quum darem. Ib. 1, 2, 14. audivi eum, quum diceret etc. Ganz ungewöhnlich folgt hier auf das Imperfectum das Praes. historicum: Tempus *erat*, coeli *quum* torrentissimus axis *incumbit* terris. — Iamque dies *aderat*, profugis *quum* regibus aptum *fumat* Aricinum Triviae nemus. Stat. Silv. 3, 1, 53. sqq.

sam, ille suam *defenderet.* C. Anton. in C. Att. 14, 13. — Saepe soles audire Roscium, *quum* ita *dicat,* se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. C. Or. 1, 28. cf. §. 186, 5.

Bildet dagegen *quum* mit seinem Verbo einen unabhängigen oder Hauptsatz, so steht das letztere im Indicativo, und zwar:

1. wenn eine Begebenheit als einzelne neben einer andern in dem Verhältniß einer unabhängigen Hauptbegebenheit zu einer begleitenden oder als Folge zu betrachtenden angeführt wird. Dann steht neben *quum* a. das Praesens oder Futurum, wenn ein solcher Zustand dem Angeredeten als gegenwärtig oder bevorstehend dargestellt wird; b. das Imperfectum und Plusquamperfectum, wenn er der Erinnerung vergegenwärtigt, oder mitten in seiner Dauer der Einbildungskraft anschaulich gemacht werden soll, §. 163, 2. 5.; c. das Perfectum aber, wenn die Begebenheit als historisches Factum, das ist, ohne Andeutung irgend einer andern Rücksicht, bloß in so fern sie wirklich erfolgt ist, angegeben wird, §. 163, 4. Daher auch bei *quum primum* so bald als.

a. Quanto hosti facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, *quum* in cervicibus *sumus?* L. 44, 39. Praedones sine ullo metu in portum ipsum Syracusarum penetrare coeperunt. *Quum* in portum *dico,* in urbem dico. C. Verr. 5, 37. Cornelii tu periculo stultus es, *quum* te ab eo sapere didicisse *profiteris.* C. Fam. 7, 8. cf. 3, 2, 8. *Quum redeo,* Hortensius venerat et ad Terentiam salutatum deverterat. C. Att. 10, 16. cf. §. 164, 2, a. — Dabo operam, ut te videam, *quum* id satis commode facere *potero.* C. Fam. 13, 1. *Quum* inimici nostri venire *dicentur,* tum in Epirum ibo. C. Fam. 14, 3. Quid egeris, tunc apparebit, *quum* animam *ages.* S. Ep. 26. Poteritis exploratam habere pacem, *quum* in civitate Antonium *videbitis?* C. Phil. 7, 6.

b. Tum, quum haberet res publica Luscinos, Calatinos, Acidinos, homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos; et tum, *quum erant* *) Catones, Phili, Laelii, quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque rebus perspexeratis: tamen huiuscemodi res commissa nemini est. C. Agr. 2, 24. Quid?

---

*) Die letztern hatten Cicero's Zuhörer noch gesehen; die erstern gehörten einer ältern Zeit an. So vergegenwärtigt der Indicativus Impf. C. Phil. 2, 18, 45. vidit, quum rubebas. O. Her. 20, 97. memini, quum eras. Ib. 19, 85. memini, quum fuit. Plaut. Truc. 2, 4, 29.

quum dabas legatis Appianis literas, non eos ad me venturos arbitrabare? C. Fam. 3, 7, 5. Memini, neque unquam obliviscar, noctis illius, *quum* tibi maerenti vana quaedam miser, atque inania, falsa spe inductus *pollicebar*. C. Planc. 42. — Tum, quum in Asia res magnas permulti *amiserant*, scimus, Romae, solutione impedita, fidem concidisse. C. Manil. 7.

Res, *quum* haec *scribebam*, erat in summum adducta discrimen. C. Fam. 12, 6. cf. 3, 13. extr. 3, 11, 12. *Quum* haec in Hispania *gerebantur*, comitiorum iam appetebat dies. L. 35, 8. Credo tum, *quum* Sicilia *florebat* opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula. C. Verr. 4, 21. Dionysius tyrannus ea ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, *quum* omnia se posse *censebat*, consequebatur. C. Tusc. 2, 20. cf. C. Caecil. 21, 69. Fuit quoddam tempus, *quum* in agris homines passim bestiarum more *vagabantur*. C. Inv. 1, 2. cf. C. Flacc. 25, 61. — *Quum* diutius in negotio curaque *fueram*: ut requiescerem curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas revertebar. C. Verr. 4, 61. Romae haud minus terroris erat, quam fuerat biennio ante, *quum* castra Punica obiecta Romanis moenibus portisque *fuerant*. L. 27, 44. cf. C. Att. 3, 18. pr.

Quum Collatino collegae Brutus imperium *abrogabat* *), poterat videri facere id iniuste. C. Off. 3, 10. Fulgentes gladios hostium videbant Decii, *quum* in aciem eorum *irruebant*. C. Tusc. 2, 24. *Quum* Africanus censor tribu *movebat* eum centurionem, qui in Paulli pugna non affuerat, quum ille se custodiae causa diceret in castris remansisse, quaereretque cur ab eo notaretur: Non amo, inquit, nimium diligentes. C. Or. 2, 67. Fuit, *quum* hoc dici *poterat*; Patricius enim eras et a liberatoribus patriae ortus. L. 7, 32.

c. Patro Epicureus et initio Romae, *quum* te quoque et tuos omnes *observabat*, me coluit in primis, et nuper, *quum* ea, quae voluit, *consecutus est*, me habuit suorum defensorum fere principem. C. Fam. 13, 1. Ligarius eo tempore paruit, *quum* parere senatui necesse *erat*; vos tum paruistis, *quum paruit* nemo, qui noluit. C. Ligar. 7. Quod si fuit in re publica tempus ullum, quum extorquere arma posset e manibus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio; tum profecto fuit, *quum* patrocinium pacis exclusum est aut errore hominum,

---

*) Dieser Satz verhält sich hier zum folgenden, wie ein Subject zum Prädicat. Eben so in den folgenden Beispielen, wie: Quum hoc dici poterat, fuit die Zeit, wo man so sagen konnte, ist vorbei. Dieses Verhältniß kommt bei diesen Constructionen öfter vor.

aut timore. C. Brut. 2. Maxima laetitia affectus sum, *quum audivi*, te consulem factum esse. C. Fam. 15, 7. Tu, *quum* istiusmodi sermones ad te *delati* de me *sunt*, non debuisti credere. Ib. 3, 8, 19. Maximum exemplum est iustitiae in hostem a maioribus nostris constitutum, *quum* a Pyrrho perfuga senatui *est pollicitus*, se venenum regi daturum et eum necaturum. C. Off. 1, 13. *Quum* Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre *voluit*, Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem. N. 11, 2. *Quum* Caesar in Galliam *venit* *), alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequăni. Caes. 6, 12. Recordare, quam multa de te verba fecerim, *quum* tu ipse *dixisti* mihi, orationem meam in te bonorificam fuisse. C. Fam. 5, 2, 9. *Quum* in C. Matii familiaritatem *venisti*, non dici potest, quam valde gaudeam. Ibid. 7, 15. seitdem, cf. §. 183. Not. Fabius praetor *quum primum* Cretae litus *attigit*, nuntios circa civitates misit, ut armis absisterent. L. 37, 60.

2. wenn *quum* mit seinem Verbo einen unabhängigen Nachsatz bildet, dessen Prädicat als unbedingte Behauptung auszudrücken ist, z. B. nach iam, vix, nondum, wo neben *quum* auch das Praesens historicum und der Infinitivus historicus stehen kann. §. 164, 2, a. §. 168, 5.

Iam ver appetebat, *quum* Hannibal ex hibernis *movit*. L. 22, 1. cf. 1, 36. pr. Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse: *quum* repente iuvenis Romanus admiratione in se cives hostesque *convertit*. L. 5, 46. Dies haud multi intercesserunt, *quum* ex Leontinis legati, praesidium finibus suis orantes, *venerunt*. L. 24, 28. Bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores Romani imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat, *quum accusavit* L. Cottam. C. Mur. 28. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meae, *quum* Sulpicius *accusavit* C. Norbanum, defendente me. C. Or. 2, 21. Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit, *quum* pugna iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, *venerat* **). L. 2, 46. Hannibal iam scalis subibat Locrorum muros: *quum* repente in eum patefacta porta *erumpunt* Romani. L. 29, 7. cf. Tac. H. 4, 33. Fusis Auruncis, victor tot bellis Romanus promissa consulis exspectabat: *quum* Appius, et

*) Cäsar gibt hier, bei der Beschreibung Galliens, an, in welchem Zustande er Gallien angetroffen habe. Daher durfte der erste Satz nicht als Zeit bestimmend von dem zweiten abhängig gemacht werden; vielmehr war der zweite als Resultat seiner Beobachtung anzuführen.

**) Iam Messalina — profluebat, *quum* Silius *urgebat*. Tac. 11. 26. pr. aber sonst nur bei Dichtern.

insita superbia animo, et ut collegae vanam faceret fidem, ius de creditis pecuniis *dicere* ***). L. 2, 27. Aegerrime id plebs ferebat, iacere tamdiu irritas sanctiones, quae de suis commodis ferrentur: *quum* interim de sanguine et supplicio suo latam legem confestim *exerceri* et tantam vim *habere* †). L. 4, 51. — Multi anni sunt, *quum* ††) Fabius in aere meo *est*. C. Fam. 15, 14. Triginta dies erant ipsi, *quum* has *dabam* literas. C. Att. 3, 21. Nondum centum et decem anni sunt, *quum* de pecuniis repetundis a L. Pisone *lata* lex *est*, nulla antea quum fuisset. C. Off. 2, 21. Permulti anni iam erant, *quum* inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina *fuerant*. L. 9, 33. Caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus; *quum* †††) interea nulla vox alia illius miseri *audiebatur*, nisi haec, civis Romanus sum. C. Verr. 5, 62. Gratiosi fuimus ipsi, *quum* ambitionis nostrae tempora *postulabant* *). C. Planc. 18.

*) Anders ist: Iam vero, consilio ac sapientia qui regere ac gubernare rem publicam possent, multi nostra, plures patrum memoria exstiterunt, *quum* boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores *invenirentur*. C. Or. 1, 2. cf. L. 2, 5, 8. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat, *quum* Viridovix contra eum duum millium spatio *consedisset*, quotidieque productis copiis pugnandi potestatem *faceret*. Caes. 3, 17. wo *quum* da, während hingegen, in einem Causal- und Concessivverhältniß steht. — Statt quum steht in dieser Verbindung auch bisweilen *et*, Tac. 4, 23. H. 2, 95. 3, 10. V. Aen. 5, 858. 6, 499. auch fehlt dieses *quum*, wie O. Met. 2, 47. 5, 15. 20. 51. V. Aen. 2, 172. 5, 763. 10, 659. Sil. 5, 28.

3. wenn *quum* wenn, so oft als, eine oft wiederholte Handlung, oder Etwas, das gewöhnlich geschieht, andeutet.

Tua res agitur, paries *quum* proximus *ardet*. H. Ep. 1, 18, 84. Facile omnes, *quum valemus*, recta consilia aegrotis damus. T. Andr. 2, 1, 9. Confirmantur nostra consilia, *quum sentimus*, prudentibus fideliterque suadentibus idem videri. C. Fam. 2, 13. Philosophiae praecepta ne obsolescerent, renovabam, *quum licebat*, legendo. C. Acad. 1, 3. Veteres Romani, *quum* consilium publicum *desiderabatur*, e villis ar-

***) cf. L. 3, 57, 6. Tac. 2, 40. 4, 50. extr. 6, 44. H. 3, 31. pr. Ohne dicere, L. 3, 35, 3. cf. Stroth. h. l.

†) cf. L. 6, 27, 6. Sall. I. 98, 2.

††) seitdem; ipsi, §. 157, 1, e. — Plaut. Aul. Pr. 4. C. Cluent. 30, 82.

†††) während; so *quum* interea — *accepi*. C. Fam. 3, 6, 8. *quum* interim non *destitit*. N. 17, 7, 1.

*) während, so lange als; so *quum* tu *abfuisti*. C. Brut. 96, pr.

cessebantur in senatum. Colum. 1. Praef. 18. Ager *quum* multos annos *quievit*, uberiores efferre fructus solet. C. Brut. 4. *Quum* tactra prodigia *nuntiata sunt*, decemviri libros Sibyllinos adire iubentur. L. 22, 9. *Quum* ver esse *coeperat*, eius initium Verres non a Favonio notabat; sed, *quum* rosam *viderat*, tunc incipere ver arbitrabatur. C. Verr. 5, 10. Galli laqueis falces avertebant, quas *quum destinaverant*, tormentis introrsus reducebant. Caes. 7, 22. cf. C. Brut. 24, 93. 34, 130. Orat. 32, 113.

Not. 1. Der Conjunctivus steht jedoch auch in diesen Fällen, wenn die §. 166. angegebenen Bedingungen Statt finden.

Curata fac sint, *quum* a foro *redeam* *) domum. Plaut. Aul. 2, 3, 6. Erit, erit illud profecto tempus et illucescet aliquando ille dies, *quum* tu et amicissimi benevolentiam et fortissimi viri magnitudinem animi *desideres*. C. Mil. 26. En erit unquam ille dies, mihi *quum liceat* **) tua dicere facta? V. Ecl. 8, 7. Quis non, *quum* haec *videat*, irriserit? C. Leg. 2, 1. Verborum translationes quasi mutationes sunt, *quum*, quod non habeas, aliunde *sumas*. C. Or. 3, 38. §. 166, 1, a. §. 161, 3. — Caesar *quum primum* pabuli copia esse *inciperet* ***), ad exercitum venit. Caes. 2, 2. Nos tum, *quum* maxime consilio nostro subvenire communi saluti *oporteret* †) in senatum non vocabamur. C. Phil. 5, 1. — Milites, quod infensum Othoni Senatum arbitrabantur, causam et initium caedis quaerebant: *quum* alius insuper metus Senatoribus *instaret* ††), ne, praevalidis iam Vitellii partibus, cunctanter excepisse victoriam crederentur. Tac. H. 2, 52. — Vercingetorix nostras pabulationes frumentationesque observabat, dispersosque, *quum* longius necessario *procederent* †††), adoriebatur. Caes. 7, 16. In Scauri oratione naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, *quum* pro reo *diceret*. C. Brut. 29. Catulus erat talis, ut, *quum* quosdam *audires*, qui tum erant praestantes, videretur esse inferior: *quum* autem ipsum *audires* sine comparatione, me

---

*) ungewiß wann; also bedingt behauptend, daher nicht redeo.

**) Cf. §. 166, 1. und so darf auch in den durch Mss. hinlänglich gesicherten Stellen: Tempus erit, *quum faciat — redigantur*. O. Met. 14, 147. Tempus erit, *quum — deducat*. Tibull. 1, 4, 79. nicht faciet, redigentur, deducet geändert werden; denn der Indicativus, oben 1, a. und V. Georg. 1, 493. Aen. 1, 283. 10, 11. Claudian. 8, 652. gibt einen ganz andern Sinn.

***) anfangen wollte, und Zeit bestimmend. So quum eriperet. C. Mil. 4, 9.

†) nöthig gewesen wäre. §. 166, 1, b.

††) Cf. §. 183, 1. Die Mordlust der Soldaten machte dem Senat desto mehr Besorgniß, da noch der Umstand dazu kam, daß —.

†††) etwa, zufällig. So, das Zufällige bei oft wiederholten Handlungen ausdrückend, kommt mit quum der Conjunctivus oft vor, z. B. quum valerem. C. Lael. 2, 8. N. 5, 4, 2. 17, 8, 1. 20, 4, 2. 6. 25, 2, 4. Caes. C. 3, 47. extr. 48. V. Georg. 4, 135. Aen. 6, 881.

lius non quaereres. Ibid. 35. cf. §. 161, 3. Parvi primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint. *quum* autem paulum firmitatis *accesserit* *), et animo utuntur, et sensibus. C. Fin. 5, 15. Epaminondas *quum* in circulum *venisset* **), in quo aut de re publica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus. Ib. 15, 3. Platonis in libris ita loquitur Socrates, ut, etiam *quum* de moribus, de virtutibus, denique de re publica *disputet*, numeros tamen et geometriam et harmoniam studeat Pythagorae more coniungere. C. Rep. 1, 10.

Not. 2. *Ubi* wo, *als*, wenn, von einem Zeitpunkt, von welchem etwas Anderes seinen Anfang nimmt, hat den Conjunctivus unter den §. 176. angegebenen Bedingungen bei sich; *quando* wenn einmal, von öfter wiederkehrenden Umständen einer unbestimmten Zeit gebraucht, in der indirecten Frage; außerdem den Indicativus. Nur mit dem Indicativo steht *ut* wie, so wie, so bald als, von einem Erfolg, nach welchem sogleich ein andrer eingetreten ist.

Ubi exercitus instructus *esset*, hastati omnium primi pugnam inibant. L. 8, 8. cf. 1, 32, 13. Saevum spectaculum erant milites, tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, quum turbam populi per inscitiam parum vitarent, aut, *ubi* lubrico viae vel occursu alicuius *procidissent*, inde iurgium, mox ad manus et ferrum transirent. Tac. H. 2, 88. zufällig, cf. L. 3, 65, 8. *Quando utendum sit*, aut non *sit* narratione, id est consilii. C. Or. 2, 81. pr. cf. §. 174. II.

Miserum est opus tum demum fodere puteum, *ubi* sitis fauces *tenet*. Plaut. Most. 1, 2, 32. Equites, adorti peditum aciem, nuntios ad consules rei gestae mittunt, *ubi* iam *inclinabatur* hostium acies. L. 3, 70. Inter miracula Aegypti fuit Memnonis saxea effigies, *ubi* radiis solis *icta est*, sonum reddens. Tac. 2, 61. *Ubi* spectaculi tempus *venit*; deditaeque eo mentes cum oculis *erant*, tum ex composito orta vis: signoque dato iuventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. L. 1, 9. vgl. unten II. Not. 1. Romani veteres, *ubi* pericula virtute *propulerant*, sociis auxilia portabant. Sall. C. 6. Hostes *ubi* ex litore aliquos singulares ex navi egredientes *conspexerant*, incitatis equis impeditos adoriebantur. Caes. 4, 26. cf. Sall. C. 13, 4. *Ubi satur sum*, nulla crepitant intestina: *quando esurio*, tum crepant. Plaut. Men. 5, 5, 27. — Curio silebat, *ut erat* semel a concione universa relictus. C. Brut. 89. Romam *ut nuntiatum est*, Veios captos, velut ex insperato immensum gaudium fuit. L. 5, 23. cf. 2, 45, 9. Messanam *ut* quisque nostrum *venerat*, canephoras Polycleti visere solebat. C. Verr. 4, 3.

II. *Ante quam*, *prius quam* eher als, und *pridie quam* beziehen auf eine frühere Begebenheit eine spätere, die dann, als noch bevorstehend oder in ungewisser Zukunft liegend, der Conjunctivus andeutet; wird sie aber als gewiß erwartet oder als bereits erfolgt betrachtet, so steht der Indicativus. Außerdem folgt

*) So von einer unbestimmten, allgemein genommenen Zeit. C. Fin. 5, 22, 61. 4, 14, 37. N. D. 2, 52, 129. Caes. 4, 33.
**) zufällig, wie Caes. 3, 12. C. 2, 41.

hier und auf *postquam* später als, nachdem; da, *postridie quam* einen Tag später als, der Conjunctivus nach §. 176. Vgl. §. 148. Not. 1.

Tragoedi quotidie, *antequam pronuntient* *), vocem sensim excitant. C. Or. 1, 59. In omnibus negotiis *prius, quam aggrediare*, adhibenda est praeparatio diligens. C. Off. 1, 21. *Ante* videmus fulgurationem, *quam* sonum *audiamus*. S. N. Q. 2, 12. hören können. Si quis de coelo servavit, non habitis comitiis, sed *prius, quam habeantur*, debet nuntiare. C. Phil. 2, 32. gehalten werden sollen. Aegyptii quamvis carnificinam *prius* subierint, *quam* ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum *violent*. C. Tusc. 5, 27. verletzen würden. Vercingetorix, *priusquam* munitiones ab Romanis *perficiantur*, consilium capit, omnem ab se equitatum noctu dimittere. Caes. 7, 71. Hannibal omnia et in proelio apud Zamam, et ante aciem, *priusquam excederet* pugna, erat expertus. L. 30, 35. Aristides interfuit pugnae navali apud Salamina, quae facta est *prius, quam* poena exsilii *liberaretur* **). N. 3, 2. Caesar ad Pompeii castra pervenit *prius, quam* Pompeius sentire *posset*. Caes. C. 3, 67. Providentia est, per quam animus futurum aliquid videt, *antequam factum sit* ***). C. Inv. 2, 64. Saepe magna indoles virtutis, *priusquam* rei publicae prodesse *potuisset* †), exstincta fuit. C. Phil. 5, 17. Scis, me quodam tempore Metapontum venisse, neque ad hospitem *ante* devertisse, *quam* Pythagorae ipsum illum locum, ubi vitam ediderat, sedemque *viderim* ††). C. Fin. 5, 2. Quum, *pridie quam* legati ad Tarquinios *proficiscerentur*, coenatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de novo consilio egissent; sermonem eorum ex servis unus excepit. L. 2, 4.

Abeo ab illis, *postquam video*, me sic ludificari. Plaut. Capt. 3, 1, 27. cf. Tac. 14, 44. Galli, *postquam* nihil usquam hostile *cernebatur* †††), viam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. L. 5, 39. Eros comoedus nuper, *posteaquam* e scena sibilis *explodebatur* 1),

*) ehe sie declamiren wollen.

**) cf. Caes. 6, 37. init. 7, 47. Tac. H. 2, 96. 4, 66.

***) cf. N. 18, 4, 2. Caes. 1, 53. pr.

†) cf. C. Verr. 2, 70, 171. L. 26, 41, 3.

†† Meinung oder Vorstellung eines Andern, wie Caes. 3, 18. N. 1, 6, 4. C. Planc. 41, 98. L. 35, 25, 3. Caes. 7, 71.

†††) cf. Sall. C. 6, 5. 56, 4. Caes. 7, 87, 5. Tac. 6, 51. fin. 12, 13. init. H. 2, 19. pr. 3, 48. L. 1, 54, 5.

1) cf. L. 25, 33, 8. Caes. C. 3, 58.

sicut in aram, confugit in Roscii domum. C. Q. Rosc. 11. Caesar *postquam* omnes Belgarum copias ad se venire *vidit*, neque iam longe abesse ab his, quos miserat, exploratoribus et ab Remis *cognovit*, flumen Axonam exercitum transducere maturavit. Caes. 2, 5. P. Africanus *posteaquam* bis consul et censor *fuerat*, L. Cottam in iudicium vocabat. C. Caecil. 21. cf. C. Verr. 1, 24, 54. 5, 38, 100. Manil. 9, 25. — *Posteaquam* mihi nihil de adventu tuo *scriberetur* **), verebar, ne id ita caderet, ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. C. Fam. 2, 19. His de rebus multa disputata sunt quondam in Hortensii villa, quum eo Catulus et Lucullus nosque ipsi *postridie* venissemus, *quam* apud Catulum *fuissemus* ***). C. Acad. 2, 3. *Postquam* Iuba ante portas diu multumque primo minis pro imperio *egisset* cum Zamensibus; deinde, quum se parum proficere intellexisset, precibus quoque *orasset* †), uti se ad suos deos penates admitterent; ubi eos in sententia perstare animadvertit, tertio petit ab eis, ut sibi coniuges liberosque redderent. Hirt. B. Afr. 91. Nihil habebam novi, quod *post* accidisset, *quam dedissem* ad te liberto tuo literas. C. Att. 6, 3.

Ante occupatur animus ab iracundia, *quam* providere *potuit*, ne occuparetur. C. Q. Fr. 1, 1, 13. *Ante, quam obprimit lux*, maioraque hostium agmina *obsepiunt* iter, erumpamus. L. 22, 50. Dabo operam, ut istuc veniam *ante, quam* plane ex animo tuo *effluo*. C. Fam. 7, 14. cf. C. Cat. 4, 10. pr. *Ante quam delectata est* Atheniensium civitas laude dicendi, multa iam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat. C. Brut. 13. Membris utimur *prius, quam didicimus*, cuius ea utilitatis causa habeamus. C. Fin. 3, 20. Non *prius* sum conatus misericordiam aliis commovere, *quam* misericordia *sum* ipse *captus*. C. Or. 2, 47. Omnia experiri certum est, *priusquam pereo*. T. Andr. 2, 1, 11. Memmius *pridie, quam* ego Athenas *veni*, Mitylenas profectus erat. C. Att 5, 11.

Not. 1. Bei *postquam, postea quam* bezeichnet das Perfectum Indicativi einen Zustand als vollendet, das Imperfectum aber als

---

**) Meinung Cicero's in früherer Zeit; cf. Varr. R. R. 3, 17, 9. Caes. 4, 19.

***) von quum mit. abhängig.

†) Vermuthungsweise, wie posteaquam illa minaretur. C. Cluent. 64, 181. Dagegen ist posteaquam aedificasset etc. C. Manil. 4, 9. Deiot. 13, 36. mehr als Zeitbestimmung und als Grund zum Folgenden (wie bei quum) zu betrachten. In diesem Sinn ist es in einigen Stellen mit postea quum verwechselt worden, wie C. Att. 11, 12. Leg. 2, 25, 64. cf. Görenz h. l.

noch unvollendet, mitten in seiner Dauer; daher auch diese Tempora neben einander stehen können. Das Tempus des damit verbundenen Satzes hat darauf keinen Einfluß.

Philodamus, *posteaquam* ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. C. Verr. 1, 26. pr. *Posteaquam* Pompeii commoratio diuturnior *erat*, quam putaram: vide, quid mihi sumserim. C. Fam. 7, 5. *Postquam* divitiae honori esse *coepere*, et eas gloria, imperium, potentia *sequebatur*: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci coepit. Sall. C. 12, 1. cf. Cort. h. l. Drak. ad L. 34, 26, 12. Quae *postquam sunt audita*, et undique primores Patrum et prioris anni consules *increparent*, quod eas largitiones coetusque plebis in privata domo passi essent fieri: tum T. Quinctius, consules immerito increpari, ait. L. 4, 13. Hierher gehört auch: Coa uva et Berytia servantur, nullius suavitati postferendae. Quidam ut has faciant, in cinere lixivio tingunt *protinus*, *quam detraxere* vitibus, mox in sole siccant. P. 15, 17. extr.

Not. 2. Mit *postquam* ist quum nicht zu verwechseln, welches nur von Dingen gebraucht wird, die als *Facta* in einer Erzählung aufgeführt werden, nie aber von örtlichen Verhältnissen, z. B. von Stellen in einem Buche, wo die Römer postquam, ubi brauchen. Stellen, wie C. Tusc. 1, 48, 103. Acad. 2, 32, 104. N. D. 2, 27, 69. können für das Gegentheil nur scheinbar angeführt werden.

III. *Quoad*, *dum*, *donec* so lange als, so lange bis, bis, deuten mit dem Conjunctivo einen zu erwartenden oder bevorstehenden Zustand an; mit dem Indicativo aber einen, der jetzt schon im Werden und unbezweifelt gewiß, oder der bereits vollendet ist. *Quoad* von quo-ad bis wohin, §. 151, 3, b. cf. C. Arch. 1, 1. *dum*, *donec*, §. 86, II, 3. §. 87, I, 8.

Epaminondas exercebatur luctando ad eum finem, *quoad* stans complecti *posset* (adversarium) atque contendere. N. 15, 2. *Quoad perventum sit* eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium. C. Off. 3, 23. Me admones, ut me integrum, *quoad possim*, servem. C. Att. 7, 26. Meinung. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, *quoad* scire *possis*, quid tibi *agendum sit*. C. Fam. 6, 20. — Exspectate, *dum* consul aut dictator *fiat* Kaeso, quem privatum viribus et audacia regnantem videtis. L. 3, 11. cf. C. Sen. 10, 33. Or. 1, 62, 265. In muris Gallorum omne opus contexitur, *dum* iusta muri altitudo *expleatur*. Caes. 7, 23. Quantus amor bestiarum est in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, *dum* se *possint* ipsa defendere. C. N. D. 2, 51. Latrones, *dum sit*, quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur. C. Phil. 4, 4. Meinung. Caesar ex eo tempore, *dum* ad flumen Varum *veniatur*, se frumentum militibus daturum pollicetur. Caes. C. 1, 87. cf. C. Quint. 21, 67. — Elephanti in traiiciendo nihil tre-

pidabant, *donec* continenti velut ponte agerentur. L. 21, 28. Perseus in castris Romanis progredi prae turba occurrentium ad spectaculum non poterat, *donec* consul lictores *misisset*, qui submovendo iter ad praetorium facerent. L. 45, 7.

Cato *quoad vixit* *) virtutum laude crevit. N. 24, 2. Milo in senatu fuit eo die, *quoad* senatus *dimissus* est. C. Mil. 10. — Aegroto *dum* anima *est*, spes esse dicitur. C. Att. 9, 10. Delibera hoc, *dum* ego *redeo*. T. Ad. 2, 1, 42. Saltem *dum*, quid de Hispaniis agamus, *scitur*, exspecta, C. Att. 10, 9. Lacedaemoniorum gens fortis fuit, *dum* Lycurgi leges *vigebant*. C. Tusc. 1, 42. Catilina erat unus timendus ex his omnibus, sed tamdiu, *dum* **) moenibus urbis *continebatur*. C. Cat. 3, 7. Hoc feci, *dum licuit*. C. Phil. 3, 13. cf. 14, 12, 33. S. Rosc. 25, 70. Redemtio mansit usque ad eum finem, *dum* iudices *reiecti sunt*. C. Verr. A. 1, 6. Tiberius Gracchus tamdiu laudabitur, *dum* memoria rerum Romanarum *manebit*. C. Off. 2, 12. — De comitiis, *donec rediit* Marcellus, silentium fuit. L. 25, 31. cf. Drak. ad L. 1, 7, 14. Iulius Caesar exanimis aliquamdiu iacuit, *donec* lecticae impositum tres servuli domum *retulerunt*. Suet. Caes. 82.

Hierbei ist zu bemerken:

1. *Dum*, auf einen vorliegenden Zustand hinzeigend, welchem ein andrer gleichzeitig gesetzt wird, hat in der Bedeutung während, indem, häufig das Praesens historicum bei sich, §. 164, 2, a. den Conjunctivus als Meinung und wenn er mit dem nebenstehenden Hauptsatze durch einen Causalnexus zusammenhängt.

Homines, *dum docent*, discunt. S. Ep. 7. Peto a vobis, ut me, *dum* de his singulis *disputo* iudiciis, attente audiatis. C. Cluent. 32. cf. C. Mil. 9, 23. Nunquam mihi minus placui, quam hesterno die; qui, *dum obsequor* adolescentibus, me senem esse sum oblitus. C. Or. 2, 4. Haec *dum* apud Hellespontum *geruntur*, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur. N. 18, 5. *Dum* ea Romae *geruntur*, iam Sutrium ab Etruscis obsidebatur. L. 9, 35. ***). Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium in Ponto reliquit. Haec *dum* nostri *colligunt* †) omnia diligentius, rex

---

*) Dafür: Carbo, *quod* vita suppeditavit, est in multis iudiciis causisque cognitus. C. Brut. 27. cf. Gör. ad C. Acad. 2, 20, 66.
**) So tamdiu, dum habuit. C. Verr. 4, 3, 6.
***) cf. L. 21, 7. pr. 31, 1. pr. Tac. 3, 78. H. 4, 33.
†) dum colligunt soll hier die Sorgfalt der Zusammensuchenden lebhafter darstellen und vergegenwärtigen, wie C. Mil. 10, 28. Verr.

ipse e manibus effugit. C. Manil. 9. Intelligetis, si in verbis ius constituamus, omnem utilitatem nos, *dum* versuti et callidi *volumus* esse, amissuros. C. Caecin. 19. Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui *dum* in pulvere quaedam *describit* attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? C. Fin. 5, 19. *Dum* Sulla in aliis rebus *erat* *) occupatus, qui summam rerum administrabat, erant interea, qui suis vulneribus mederentur. C. S. Rosc. 32. In magnas clades incidimus, *dum* metui, quam cari esse et diligi *maluimus* **). C. Off. 2, 8. Ut Clodius absolveretur, commissum est Hortensii consilio; qui *dum veritus est* ***), ne Fufius ei legi intercederet, quae ex senatus consulto ferebatur, non vidit illud, satius esse, illum in infamia relinqui, quam infirmo iudicio committi. C. Att. 1, 16. — Augustus saepe indigens somni et, *dum* per vicos *deportaretur* †), et deposita lectica inter aliquas moras condormiebat. Suet. Aug. 78. Die insequenti quievere milites, *dum* praefectus iuventutem Apolloniatium *inspiceret*. L. 24, 40. Gloriae maximum certamen inter iuvenes erat: sese quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, *dum* tale facinus *faceret*, properabat. Sall. C. 7, 6. Hoc video, *dum* breviter *voluerim* ††) dicere, dictum a me esse paulo obscurius. C. Or. 1, 41.

2. Auch *donec* bis, kann das Praesens historicum bei sich haben. Statt des Indicativi aber brauchen dabei spätere Schriftsteller den Conjunctivus von Zuständen der Gegenwart und der Vergangenheit, deren Ziel sich der Leser als bevorstehend vorstellen soll.

Nec minor caedes in urbe, quam in proelio, fuit; *donec* hostes, abiectis armis, nihil praeter vitam petentes, dictatori *deduntur*. L. 4, 34. Danubius plures populos adit, *donec* in Ponticum mare sex meatibus *erumpit*. Tac. G. 1. alii: *erumpat*.

Rhenus servat nomen et violentiam cursus, qua Germaniam praevehitur, *donec* Oceano *misceatur*. Tac. 2, 6. Pythagorae et Alcibiadi simulacra in Comitio dicata. Ea stetere, *donec* Sulla dictator ibi Curiam *faceret*. P. 34, 6, 12. Regna

---

2, 66. fin. Orat. 1, 53, 230. Caes. 1, 27. und mit folgendem Plusq. C. Verr. 5, 35. pr. L. 21, 29. pr. Tac. 1, 54.

*) cf. L. 41, 14. pr. 10, 36, 16. Tac. Agr. 41. extr.

**) cf. C. Phil. 14, 12, 33.

***) cf. N. 21, 2, 2.

†) §. 176. So in folgendem Beispiel und dum te fugeret. V. Georg. 4, 457. dum ferret. Phaedr. 1, 4, 2. wo beide Sätze sich zu einander, wie Grund und Folge verhalten.

††) Ciceros eigne Gedanken in früherer Zeit.

belleque per Gallias semper fuere, *donec* in nostrum ius *concederetis*. Tac. H. 4, 74. Agrippinenses obsessi miseriarum patientiaeque documentum fuere: *donec* egregiam laudem fine turpi *macularent*, missis ad Civilem legatis, vitam orantes. Ib. 4, 60. cf. Tac. 2, 34. 5, 11. H. 2, 8. 49. 54. 59. 60. 67. 3, 9. 10. 78. 82. 4, 16. 35. 37. 46. 5, 12. 13.

D. *Oratio obliqua.*

I. In Oratione obliqua stehen in einer zusammenhängenden Rede alle einzelnen **Nebensätze**, die eigne oder fremde **Meinung und Vorstellung als bloßen Gedanken durch den Conjunctivus ausdrücken.** Sie müssen entweder durch das Prädicat, von welchem sie abhängen, als solche angekündigt, oder durch ihren Zusammenhang mit einem Infinitivus oder Conjunctivus leicht erkennbar seyn. Hierher gehören auch abhängige Fragen, §. 174, II. 186

a. Nebensätze, in welchen der Redende seine eignen Gedanken, Meinungen und Vorstellungen, die er jetzt oder früherhin hatte, als solche darstellt.

Videor mihi gratum fecisse Siculis, *quod* eorum iniurias meo labore, inimicitiis, periculo *sim persecutus*. C. Verr. 2, 6. Quum contemplor animo, *reperio* quatuor causas, cur senectus misera videatur: unam, *quod avocet* a rebus gerendis; alteram, *quod* corpus *faciat* infirmius; tertiam, *quod privet* omnibus fere voluptatibus; quartam, *quod* haud procul *absit* a morte. C. Sen. 5. Praeclarum mihi quiddam *videtur* adeptus is, *qui*, qua re homines bestiis praestant, ea in re hominibus ipsis *antecellat*. C. Inv. 1, 4. Saepenumero *admirari soleo*, M. Cato, *quod* nunquam senectutem tibi gravem esse *senserim*. C. Sen. 2. Utinam istum diem *videam*, *quum* ista oratio ita libere *vagetur*, ut etiam in Sicae domum introeat. C. Att. 16, 11. *Fateor*, me salutis omnium causa ad eam partem accessisse reipublicae sublevandae, *quae* maxime *laboraret*. C. Caecil. 3. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantum Atticum prudentem dicam, minus, *quam debeam*, praedicem. N. 25, 9. — Camillus, Equidem, inquit, quum abessem, quotiescunque patria in mentem veniret, haec omnia *occurrebant*, colles, campique et Tiberis, et hoc coelum, *sub quo* natus educatusque *essem*. L. 5, 54. Hanc perfectam philosophiam semper *iudicavi*, *quae* de maximis quaestionibus copiose *posset*, ornateque dicere. C. Tusc. 1, 4. *Mihi* semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo, de omnibus rebus in contrariam partem disserendi, ob eam causam *placuit*, *quod* aliter non *posset*, quid in quaque re veri simile esset inveniri. C.

Tusc. 2, 8. Non *dubitavi* id a te per literas petere, *quod* mihi omnium *esset* maximum, maximeque necessarium. C. Fam. 2, 6. Ista vestra nomina nunquam sum admiratus; viros eos, *qui* ea vobis *reliquissent*, magnos *arbitrabar*. C. Fam. 3, 7. Adolescentulus sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, *quod* continuo consilium *dimiserit*, *simulac* me fractum ac debilitatum metu *viderit*. C. Or. 1, 26.

b. Nebensätze, in welchen der Redende die Meinung und Vorstellung eines Andern als solche vorträgt.

Themistocles omnium civium nomina perceperat. num igitur *censetis* eum, quum aetate processisset, *qui* Aristides *esset*, Lysimachum salutare solitum? C. Sen. 7. Ennius non *censet*, lugendam esse mortem, *quam* immortalitas *consequatur*. C. Sen. 20. Plinius maior perire omne tempus *arbitrabatur*, *quod* studiis non *impertiretur*. P. Ep. 3, 5. Quis divitiorem quemquam *putet*, quam eum, *cui* nihil *desit*, *quod* quidem natura desideret? C. Rep. 1, 17. *Est oratori* diligenter *providendum*, ut iis admirabilis esse videatur, *quibus* libere *liceat* iudicare. C. Or. 1, 26. Mos est Athenis *laudari* in concione eos, *qui sint* in proeliis *interfecti*. C. Or. 44. Magna *laus est*, unum hominem elaborare in ea scientia, *quae sit* multis *profutura*. C. Mur. 9. Ex proelio ad Trasimenum sex millia ferme primi agminis, *ignari* omnium, *quae* post se *agerentur*, ex saltu evasere. L. 22, 6. Societas cum Romanis in id tempus, *quo* Romam mitti legati *possent*, *dilata est*. L. 32, 23. In Hispania *prorogatum* veteribus praetoribus *est* imperium cum exercitibus, *quos haberent*. L. 40, 18. Recte Socrates *exsecrari* eum solebat, *qui* primus utilitatem a natura *seiunxisset*. C. Leg. 1, 12. Quaedam Italiae civitates diem, *quo* primum ad se *venisset* Augustus, initium anni fecerunt. Suet. Aug. 59. Facile patior, id *te agere* multis verbis, *quod* ad iudicium non *pertineat*; et id *te* accusantem tam diu *dicere*, quod ego defensor sine periculo *possim* confiteri. C. Planc. 26. Fraus fidem in parvis sibi praestruit, ut, *quum* operae pretium *sit* *), cum mercede magna fallat. L. 28, 42. Erat in Hortensio memoria tanta, ut, *quae* secum *commentatus esset*, ea sine scripto verbis eisdem redderet, *quibus cogitavisset*. C. Brut. 88.

---

*) wenn es sich der Mühe verlohne. Daß dieser Satz als Gedanke zu nehmen sey, ist durch ut-fallat, wodurch Absicht ausgedrückt wird, angedeutet. Aehnlich ist das folgende Beispiel: andre kommen in den vorhergehenden Abschnitten vor.

c. Nebensätze, die ohne Beziehung auf ein besonderes Subject als bloße Gedanken dargestellt sind.

Quum aetas extrema advenit, tunc illud, quod praeteriit, effluxit; tantum remanet, *quod* virtute et recte factis *consecutus sis* *). C. Sen. 19. Vetus est proverbium, paupertatem certissimam esse, *quum* alicuius *indigeas*, uti eo non posse, *quia ignoretur*, *ubi* proiectum *iaceat*, quod desideratur. Colum. 12, 2, 3. In oratoribus illud animadvertendum est, posse esse summos, *qui* inter se *sint* dissimiles. C. Brut. 56. Mors est etiam optanda, si aliquo animum deducit, *ubi sit futurus* aeternus. C. Sen. 19. Si aliter accidisset, qui possem queri, quum mihi nihil improviso, nec gravius *quam exspectavissem*, pro tantis meis factis evenisset. C. Rep. 1, 4. Ea videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur esse, *qui* quam levissima poena ab hac re publica *discesserit*. C. Fam. 5, 18. Id quidem omnibus usu venire necesse fuit, quibus paulo longior vita contigit, ut cum multo maioribus natu, *quam essent* ipsi, compararentur. C. Brut. 64. Breviter dicendum est, ne in huiusmodi rebus diutius, *quam* ratio praecipiendi *postulet*, commoremur. C. Inv. 1, 35. Huius originem moris, necesse est, a mitiore crevisse principio, *quam* hic prae se *ferat* titulus. L. 2, 14. Ipsa Messana, *quae* situ, moenibus, portuque *ornata sit*, ab his rebus, quibus Verres delectatur, sane vacua atque nuda est. C. Verr. 4, 2. cf. §. 184, 2.

II. Eine ganze Rede eines Andern wird entweder mit dessen eignen Worten in Oratione directa angeführt, oder wie der Erzähler sie sich vorstellt, in Oratione obliqua erzählungsweise vorgetragen, wo dann die Hauptsätze der Oratio directa im Accusativo cum Infinitivo, Fragen aber, Neben- und Vordersätze im Conjunctivo ausgedrückt werden. Da hier der Erzähler sich als erste Person betrachtet, so muß er den Redenden und dessen Angeredeten in der dritten Person anführen, und daher den Vocativus in den Nominativus, Imperative in die dritte Person des Conjunctivi übertragen, den Redenden selbst aber als Person mit sui, sibi, se, und sein Eigenthum mit suus bezeichnen, §. 157, 5. Eine solche ganze Rede ist dann wie ein dem Hauptverbo dixit, inquit, dicebat etc. untergeordneter Satz

---

*) Aus der Seele eines Andern gesprochen. So: Est animi ingenui, *cui* multum *debeas*, eidem plurimum velle debere. C. Fam. 2, 6. Videsne, in ea ipsa urbe, *in qua* et nata et alta *sit* eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem? C. Brut. 10.

zu betrachten. Der Deutsche drückt hier sowohl den Acc. c. Inf. als auch die Nebensätze durch den Conjunctiv aus.

Oratio directa: Theodoro Cyrenaeo quum Lysimachus rex crucem minaretur, Istis, quaeso, *inquit*, ista horribilia *minitare* purpuratis tuis! Theodori quidem nihil *interest*, humine an sublime putrescat. C. Tusc. 1, 43. Megăra Demetrius ceperat Poliorcetes. ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, numquid perdidisset, Nihil, *inquit;* omnia namque mea mecum *sunt.* S. Constant. 5. Verum illud *dicunt:* Ius summum saepe summa malitia *est.* T. Heaut. 4, 5, 48. cf. Tac. 1, 58.

Oratio obliqua: Caesari Divico *respondit:* Ita *Helvetios* a maioribus suis *institutos esse*, uti obsides accipere, non dare consuerint; eius rei *populum Romanum testem esse* *). Caes. 1, 14. Maiores nostri omnibus rebus agendis, *Quod* bonum, faustum, felix, fortunatumque *esset* **), *praefabantur.* C. Div. 1, 45. Pyrrho accito a Tarentinis in Italiam, a Dodonaeo Iove *data dictio erat: caveret* Acherusiam aquam Pandosiamque urbem: ibi fatis *eius terminum dari* ***). L. 8, 24. Hirri necessarii *fidem implorarunt* Pompeii: *Praestaret*, *quod* proficiscenti *recepisset* †). Caes. C. 3, 82. Apud Hypanim fluvium Aristoteles *ait bestiolas quasdam nasci*, *quae* unum diem *vivant.* C. Tusc. 1, 39. *Tarquinium dixisse ferunt; exsulantem se intellexisse*, *quos* fidos amicos *habuisset*, quos infidos, *quum* iam neutris gratiam referre *posset.* C. Lael. 15. — *Legi* ††) apud Clitomachum, *quum* Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio *starent*, *A. Albinum*, *qui* tum praetor *esset*, *eum*, qui cum avo tuo, Luculle, consul fuit, *doctum* sane *hominem*, ut indicat ipsius historia, *iocantem dixisse* Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor esse non vi-

---

*) die Helvetier wären so von ihren Vorfahren unterrichtet worden — davon sey das römische Volk Zeuge; direct: Ita nos, Helvetii, instituti sumus, ut — consuerimus: eius rei populus R. testis est oder eius rei vos, Romani, testes estis.

**) direct: sit.

***) er sollte sich in Acht nehmen; direct: cave — ibi fatis tuis terminus datur.

†) direct: Praesta, quod recepisti. So congrederetur. Caes. 1, 36. excederent — dimitterent. C. 1, 85. extr.

††) Zwei verschiedene Reden sind hier unterschieden: die des Clitomachus, quum — dixisse Carneadi als Orat. obliqua, und die dort angeführte des Carneades, Ego — civitas als Orat. directa. Die Zwischensätze: qui — consul fuit; ut indicat, mußten als Erklärungen des hier sprechenden Cicero im Indicativ ausgedrückt werden.

deor, quia sapiens non sum: nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille, Huic, Stoico, non videris. C. Acad. 2, 45.

Hierbei ist Folgendes zu bemerken:

1. Die Tempora der Hauptsätze directer Rede werden im Infinitivo der erzählten beibehalten, und so wird z. B. das Imperfectum, Perfectum und Plusquamperfectum hier Infinitivus Praeteriti. In Nebensätzen hingegen muß der Erzähler die Gegenwart des Redenden, die der Vergangenheit angehört, von der seinigen unterscheiden, und braucht daher

a. das Praesens Coniunctivi nach den allgemeinen Regeln §. 164, 9. 10. besonders aber, wenn eine solche Rede oder einzelne Nebensätze derselben auf die Gegenwart des Erzählers bezogen werden, z. B. die in noch vorhandenen Büchern; oder wenn dieser, sie vergegenwärtigend, das Praesens historicum braucht, z. B. wo er einen mit Entschlossenheit und gebieterisch Sprechenden darstellt. Was hier dem Erzähler vergangen ist, steht im Perfecto Coniunctivi.

Apud Ennium *dicit* ille Pythius Apollo, se esse eum, *unde* sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium *expetant*. C. Or. 1, 45. Sapientissimum esse *dicunt* eum, *cui*, *quod* opus *sit*, ipsi *veniat* in mentem; propius accedere illum, *qui* alterius bene inventis *obtemperet*. C. Cluent. 31. Marci Catonis senis est epistola ad Marcum filium, in qua *negat* ius esse, *qui* miles non *sit*, cum hoste pugnare. C. Off. 1, 11. Panaetius Africanum *solitum* ait *dicere*, *ut* equos, ferocitate exsultantes, domitoribus tradere *soleant*, *ut* his facilioribus *possint* *) uti: sic homines secundis rebus effrenatos sibique praefidentes, tamquam in girum rationis et doctrinae duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunae. Ib. 1, 26. *Consolans* filiam Ambustus bonum animum habere *iussit*: eosdem propediem domi visuram honores, *quos* apud sororem *videat* **). L. 6, 34. Hippocrates atque Epicydes Syracusas rediere, ubi *senatum adeunt*: Velle se ad Hannibalem redire. Ceterum *quum* iter tutum non *sit*, petere, *ut* praesidii *dent* aliquid, *quo* Locros in Italiam *perducantur* ***). L. 24, 23. Caesar acerbitatem inimicorum docet, qui, quod ab altero postula-

*) soleant — possint, weil dieses zu allen Zeiten Statt findet; perspicerent auf solitum dicere bezogen.

**) welche sie (jetzt eben) sehe.

***) *esset* für sit konnte auch als Zusatz des Erzählers genommen werden: da der Weg nicht sicher war; dent und perducantur bezeichnen das Dringende der Bitte.

rent, in se recusarent, atque omnia permisceri mallent, quam imperium exercitusque dimittere. Pro quibus rebus *orat et postulat*, rem publicam *suscipiant* atque una secum *administrent: sin* timore *defugiant*, illis se oneri non futurum et per se rem publicam administraturum. Caes. C. 1, 32. In Senatu plerique Scipionis *sententiam sequuntur: uti* ante certam diem Caesar exercitum *dimittat; si non faciat* †), eum adversus rem publicam facturum videri. Caes. C. 1, 2. Legationi Ariovistus *respondit: Si* quid ipsi a Caesare opus *esset*, sese ad eum venturum fuisse; *si* quid ille se *velit* ††), illum ad se venire oportere. Caes. 1, 34. Turnum *dixisse* ferunt: Nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem et filium, paucisque transigi verbis posse: *ni pareat* patri, habiturum infortunium esse. L. 1, 50.

Epicurus *dicit*, omnium rerum, *quas* ad beate vivendum sapientia *comparaverit*, nihil esse maius amicitia. C. Fin. 1, 20.

b. das Imperfectum Coniunctivi in Beziehung auf das vorhergehende, im Praeterito ausgedrückte oder doch gedachte Hauptverbum dixit, ait etc. von allen dem Redenden gleichzeitigen, oder von ihm als bevorstehend und durch Umstände bedingt gedachten Handlungen und Zuständen; von früher vollendeten, wenn sie auf des Redenden Gegenwart bezogen sind, das Plusquamperfectum; nur in Beziehung auf die Gegenwart des Redenden aber für früher vollendete und in der ihm bevorstehenden Zukunft vor andern künftigen vorausgehende das Perfectum Coniunctivi als

---

†) Als Machtgebot ausgesprochen. Dagegen: Ad ea Caesar respondit: — — Proinde, ut esset dictum, provinciis *excederent* exercitumque *dimitterent:* si id sit factum, nociturum se nemini: hanc unam atque extremam pacis esse conditionem. Caes. C. 1, 85. weil hier der Erfolg des Geforderten mehr auf den Willen der Angeredeten ankommt; cf. 1, 10. wie: Ubi hostes ad exercitum pervenerunt, orant, ut adventus Caesaris exspectetur: captam suam urbem videri: nullam exoriri moram posse, *quo minus*, quum venisset, *si* imperata non *facerent*, ad nutum e vestigio *diriperentur*. Docent, si omnino turris concidisset, non posse milites contineri, *quin* spe praedae in urbem *irrumperent* urbemque *delerent*. Caes. C. 2, 12. wo in den bezeichneten Stellen das Praesens nicht stehen könnte, obgleich das Praes. historicum vorhergeht, weil der Erfolg dieser Zustände erst durch die Ankunft Cäsars in der Zukunft bedingt ist.

††) esset nöthig seyn sollte, velit wenn er Etwas wolle, vergegenwärtigend. So: *Si* quid ab Senatu petere *vellent*, ab armis *discedant*. Sall. C. 34, 1. cf. §. 161, 8, a. si non possint. Caes. 1, 17. si conentur. Ib. 1, 8. Aehnliche Abwechslungen sind L. 6, 3. Caes. C. 1, 9. 85. extr.

solches und als Futurum exactum; und das Plusquampf. Coniunctivi von ihm bevorstehenden, in so fern er die völlige Vollendung derselben vor dem Eintritt anderer zukünftigen voraussetzt. Hiernach richten sich auch die Tempora der Bedingungssätze, §. 164, 8.

Cato *mirari se aiebat*, *quod* non *rideret* haruspex, haruspicem *quum vidisset*. C. Div. 2, 24. Eleus Hippias quum Olympiam venisset, *gloriatus est*, nihil *esse* ulla in arte rerum omnium, *quod* ipse *nesciret*; nec solum has artes, *quibus* liberales doctrinae atque ingenuae *continerentur*; sed annulum, *quem haberet*, pallium, *quo amictus*, soccos, *quibus indutus esset*, se sua manu *confecisse*. C. Or. 3, 32. cf. C. Tusc. 2, 25, 61. Socratem *solitum aiunt* dicere, perfectum sibi opus *esse*, *si* quis satis *esset concitatus* cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis; *quibus* enim id *persuasum esset*, *ut* nihil *mallent* se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem *esse* doctrinam. C. Or. 1, 47. Thales, qui sapientissimus in septem fuit, homines existimare *dixit oportere*, omnia, *quae cernerentur*, deorum esse plena; *fore* enim omnes castiores, veluti *qui* in fanis *essent* maxime religiosis. C. Leg. 2, 11. Equites venerunt, qui *nuntiarent*, superiore nocte, maxima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas, atque in litore *eiectas esse*, *quod* neque nautae gubernatoresque vim pati tempestatis *possent* *). Caes. 5, 10. Miserrima omnino ambitio est, honorumque contentio; de qua praeclare *est apud Platonem*, similiter *facere* eos, *qui* inter se *contenderent*, *uter* potius rem publicam *administraret*, ut *si* nautae *certarent*, *quis* eorum potissimum *gubernaret*. C. Off. 1, 25. Cleanthes *disputat*, aethera *esse* eum, quem homines Iovem *appellarent*, terramque eam esse, *quae* Ceres *diceretur* **). C. N. D. 1, 15. Rubrius quidam ad eum (Verrem) rem istam *defert*: Philodamum *esse* principem Lampsacenorum: eius *esse* filiam, *quae* cum patre

---

*) subsisterent, possent gleichzeitig mit eiectas esse; wie quum non possent. Caes. 1, 13, quod intelligeret, putaret. Ib. 1, 14. quos sublevarent. Ib. 1, 40. qui incolerent. Ib. 2, 4. quum opprimere posset. Tac. 15, 24. Held ad Caes. C. 5, 96. Der Deutsche braucht hier das Plusquamperfectum.

**) In disputat, wie vorher in est apud Platonem, ist das Praeteritum gedacht, wie in interpretantur — quae evenirent. C. Fin. 2, 11, 34. cf. Görenz ad C. Leg. 1, 20. fin. Fin. 3, 11, 39. 4, 6, 14. und hiernach auch: Epicurus vero tuus, quid *dicit*, *quod* philosophia dignum *esset?* C. N. D. 1, 22, 61. Im folgenden Beispiel ist defert das Praes. historicum.

habitaret, propterea *quod* virum non *haberet*, mulierem eximia pulcritudine. C. Verr. 1, 25. Marium Metellus quasi per amicitiam *monet*, *ne* tam prava *inciperet*, *neu* super fortunam animum *gereret*, postremo *caveret* id petere a populo Romano, *quod* illi iure *negaretur* *). Sall. I. 64, 2. *Solet* Roscius dicere, se, *quo* plus sibi aetatis *accederet*, eo tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores *esse facturum*. C. Orat. 1, 60.

Caesar *hortatus est* milites, *ne* ea, quae accidissent, graviter *ferrent*. Quod si esset factum detrimentum, in bonum *verteret*, uti ad Gergoviam accidisset, atque ii, qui ante dimicare timuissent, ultro se proelio *offerrent* **). Caes. C. 3, 73. Postea *demonstrandum est*, non *esse* illud eiusmodi, *ut* ob id hoc fieri *conveniret*. C. Inv. 2, 27. Ubii *orabant*, ut sibi Caesar auxilium ferret; vel, *si* id facere *prohiberetur*, exercitum modo Rhenum transportaret. Caes. 4, 16. Divico ita cum Caesare agit: *Si* pacem populus Romanus cum Helvetiis *faceret*, in eam partem *ituros* atque ibi *futuros* Helvetios, ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset: *sin* bello persequi *perseveraret*, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Id. 1, 13. Mihi Cn. Pompeius hoc tribuit, ut *diceret*, frustra se triumphum tertium *deportaturum fuisse*, nisi meo in rem publicam beneficio, *ubi triumpharet*, *esset habiturus*. C. Off. 1, 22. Ariovistus *respondit*, Aeduis se iniuria bellum *illaturum non esse*, *si* in eo *manerent*, quod convenisset, stipendiumque quotannis *penderent*: *si* id non *fecissent* †), longe iis fraternum nomen populi Romani *afuturum*. Caes. 1, 36.

Licinius, *sentire* plebem, *aiebat*, praedae fructum ex eo bello, *in quo* prope *consenuerint*. L. 5, 20. De Alcibiade *praedicarunt*, *postquam* Athenis expulsus Thebas *venerit* ††), adeo studiis eorum *inservisse*, ut nemo eum labore

---

*) monet als Praes. hist.; negaretur von der Zukunft, wie im folg. Beispiel accederet.

**) ferrent, verteret, offerrent als Wunsch ausgesprochen, in der Gegenwart der Vergangenheit, §. 182, 1. Conveniret im folg. Beispiel drückt bedingte Zukunft aus: daß es passen würde.

†) manerent, gleichzeitig; fecissent, in so fern die Bedingung erfüllt seyn muß, wenn das Bedingte erfolgen soll, cf. Caes. 7, 17. Held ad Caes. C. 1, 10.

††) venerit, denn in Orat. directa würde es heißen: postquam venit — inserviit. So in den vorhergehenden Beispielen; auch quem delegerit. L. 8, 33, 16. quoniam detulerint. Caes. C. 1, 9. Athenis lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam *quod* decem homines *effecerint* triduo. C. Leg. 2, 26.

corporisque viribus posset aequiparare. N. 7, 11. Principes Aeduorum, non *dubitare* se, dicebant, *quin, si* Helvetios *superaverint* Romani, una cum reliqua Gallia Aeduis libertatem *sint erepturi*. Caes. 1, 17. Ariovistus *dixit*, *debere* se suspicari, simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. Qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum: quod *si* eum *interfecerit* †), multis sese nobilibus principibusque populi Romani gratum *esse facturum*; id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere, quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. Quod *si decessisset* ac liberam possessionen Galliae sibi *tradidisset*, magno se illum praemio remuneraturum et, quaecunque bella geri vellet, sine ullo eius labore et periculo *confecturum*. Caes. 1, 44.

2. Den *Indicativus* braucht der Erzähler in allen Nebensätzen, deren Inhalt er nicht als Gedanken, sondern als Thatsache darstellen will, nämlich a. bei eignen Bemerkungen und Erläuterungen, die er zur Belehrung seiner Leser einschaltet; b. bei Umschreibungen einzelner Begriffe und bei summarischer Angabe der Rede eines Andern; c. bei solchen Sätzen, die zwar als Meinung des Redenden zu nehmen sind, worin er aber zugleich wirk-

---

†) Drei verschiedne Tempora in Nebensätzen der Orat. obliqua von der Zukunft gebraucht und auf die Gegenwart des redenden Ariovistus bezogen: nisi decedat versinnlicht diese Gegenwart; es ist dieses des Ariovistus Wille und Gebot; si interfecerit, hier als Perfectum Coniunctivi, welches in Oratione directa das Fut. exactum (si te interfecero) seyn würde, bezeichnet hier ein in der Zukunft bevorstehendes Factum, bloß als Factum betrachtet und in so fern auf dasselbe gewisse, aber sicher zu erwartende Ereignisse folgen werden, §. 164, 7. si decessisset zwar auch ein bevorstehendes Factum, aber als Bedingung ausgesprochen, die erst völlig erfüllt seyn müsse, wenn der Folgesatz Statt finden solle, §. 164, 9, b. es kommt also hier auf die völlige Vollendung einer künftigen Handlung vor dem Eintritt einer andern an. So: Fabius obtestatus milites est: Etiam invidiam, tanquam ignem, summa petere, *si* se simul cum gloria rei gestae *exstinxisset*, tunc victorem, *quicquid licuerit* in magistro equitum, in militibus *ausurum*. L. 8, 31. si fecisset. L. 8, 34, 7. si pollicitus esset. L. 24, 22, 10. hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: si id *fecerint*, postea sese in regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos. Sall. I. 56, 4. se ea facturum, quae *imperaverit*. Hirt. B. G. 8, 48. extr. Caes. C. 1, 15. 20. extr. quae *imperasset*, sese facturos. Caes. 4, 27. C. 3, 6. cohortatus, ut ea, quae *imperasset*, diligenter administrarent. Caes. 7, 60. — Posset. vellet erinnern an die Person des Erzählers, der diese Tempora von seiner Gegenwart aus beurtheilt.

liche Thatsachen als solche bezeichnet, und daher auch ihr Tempus von seiner Gegenwart aus bestimmt; d. wenn der Conjunctivus dem Ausdruck des Redenden einen andern Sinn geben, oder die lebhaftere Vorstellung desselben in der Seele des Lesers schwächen würde.

a. Caesari nuntiatur, Sulmonenses, *quod oppidum* a Corfinio septem millium intervallo *abest*, cupere ea facere, quae vellet, sed a Q. Lucretio senatore et Attio Peligno prohiberi, *qui* id oppidum septem cohortium praesidio *tenebant*. Caes. C. 1, 18. Iuris interpretes contendunt, tribunos vetere iureiurando plebis, *quum* primum eam potestatem *creavit*, sacrosanctos esse. L. 3, 55. Atticum ipsum vere gloriantem audivi, se numquam cum sorore fuisse in simultate, *quam* prope aequalem *habebat*. N. 25, 17. cf. Liv. 34, 58, 5. Caes. 1, 18.

b. Consul legatis, tribunis, praefectis sociorum imperat, *quod* apud quemque facto *opus est*. L. 10, 35. Servi duo ad Praetorem urbis venerunt, atque ordine omnia, *quae* acta futuraque *erant*, exposuerunt. L. 32, 26. Varro, cognitis iis rebus, *quae sunt gestae* in citeriore Hispania, parabat bellum. Caes. C. 1, 22. 2, 18. cf. Ib. 17. 3, 5. pr.

c. Recte praecipere videntur, qui monent, ut, *quanto* superiores *sumus*, tanto nos geramus submissius. C. Off. 1, 26. Caesar per exploratores certior factus est, ex ea parte vici, *quam* Gallis *concesserat* *), omnes noctu discessisse, montesque, qui impenderent, a maxima multitudine teneri. Caes. 3, 2. C. Mario per hostias Dîs supplicante, magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde, *quae* animo *agitabat*, fretus dîs ageret. Sall. I. 63. Caesari exploratores missi referunt, apud Suevos silvam esse infinita magnitudine, *quae appellatur Bacenis*. Caes. 6, 10. Karthaginiensium legatis Scipio leges pacis se has dicere ait: Hispania abstineant; insulis omnibus, *quae* inter Italiam et Africam *sunt*, decedant. L. 30, 16. Placet Stoicis, eos anhelitus terrae, *qui* frigidi *sunt*, quum fluere coeperint, ventos esse. C. Div. 2, 19. Decretum fit, uti decem legati regnum, *quod* Micipsa *obtinuerat* **), inter Iugurtham et Adherbalem dividerent. Sall. I. 16. Xerxem literis certiorem feci, id agi, ut pons, *quem* in Hellesponto *fecerat*, dissolveretur. N. 2, 9. cf. 2, 5. Antiochi legatus, id auditu etiam dicere, indignum esse, Thraciae et Chersonesi urbibus arceri Antiochum; quae Seleucus, proavus eius,

*) Man bemerke hier den Unterschied zwischen concesserat und impenderent.

**) cf. Sall. C. 50, 3. I. 106, 3.

parta reliquerit, pari cum laude partim armis receperit Antiochus; partim, *quae strata*-ruinis atque incendiis *erant*, ingentibus impensis aedificaverit. L. 34, 58. Olympias petiit ab Eumene, quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, *qui* in officio *manebant* [1]), misisse literas, uti ei parerent. N. 18, 6. Perseus cohortatus est milites ad bellum: Omnia, *quae* regia cura praeparanda *fuerant* †), plena cumulataque habere Macedonas. animum habendum esse, quem habuerint maiores eorum. L. 42, 52.

d. Alesienses constituunt, ut, *qui* valetudine aut aetate inutiles *sunt* ††) bello, oppido excedant. Caes. 7, 78. Tiberius Gallo exprobrabat, quod incerto auctore, ante sententiam collegii, non, *ut assolet*, lecto per magistros aestimatoque carmine (Sibyllino), apud infrequentem senatum egisset. Tac. 6, 12. Decurritur ad illud extremum atque ultimum Senatus consultum, Dent operam consules, praetores, tribuni plebis, *quique* consulares *sunt* †††) ad urbem, ne quid res publica detrimenti capiat. Caes. C. 1, 5. Augusto crimini dabant proscriptionem civium, divisiones agrorum, ne ipsis quidem, *qui cepere* *), laudatas. Tac. 1, 10. Missi ad Porsenam legati a senatu, eam esse, dixerunt, voluntatem omnium, ut, *qui* libertati *erit* **) in illa urbe finis, idem urbi sit. L. 2, 15.

Fuere, qui prodita coniuratione hortarentur Pisonem, studia militum et populi tentare. Quanto laudabilius periturum, *dum amplectitur* rem publicam, *dum* auxilia libertati *invocat* ***). Tac. 15, 59. Menenius Agrippa narrasse fertur: Tempore, *quo* in homine non, ut nunc, omnia in unum *con*-

---

1) die wirklich treu blieben; manerent könnte auch bedeuten: treu bleiben würden.

†) So L. 23, 44, 1. 30, 19, 9. §. 166, 2, c. Not.

††) So legionibus, quae *sunt* apud eum. Caes. 5, 11. cf. Sall. I. 38, 9.

†††) Formula sollemnis, wie in eo agro, *de quo agitur*, militasse — agrum, *de quo ambigitur*, finium Coriolanorum fuisse. L. 3, 71. cf. L. 8, 10, 12. Daher auch: quod ad Karthaginienses *attinet*. L. 23, 25, 3.

*) cepere, weil sie die Aecker noch jetzt, zur Zeit des Sprechenden besaßen, was ceperint nicht ausdrückte; wie eis, qui ad se perfugerunt. L. 24, 33, 6.

**) quando ultioni *consultum est*. Tac. 2, 26. cetera, quae levia *sunt*. Sall. I. 54, pr. ut coniectura *demonstrat*. Tac. 16, 1.

***) So dum *trahunt*. L. 2, 57, 3. dum *deligatur*. L. 26, 16, 2. dum *respiciunt*. Tac. 13, 15. dum *fovet*. Id. H. 3, 38. cf. Ib. 1, 33. 3, 70. postquam *comperit*. N. 4, 5, 3. Anders steht dum *foveant*. Ib. 4, 17. extr.

sentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo *fuerat*, indignatas reliquas partes, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri. L. 2, 32. Audiente utroque exercitu loquitur Afranius: Non esse aut ipsis, aut militibus succensendum, *quod* fidem erga Imperatorem suum Cn. Pompeium conservare *voluerunt* †). Caes. C. 1, 84.

b. Nolite, si orationem Milonis stabilem *ac non mutatam* videtis, hoc minus ei parcere. C. Mil. 34. Pluribus verbis ad te scriberem, si res verba desideraret, *ac non* pro se ipsa loqueretur. C. Fam. 3, 2. cf. C. Verr. 3, 30, 72. Phil. 2, 15, 38. Or. 2, 80, 328. Sed quid ego plura de Gavio? quasi tu Gavio tum fueris infestus, *ac non* nomini, generi, iuri civium hostis. C. Verr. 5, 66. cf. 1, 56, 148. Caes. 7, 38. Tac. H. 1, 40. Manlius dictator, perinde ac rei publicae gerendae, *ac non* solvendae religione creatus esset, bellum Hernicum affectans, delectu acerbo iuventutem agitavit. L. 7, 3. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te exspectare tempus, tibi turpe est, *ac non* ei rei sapientia tua te occurrere. C. Fam. 4, 6. Quis Catilinam senator ita aspexit, ut perditum civem, *ac non potius* ut importunissimum hostem? C. Cat. 2, 6.

c. Disputo de iure populi, qui solet nonnunquam dignos praeterire; *nec*, si a populo praeteritus est, quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est, qui praeteritus non est. C. Planc. 3. Dissimillimi inter se sunt Zeuxis, Aglaöphon, Apelles: *neque eorum quisquam* est, cui quidquam in arte sua deesse videatur. C. Or. 3, 7. cf. Caes. 7, 76. Quidam omnia se simulant scire, *nec quidquam* sciunt. Plaut. Trin. 1, 2, 168. Insidiis cognitis, Datames desciscere a rege constituit. *Neque* tamen *quidquam* fecit, quod fide sua esset indignum. N. 14, 5. Impedit consilium voluptas, *nec* habet *ullum* cum virtute commercium. C. Sen. 12. Virtus splendet per se semper, *neque* alienis *unquam* sordibus obsolescit. C. Sext. 28. Ratio et oratio conciliat inter se homines. *Neque ulla* re longius absumus a natura ferarum. C. Off. 1, 16. Iugurtha timebat populum Romanum, *neque* adversus iram eius *usquam*, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua, spem habebat. Sall. I. 13. Nemo in convivio Attici aliud acroama audivit, quam anagnosten; quod nos iucundissimum arbitramur. *Neque unquam* sine aliqua lectione apud eum coenatum est. N. 25, 14. Epicurus *negat* opus esse ratione, *neque* *) disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit. C. Fin. 1, 9. Staberius obsides ab Apolloniatibus exigere coepit. Illi vero daturos se *negare*; *neque* portas Consuli praeclusuros. Caes. C. 3, 12. Nostri graece fere *nesciunt*, *nec* **) Graeci latine. C. Tusc. 5, 40.

---

*) auch nicht; oder: Epikurus sagt, es sey weder — noch.
**) aber auch die Griechen verstehen kein Latein.

8. *Nec non, neque non* und doch, §. 173, 3, b. steht in Bezug auf eine andre Negation auch am Anfange eines Satzes. In der Bedeutung ingleichen, auch, kommt es selten, und außer Varro nur bei Ovidius und Spätern vor.

Nemo Attico minus fuit aedificator. *Neque* tamen *non* imprimis bene habitavit. N. 25, 13. *Neque* tristius dicere quidquam debeo hac de re, *neque non* me tamen mordet aliquid. C. Fam. 3, 12. Epicurus, ut opinor, *nec non* vult, si possit, plane et aperte loqui: *nec* de re obscura, ut physici; aut artificiosa, ut mathematici; sed de illustri et facili loquitur. C. Fin. 2, 5. Sidera ipsa sua sponte moventur. *Nec* vero Aristoteles *non* laudandus in eo, quod omnia, quae moventur, aut natura moveri censuit, aut vi, aut voluntate. C. N. D. 2, 16. cf. C. Mil. 52. pr.

Saepe, ubi conditum novum vinum, orcae ut in Hispania fervore musti ruptae, *nec non* dolia ut in Italia. Varr. R. R. 1, 13, 6. cf. 1, 35. fin. 2, 1, 22. 2, 2, §. 14. Sicilia ventorum tota ferme flatibus patet; *nec non* et ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia. Ib. 4, 1. cf. Colum. 9, 1, 4. Glandes opes esse multarum gentium constat. *Nec non* et inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturque in panis usum. P. 16, 5. pr. cf. 6, 28. pr. 16, 7. extr. Iustin. 4, 1. 6, 3. Q. 3, 7, 19. Iuvenal. 3, 204. Ruhnk. ad Vell. 2, 93, 2.

Not. *Nec* und *neque* wurden in der ältern Latinität auch gebraucht, wo man eher non erwartete, welches sich in den Ausdrücken nec opinans, nec opinatus, nec invitus, nec obediens erhielt und im silbernen Alter gewöhnlich wurde. Cf. Drak. ad L. 3, 22, 7.

Sacrum commissum, quod *neque* expiari poterit, impie commissum esto; quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto. C. Leg. 2, 9. Multis sensi mirabile videri, desertae disciplinae patrocinium *nec opinatum* a nobis esse susceptum. C. N. D. 1, 3. Ego huc declinabam *nec invitus*. C. Leg. 1, 21. Magistratus *nec obedientem* et noxium civem multa, vinclis, verberibusve coerceto. Ib. 3, 3. Horatius prius, quam alter, qui *nec* procul aberat, consequi posset, alterum Curiatium conficit. L. 1, 25.

Eben so brauchte man *nec* für ne und et ne: Nunc victi, tristes quoniam Fors omnia versat, hos illi, quod *nec* vortat bene, mittimus haedos. V. Ecl. 9, 5. Tu, procul a patria, (*nec* sit mihi credere!) tantum! Ib. 10, 46. De carminibus Sibyllae sanxit Augustus, quem intra diem ad Praetorem urbanum deferrentur, *neque* habere privatim liceret. Tac. 6, 12.

9. Bei Eintheilungssätzen stehen mit dem oben angegebenen Unterschiede *et — et*, seltner *que — que* sowohl — als auch; nicht nur — sondern auch; theils — theils, wenn die,

wie Theile eines Ganzen sich verhaltenden Sätze einander gleich; *et* — *que*, wenn sie einander ungleich sind und der letzte mehr als Anhängsel zu betrachten ist; selten *que* — *et*. Eben so heißt *nec* — *nec*, *neque* — *neque* und *nec* — *neque*, *neque* — *nec* weder — noch; nicht nur nicht — sondern auch nicht; ferner *neque* (*nec*) — *et* nicht nur nicht — sondern auch, oder: nicht — auch; *et* — *nec* (*neque*) nicht nur — sondern auch nicht. Bei *neque* — *que* ist neque so viel, als et non.

a. Sapiens *et* praeterita grate meminit, *et* praesentibus ita potitur *), ut animadvertat, quanta sint ea, quamque iucunda. C. Fin. 1, 19. *Et* monere, *et* moneri proprium est verae amicitiae. C. Lael. 25. Manlius *et* semper me coluit, diligentissimeque **) observavit, *et* a studiis nostris non abhorret. C. Fam. 13, 22. Veneti *et* naves habent plurimas, *et* scientia atque usu nauticarum rerum reliquos antecedunt. Caes. 3, 8. Exemplorum *et* nostra est plena res publica, *et* omnia regna, omnesque populi, cunctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse. C. Leg. 2, 13. — Mihi *quique* optime dicunt, *quique* ***) id facillime atque ornatissime facere possunt, nisi timide ad dicendum accedunt, paene impudentes videntur. C. Or. 1, 26. Maiores nostri duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate *seque remque* publicam curabant. Sall. C. 9, 3. cf. Cort. h. l. Bremi ad C. Fin. 1, 16.

Zeno officia *et* servata, praetermissa*que*, media putabat. C. Acad. 1, 10. Hortensius erat memor *et* quae essent dicta contra, quae*que* ipse dixisset. C. Brut. 88. cf. C. Fam. 14, 7. pr. Primae classi arma imperata, galea, clipeum, ocreae, lorica; haec ut tegumenta corporis essent. tela in hostem, hasta*que* *et* †) gladius. L. 1, 43.

b. *Nec* saepe, *nec* diu eadem occasio erit. L. 32, 21. Atticus mendacium *neque* dicebat, *neque* pati poterat. N. 25, 15. Iure Romano *neque* mutare civitatem quisquam invitus potest, *neque*, si velit, mutare non potest. C. Balb. 11. Sine

---

*) Beide Sätze hier als neben einander bestehende Eigenschaften betrachtet, die zum Ganzen, zum Wesen des Weisen, gehören.

**) que bezeichnet hier einen, der größern Abtheilung mit et untergeordneten Satz.

***) So quaeque — quaeque — quaeque. C. Fin. 5, 21, fin. V. Georg. 2, 185 sqq. Dichter pflegen dieses que zu häufen, z. B. Per me quod erit*que*, fuit*que*, est*que*, patet. O. Met. 1, 517.

†) So bei Livius und Dichtern häufig; bei Cicero nirgends. Cf. Drak. ad L. 10, 30, 2. Tac. H. 4, 2. Agr. 18. med.

imperio *nec* domus ulla, *nec* civitas, *nec* gens, *nec* hominum universum genus stare, *nec* rerum natura omnis, *nec* ipse mundus potest. C. Leg. 3, 1. *Neque* irasci Iupiter solet, *nec* †) nocere. C. Off. 3, 29. Virtus *nec* eripi, *nec* surripi potest unquam: *neque* naufragio, *neque* incendio amittitur: *nec* tempestatum, *nec* temporum perturbatione mutatur. C. Parad. 6, 3. Aristoteles bonum esse divitias fatebatur: sed *neque* magnum bonum, et prae rectis honestisque contemnendum ac despiciendum ††), *nec* magnopere expetendum. C. Fin. 4, 26. Caesar, evocatis undique ad se mercatoribus, *neque* quanta esset Britanniae magnitudo, *neque* quae aut quantae nationes incolerent, *neque* quem usum belli haberent aut quibus institutis uterentur, *neque* qui essent ad maiorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat. Caes. 4, 20. Assiduitate quotidiana et consuetudine oculorum assuescunt animi, *neque* *) admirantur, *neque* requirunt rationes earum rerum, quas semper vident. C. N. D. 2, 38.

c. Voluptates agricolarum *nec* ulla impediuntur senectute, *et* mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. C. Sen. 15. cf. C. Brut. 25, 97. 64, 228. Inv. 2, 22, 67. Or. 1, 39, 179. 2, 7, 28. Or. 2, 6. Passow ad Tac. G. 2. Animal nullum inveniri potest, quod *neque* natum unquam sit, *et* semper sit futurum. C. N. D. 3, 13. Galli consilium ceperunt ex Avarico profugere, propterea quod *neque* longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, *et* palus perpetua, quae intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. Caes. 7, 26. Intelligitis, Pompeio *et* animum praesto fuisse, *nec* consilium defuisse. C. Phil. 13, 6. Vitia erunt, donec homines: sed *neque* haec continua, *et* meliorum interventu pensantur. Tac. H. 4, 74. Perficiam, ut *neque* bonus quisquam intereat, paucorum*que* poena vos omnes iam salvi esse possitis. C. Cat. 2, 13. cf. Caes. C. 3, 28. 74. Spinosae herbae *neque* dant flammas, leni*que* **) tepore cremantur. O. Met. 2, 811. Dagegen: Naturam Oceani atque aestus *neque* quaerere huius operis est, *ac* multi retulere. Tac. Agr. 10.

---

†) Horatius braucht wenigstens in den Oden und Epoden regelmäßig neque — nec, oder nec — neque; bei Virgilius kommen diese Verbindungen ebenfalls öfter vor, aber auch nec — nec selbst da, wo das Metrum dem Anscheine nach Abwechselung gestattet hätte. Cf. Garat. ad C. Pis. 22. init. p. 356. Drak. ad L. 9, 9, 14.

††) Solche Eintheilungssätze können mehrere Glieder haben, die durch andre Conjunctionen verbunden werden. Diese letztern behalten, wenn sie einzeln stehen, ihre positive Bedeutung.

*) und weder — noch.

**) geben keine Flammen, sondern.

Not. 1. Ein negativer Begriff hebt die folgenden negativen Eintheilungssätze nicht auf, sondern verstärkt ihre Negationen, cf. Heus. ad C. Off. 1, 20, 1. Drak. ad L. 3, 26, 6. 34, 1, 5. Geht hingegen solchen negativen Eintheilungssätzen *nec* voraus, so werden sie mit *vel* — *vel*, *aut* — *aut* unterschieden.

Themistocles *non* vidit *nec* quomodo Lacedaemoniorum, *nec* quomodo suorum civium invidiam effugeret, *nec* quid Artaxerxi polliceretur. C. Att. 10, 8. *Nullius* rei (Atticus) *neque* praes, *neque* manceps factus est. N. 25, 6. cf. C. Planc. 32, 77. Schwarz ad P. Pan. 3. p. 579. *Nihil* est tam tenerum, *neque* tam flexibile, *neque* quod tam facile sequatur, quocunque ducas, quam oratio. C. Or. 3, 45. *Nihil* unquam *neque* insolens, *neque* gloriosum ex ore Timoleontis exiit. N. 20, 4. cf. C. Fam. 7, 7. *Nusquam nec* opera sine emolumento, *nec* emolumentum ferme sine impensa opera est. L. 5, 4. *Nemo* unquam *neque* poeta, *neque* orator fuit, qui quemque meliorem, quam se arbitraretur. C. Att. 14, 20. cf. C. Fam. 1, 9, 73. Galli non omnes, qui arma ferre possent, convocandos statuunt, sed certum numerum cuique civitati imperandum, *ne*, tanta multitudine confusa, *nec* moderari, *nec* discernere suos, *nec* frumentandi rationem habere possent. Caes. 7, 75. Caesar *negat neque* honestius, *neque* tutius mihi quidquam esse, quam ab omni contentione abesse. C. Att. 10, 9. cf. C. Inv. 1, 35, 60. 2, 30, 91. L. 1, 36, 3. 26, 13, 3. *Nescis nec* in pace, *nec* in bello vivere. Cic. *Nec* quomodo visurus, *nec* ubi dimissurus sim, *nescio*. C. Att. 3, 7. Tribuni tantum licentiae sumserunt, ut vobis *negent* potestatem liberam suffragii, *non* in comitiis, *non* in legibus iubendis se permissuros esse. L. 6, 40.

Nec mehercule aliter vidi existimare *vel* Cn. Pompeium, quem omnibus, qui unquam fuerunt, *vel* P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. C. Fam. 3, 7, 15. *Neque* enim nobis aut locorum eadem notitia, *aut* commeatuum eadem abundantia, sed manus et arma, et in his omnia. Tac. Agr. 33.

Not. 2. Bei solchen negativen Eintheilungssätzen kann das erste *neque* fehlen, wenn sie nicht als Opposita einander gegenüber stehen, und entweder ein negatives Wort vorausgeht, vgl. oben 7. oder nach dem zweiten Gliede das beiden gemeinschaftliche Prädicat folgt.

Tu te *negas* infracto remo, *neque* columbae collo commoveri. C. Acad. 2, 25. Tu nunc, Catule, lucere *nescis*; *nec* tu, Hortensi, in tua villa nos esse. Ibid. 2, 47.

In Faliscis et in Capenate agro praedae actae, incendiisque villarum ac frugum vastati fines: oppida oppugnata, *nec* obsessa sunt. L. 5, 12. i. e. nec oppugnata, *nec* —. Pompeius eo proelio Imperator est appellatus, atque ita se postea salutari passus est; sed in literis, quas scribere est solitus, *neque* in fascibus insignia laureae praetulit. Caes. C. 3, 71. cf. Held h. l. selten.

*) In negativen Gliedern disjunctiver und adversativer Vordersätze folgt *neque* der allgemeinen Regel, verliert aber bei den letztern im Deutschen seine negative Bedeutung: Gorgias *aut non* est victus unquam a Socrate, *neque* sermo ille Platonis verus est: *aut*, si est victus, eloquentior videlicet fuit, et disertior Socrates. C. Or. 3, 32. — *Non solum* acuenda nobis *neque* procudenda lingua est, *sed* onerandum complendum-

que pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate. Ibid. 3, 50. nicht allein — und.

Not. 3. Von zwei Eintheilungssätzen fällt das erste Glied weg, theils der Form nach, wenn es als Oppositum im Vorhergehenden nur in einer andern Verbindung gegeben ist, wie in non modo, sed; theils ganz, wenn das zweite Glied als hervorragender specieller Begriff die Anführung der übrigen derselben Gattung überflüssig macht. In beiden Fällen bedeutet *et* auch, sogar; *nec* auch nicht, nicht einmal.

a. Opinio *non modo* Romae, *sed et* apud exteras nationes omnium sermone percrebuit, his indiciis pecuniosum hominem, quamvis sit nocens, neminem posse damnari. C. Verr. A. 1, 1. i. e. et Romae, *et* —. cf. Nep. 8, 1. fin. Ipse Fabius erat medius cum legionibus Romanis. inde signum observari iussit, ut pariter *et* socii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinisset. L. 5, 22. i. e. ut et legiones et socii. Iam tum mihi non placebas, quum idem intuebare, quod *et* Titius, familiaris meus. C. Fam. 7, 12. i. e. *et* tu et Titius. Pueri certe in Formiano videntur hiematuri: num *et* *) ego, nescio. C. Att. 7, 26. Caesar adventare, iam iamque *et* adesse eius equites falso nuntiabantur. Caes. C. 1, 14. i. e. et adventare, et adesse. Oracula habenda sunt, quae instinctu divino afflatuque funduntur: etsi ipsa sors contemnenda non est, si *et* **) auctoritatem habet vetustatis. C. Div. 1, 18. Reperiemus, quibus persuadeamus, Verrem alieno nomine a quaestoribus urbanis pecuniam abstulisse. Erunt, qui *et* in eo quoque audaciam eius reprehendant, quod aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti decumani detraxerit. C. Verr. 1, 4. i. et in ceteris, *et in eo* —. Helvetii audacius subsistere, nonnunquam *et* novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caes. 1, 15.

*) *Hodieque* auch heut zu Tage, heute noch, in der Mitte des Satzes, kommt nur bei spätern Schriftstellern vor. Vires veteres multarum urbium *hodieque* magnitudo ostentat moenium. Vell. 1, 4. cf. P. 2, 58. extr. Gronov wollte es in der Stelle: ut *hodie* stet Asia. C. Acad. 2, 1, 3. und statt hodie quoque, Liv. 1, 26. extr. 5, 27, 1. ohne Auctorität herstellen.

b. *Nemo*, *non modo* Romae, *sed nec* ullo in angulo totius Italiae, oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus (Catilina) asciverit. C. Cat. 5, 4. extr. i. e. nec Romae, nec ullo —. Si Zenonem sequare: magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum et simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi. quod bonum quale sit, se *negat* omnino Epicurus sine voluptatibus, sensum moventibus, *nec* †) suspicari. C. Acad. 1, 2. Esse aliquos manes et

---

*) In *et* ego ist pueri als erstes Glied gedacht.

**) i. e. si *et* oraculi loco habetur et —, cf. Hotting. ad C. Div. 1, 55. p. 154. sq. Orell. ad C. Planc. 35. p. 203. sq. Bei Cicero ist diese Construction überhaupt selten und in den meisten Stellen die Lesart nicht sicher, z. B. C. Deiot. 10. extr.

†) i. e. nec intelligere (als Oppositum im Vorhergehenden liegend), nec suspicari. So: Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere. Nam Civilis, si maioribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset, ca-

subterranea regna *nec* pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur, sed tu vera puta. Iuvenal. 2, 152. i. e. nec adulti, nec pueri. Quid est inventio? profecto id, quo *nec* in deo quidquam maius intelligi potest. C. Tusc. 1, 26. i. e. nec in ullo alio, *nec*. Non potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem. nam *nec* vir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. C. Fin. 2, 22. Laelius veniebat ad coenam, ut animo quieto satiaret desideria naturae. Non igitur *nec* lapathi suavitatem acipenseri Gallonii anteponebat, sed suavitatem ipsam negligebat. Ib. 2, 8. cf. Görenz h. l.

Not. 4. *Etiam* (von et-iam) und noch dazu, wird gebraucht, wo zu dem bereits Angegebenen etwas Neues und Stärkeres, *quoque* (quo-que) und eben so auch, wenn etwas Aehnliches hinzugefügt wird. So auch wenn sie in der Mitte des Satzes als Adverbia stehen; daher *etiam* beim Comparativ, §. 154, B, c.

Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis *etiam* fuit. C. Brut. 83. Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et *etiam* gratia. C. Fam. 9, 25. extr. Procuratores scripserunt, te propter multitudinem negotiorum *etiam atque etiam* esse commonefaciendum. Ib. 13, 72. *Etiam atque etiam* vale. Ib. 16, 14. recht sehr. *Etiam* tu hinc abis? T. Phorm. 5, 6, 9. *Etiam* taces? Ib. 4, 2, 11. willst du gleich fort? — schweigen? Atticus non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, quum suspiciones *quoque* vitaret criminum. N. 25, 6.

II. **Disjunctive Sätze**, das ist solche, die einander so entgegen gesetzt sind, daß wechselnd das Stattfinden des einen das des andern aufhebt *), werden 189

A. **ohne Partikeln** mit einander verbunden, wenn ihre grammatische Form und der Zusammenhang diese Bedeutung unterstützt.

Albani, prae metu obliti, *quid relinquerent, quid secum ferrent*, deficiente consilio, domos suas pervagabantur. L. 1, 29. Qui ab A. Postumio, Q. Fulvio Censoribus, postve ea *fecit, fecerit*. C. Verr. 1, 41. *Quidquid maleficii, sceleris, caedis* erit, proprium id Rosciorum esse debebit. C. S. Rosc. 42. Canibus pigris scabieque vetusta levibus nomen erit *pardus, tigris, leo, siquid adhuc est*, quod fremat in terris violentius. Iuvenal. 8, 34. Libero sum iudicio, nulla astrictus eiusmodi necessitate, ut mihi, *velim, nolim*, sit certa quaedam tuenda sententia. C. N. D. 1, 7. Omnium versatur urna

---

straque perrupta excidisset. Vocula *nec* adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victusque. Tac. H. 4, 34. i. e. nec id ipsum fecit, *nec* —.

*) Omnia, quae *disiunguntur*, pugnantia esse inter se oportet: eorumque opposita (ἀντικείμενα Graeci dicunt,) ea quoque ipsa inter sese adversa esse: ex omnibus, quae disiunguntur, unum esse verum debet, falsa cetera. Gell. 16, 8. a med.

serius ocius sors exitura. H. Carm. 2, 3, 26. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque aequum sciunt? *Melius, peius; prosit, obsit*: nihil vident, nisi quod lubet. T. Heaut. 4, 1, 29. Est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque: sed quadringentis *sex septem millia* desint; plebs eris. H. Ep. 1, 1, 57.

B. mit Partikeln:

1. Bloß verbindend wird für oder *aut* gebraucht, wenn der eine Satz den andern gänzlich, *vel*, wenn er ihn zum Theil, *ve*, wenn er ihn so ausschließt, daß er eben so gut Statt finden kann, als nicht; *sive* oder *seu* deutet dieses wechselnde Stattfinden bedingungsweise, *neve* oder *neu* oder nicht, und nicht, in Sätzen, die eine Absicht ausdrücken, negativ an.

Tibi ego, *aut* *) tu mihi servus es? Plaut. Bacch. 1, 2, 54. Audendum est aliquid universis, *aut* omnia singulis patienda. L. 6, 18. Manet insontem gravis exitus: *aut* **) ego veri vana feror. V. Aen. 10, 630. — De nostris rebus satis, *vel* ***) etiam nimium multa. C. Fam. 4, 14. Venit Epicurus, homo minime malus, *vel* potius vir optimus. C. Tusc. 2, 19. Mihi placebat Pomponius maxime, *vel* dicam, minime displicebat. C. Brut. 57. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: *vel* †), si sentiunt, se mori malunt, quam tantum modo de dignitatis gradu demoveri. C. Tusc. 2, 24. — Esse ea dico, quae cerni tangi*ve* ††) possunt. C. Top. 5. Non satis est iudicare, quid faciendum, non faciendum*ve* sit: sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum. C. Fin. 1, 14, 47. cf. 2, 13, 38. Tros Rutulus*ve* fuat, nullo discrimine habebo. V. Aen. 10, 108. Si quam legem, de actis Caesaris confirmandis, de*ve* dictatura in perpetuum tollenda, de*ve* †††) coloniis in agros de-

---

*) nämlich, bin ich dein Sclav, so kannst du nicht der meinige seyn, und umgekehrt, bist du der meinige, ich nicht der deinige.

**) oder ich irre mich ganz; hier aut statt des schwächern nisi.

***) satis multa wird durch nimium multa nicht aufgehoben; vel gibt nur den berichtigenden Zusatz, wie vel potius, vel dicam. Cf. Görenz ad C. Acad. 2, 36, 116. Umgekehrt kann auch der Satz mit vel etwas Geringeres andeuten, als der vorhergehende.

†) nur mit folgendem si konnte hier vel stehen; denn so stehen non sentiunt — sentiunt nicht einander gerade entgegen.

††) entweder das Eine, oder das Andere, oder auch Beides zusammen kann hier Statt finden; daher auch Consules alter ambo*ve* rationem agri habeant. C. Phil. 5, 19. der Eine oder der Andere, oder auch Beide zusammen.

†††) So post*ve* ea. C. Verr. 1, 41. extr. L. 39, 3, 5. Propraetoribus Pro*ve* consulibus. Tac. 15, 22.

ducendis, tulisse M. Antonius dicitur; easdem leges de integro, ut populum teneant, salvis auspiciis ferri placet. C. Phil. 5, 4. — Si nocte, *sive* luce, si servus, *sive* liber faxit sacrum, probe factum esto. L. 22, 10. Dasne hoc nobis, Pomponi, ratione, potestate, mente, numine, *sive* *) quod est aliud verbum, quo planius significem, quod volo, naturam omnem regi? C. Leg. 1, 7. Apud Germanos suam quisque domum spatio circumdat, *sive* adversus casus ignis remedium, *sive* inscitia aedificandi. Tac. G. 16. Ascanius Lavinium urbem matri *seu* **) novercae reliquit. L. 1, 3. — Thrasybūlus legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur, *neve* ***) multaretur. N. 8, 3. Aedilibus datum est negotium, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani dii, *neu* quo alio more, quam patrio, colerentur. L. 4. 30. cf. Drak. ad L. 2, 15, 2. 34, 35, 7. 9. Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent, *neve* se loco moverent. Caes. C. 3, 92. cf. Drak. ad L. 33, 46, 7. Caesar munitiones contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magna quidem multitudine praesidia circumfundi possent: *neu* cum periculo ex castris egredi cogantur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes convectum iubet. Caes. 7, 74. und damit nicht, cf. Drak. ad L. 2, 15, 2.

2. Eintheilend stehen *aut* — *aut* entweder — oder, wenn solche Sätze nicht nur einander selbst, sondern auch alle übrigen Fälle der Art ausschließen; *vel* — *vel* entweder — oder, theils — theils, wenn sie einander nur zum Theil aufheben; *ve* — *ve* brauchen nur Dichter; *sive* — *sive*, auch wechselnd mit *seu* entweder — oder; es sey, es mag nun — oder, bedingungsweise, wenn es ungewiß ist, ob der eine oder der andre, ob keiner oder alle Statt finden; *neve* — *neve* auch wechselnd mit *neu*, verbietend.

In omnibus disiunctionibus, in quibus *aut* etiam, *aut* non †) ponitur, alterūtrum est verum. C. N. D. 1, 25. Marius promisit, si se consulem fecissent, brevi tempore *aut* vivum, *aut* mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani daturum. C. Off. 3, 20. *Aut* nemo, quod quidem magis credo, *aut*, si quisquam, Cato sapiens fuit. C. Lael. 2. Quae-

---

*) So wird sive immer bei synonymen Wörtern gebraucht. Dagegen: Ardor coelestis, qui aether *vel* coelum nominatur. C. N. D. 2, 15, 41. in so fern ihn wirklich Einige (die Gelehrtern) aether, Andre coelum nennen.

**) Es war ungewiß, ob es seine Mutter oder Stiefmutter war.

***) weder das Eine, noch das Andere, noch auch Beides zugleich sollte geschehen.

†) entweder Ja oder Nein.

dam terrae partes incultae sunt, quod *aut* frigore rigent, *aut* uruntur calore. C. Tusc. 1, 28. Omne corpus *aut* aqua, *aut* aer, *aut* ignis, *aut* terra est, *aut* aliquid, quod est concretum ex his, *aut* ex aliqua parte eorum. C. N. D. 3, 12. — Eventus est, cum sic aliquid evenit, ut *vel* non evenire, *vel* aliter evenire potuerit. C. Div. 2, 6. Serius a Romanis poetae *vel* cogniti sunt, *vel* recepti. C. Tusc. 1, 2. Amicitia omnibus rebus humanis est anteponenda. nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res *vel* secundas, *vel* adversas. C. Lael. 5. cf. C. Fam. 3, 10, 14. 27. Mil. 7, 20. Quid est tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus *vel* tectus ipse possis, *vel* provocare integer, *vel* te ulcisci lacessitus? C. Or. 1, 8. Quis nescit, maximam vim exsistere oratoris in hominum mentibus *vel* ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis, *vel* ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamque revocandis? Ib. 1, 12. — Nostra corpora vertuntur, nec quod fuimus*ve*, sumus*ve*, cras erimus. O. Met. 15, 215. — Veniet tempus mortis, et quidem celeriter; et *sive* retractabis, *sive* *) properabis. C. Tusc. 1, 31. Homines nobiles, *seu* recte, *seu* perperam facere coeperunt, in utroque excellunt. C. Quint. 8. Cretum leges, quas *sive* Iupiter, *sive* Minos sanxit, laboribus erudiunt iuventutem. C. Tusc. 2, 14. Rogationem novem tribuni promulgarunt, ut populo potestas esset, *seu* de plebe, *seu* de patribus vellet, consules faciendi. L. 4, 1. cf. 4, 2, 7. Caes. 7, 36. med. Interrogant: si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; *sive* medicum adhibueris, *sive* non adhibueris, convalesces. C. Fat. 12. cf. §. 166, 2. *sive* — *seu*, L. 7, 18, 2. *seu* — *sive*, Caes. 1, 23. cf. Drak. ad L. 10, 14, 9. — Carthaginiensibus conditiones pacis dictae, bellum *neve* in Africa, *neve* extra Africam iniussu populi Romani gererent. L. 30, 37. Quae terra fruges ferre et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, *neve* vivus, *neve* mortuus. C. Leg. 2, 27. Collocationis est componere et struere verba, ut *neve* asper eorum concursus, *neve* hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis. C. Or. 3, 43. Vercingetorix docet, oppida parum munita incendi oportere, *neu* suis sint ad detractandam militiam receptacula, *neu* Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam. Caes. 7, 14. cf. 1, 35.

Not. 1. Als steigerndes Adverbium heißt *vel* sogar, auch, wie beim Superlativ §. 155, 6. und so bisweilen *ve* in *sive*, *seu*.

---

*) du magst zögern, oder eilen.

Quid est tam furiosum, quam verborum, *vel optimorum* atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? C. Or. 1, 12. Videmusne, ut pueri ludis teneantur, ob eamque rem *vel famem* et sitim perferant? C. Fin. 5, 18. Veteres artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant, quae *vel* si *nulla* sint, nihilo sint tamen obscuriores clari viri. C. Fam. 5, 12. Raras tuas quidem, sed suaves accipio literas: *vel* quas proxime acceperam, quam prudentis! quam multi et officii et consilii! Ib. 2, 13. — *Sive* opus in mores, in luxum, in prandia regum dicere, *sive* grandes nostro dat Musa poetae. Pers. 1, 67. i. e. si vel. In der Stelle: Caesar Brundisium ad suos scripsit, nacti idoneum ventum ne occasionem navigandi dimitterent, *sive* ad litora Apolloniatium cursum dirigere, atque eo naves eiicere possent. Caes. C. 3, 25. haben zwar alle Mss. *sive*; der Zusammenhang aber verlangt hier *si*. Ferner: Exibit quam saepe, time; *seu* visere dicet sacra Bonae maribus non adeunda Deae. Tibull. 1, 6, 21. *Seu* mare per longum mea cogitet ire puella, hanc sequar. Prop. 2, 20, 29 (3, 20, 9). cf. Burm. ad Val. Flacc. 1, 100. Heuschke ad Tibull. l. c. — *Seu* und *neu* braucht übrigens Cicero selten.

Not. 2. Die ältern Lateiner brauchten *si* — *sive*, *si* — *si* statt sive — sive. Dichter und spätere Schriftsteller setzen *sive* bald nur bei dem zweiten Gliede, bald wechseln sie in diesen Partikeln.

a. *Si* media nox est, *sive* est prima vespera, tamen est eundum. Plaut. Curc. 1, 1, 4. Sinito ambulare, *si* foris, *si* intus volent. Id. Capt. 1, 2, 5. *Si* omnes atomi declinabunt, nullae unquam cohaerescent; *sive* aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur: erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur. C. Fin. 1, 6. Superstitio instat, et urget, et, quo te cunque verteris, persequitur; *sive* tu vatem, *sive* tu omen audieris, *sive* immolaris, *sive* avem aspexeris; *si* Chaldaeum, *si* haruspicem videris; *si* fulserit, *si* tonuerit, *si* tactum aliquid erit de coelo. C. Div. 2, 72.

b. Bassus *pudore*, *seu* *) metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Tac. H. 5, 12. Hic herus: *Albanum*, Maecenas, *sive* Falernum te magis appositis delectat, habemus utrumque. H. Serm. 2, 8, 16. Nero iam iamque affore matrem, obtestabatur, vindictae properam, *sive* servitia armaret, *vel* militem accenderet, *sive* ad Senatum et Populum pervaderet. Tac. 14, 7. *seu* — *aut*. V. Aen. 12, 685. *sive* herbae tenues *aut* flores. Tac. H. 5, 7. auch *sive* — *an*. Tac. 11, 26. 14, 59. ne contra Caii quidem, *aut* Claudii, *vel* Neronis domum exsurgimus. Ib. 2, 76. cf. Lachmann. ad Propert. 4 (3), 21, 25. *vel* — *aut*. Q. 9, 2, 18.

Not. 3. Nach einer Negation bleibt *aut* an sich disjunctiv, d. i. es unterscheidet nur die dazu gehörenden Begriffe, und bekommt erst durch die Negation, als positiver Bestandtheil eines negativen Satzes, negativen Sinn. Der Deutsche aber übersetzt hier *aut* — *aut* durch weder — noch, wie *neque* — *neque*, welches den Satz selbst verneint. Eben so erhält *ve* erst durch eine vorhergehende Negation negativen Sinn.

---

*) Statt *seu* pudore, *seu*. So *metu seu* perfidia. Tac. H. 4, 35. fatali quodam *motu seu* prava solertia. Tac. 5, 4.

Hunc *neque* dira venena, *nec* hosticus auferet ensis; *nec* laterum dolor, *aut* tussis, nec tarda podagra. H. Serm. 1, 9, 31. cf. Bentl. ad H. Serm. 1, 6, 68. (Dagegen: Plebes *nihil* ex ea familia triste, *nec* superbum timebat. L. 2, 30.) Hanc laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere, *nec* extrinsecus *aut* bene *aut* male vivendi suspensas habere rationes. C. Fam. 5, 13. init. entweder — oder. Ita prorsus existimo, *neque* eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, *aut* torquem illum hosti detraxisse, ut aliquam ex eo perciperet voluptatem corpore, *aut* cum Latinis tertio consulatu conflixisse apud Veserim propter voluptatem. C. Fin. 1, 7. weder — noch. Obsidebatur Capua acrius, quam oppugnabatur: *nec aut* famem tolerare servitia ac plebs poterant, *aut* mittere nuntios ad Hannibalem per custodias tam artas. L. 26, 4. Germani inesse feminis etiam sanctum aliquid et providum putant; *nec aut* consilia earum aspernantur, *aut* responsa negligunt. Tac. G. 8. *Nec* dii, *nec* homines, *aut* ipsam (Vestalem), *aut* stirpem a crudelitate regia vindicant. L. 1, 4. Caesar nonnullos damnatos statuerat prius iudicio populi debere restitui, quam suo beneficio videri receptos, *ne aut* ingratus in referenda gratia, *aut* arrogans in praecipiendo populi Romani beneficio videretur. Caes. C. 3, 1. Quinctius *negabat*, Aetolos *aut* moris Romanorum memores, *aut* sibi ipsis convenientem sententiam dixisse. L. 33, 12. *Nemo aut* miles, *aut* *) eques a Caesare ad Pompeium transierat. Caes. C. 3, 61. — *Non* Treveri, *neque* Lingones, ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agebant. Tac. H. 4, 70. So selten; ähnlich ist *nec* — *que*, Hor. Epod. 16, 6. 8. wo auch que durch die vorhergehende Negation negativen Sinn erhält. Ruhnken. ad Vellei. 2, 45, 1. führt auch *vel* — *vel* mit vorhergehender Negation an, wofür ich noch kein Beispiel gefunden habe. Mit Unrecht aber läugnet er den Einfluß einer vorhergehenden Negation auf ac, et und que.

190 Adversativ heißen zwei Sätze, die einander widerstreiten, entweder durch einzelne entgegengesetzte Begriffe (Opposita), oder durch Widerlegung, oder durch Einwendung.

A. Sind in den beiden Sätzen Opposita einander gleich gegenüber gestellt, sie mögen einander gerade entgegen gesetzt seyn (Contraria) **), oder durch entgegen gesetzte Beziehungen (re-

---

*) Hier gehört das Prädicat transierat zu nemo, welches die Frage voraus setzt: Ob Jemand übergegangen sey? miles und eques als Appositionen zu nemo. Nemo neque miles, neque eques hingegen würden diese Begriffe unmittelbar mit transierat verbinden, und die Frage voraussetzen: Wer übergegangen sey? ob ein Fußgänger oder Reiter? vgl. §. 188. Not. 1.

**) Man unterschied die *Contraria* nach drei Arten: 1. *Adversa*, wenn zwei Begriffe als Genera von einander völlig verschieden oder einander gerade entgegen gesetzt sind, wie frigus, calor; vita, mors; celeritas, tarditas (nicht debilitas); oder als entgegengesetzte Species desselben Genus, wie sapientia, stultitia. 2. *Disparata*, theils *privantia* (στερητικά) z. B. caecitas; und die mit

lative Opposita), so werden sie ohne Adversativpartikel zusammengestellt, und nur im Deutschen durch aber, hingegen, verbunden. Dann steht

a. entweder nur ein *Oppositum* dem andern gegenüber. So jedesmal dem positiven Begriff der negative; umgekehrt nur, wenn derselbe Begriff nach der Negation positiv wiederholt wird.

Vincere *scis*, Hannibal; victoria uti *nescis*. L. 22, 51. Concludunt ratiunculas Stoici, cur non sit malum: quasi *de verbo, non de re* laboretur. C. Tusc. 2, 12. Qui occasione aliqua, etiam invitis suis civibus, nactus est imperium, hunc *nomen honoris* adeptum, *non honorem* puto. C. Brut. 81. Hoc praestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli *potest*, ex amicitia *non potest*. C. Lael. 5. Ergo arbores *seret* diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam; vir magnus leges, instituta, rem publicam *non seret?* C. Tusc. 1, 14. Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt *pares; gloriae disparem*. C. Planc. 24. *Auxilii, non poenae* ius datum erat tribuniciae potestati; *plebis*que, *non Patrum*, tribuni erant. L. 2, 35. Critolaus evertit Corinthum, Karthaginem Hasdrubal: *hi duo* illos oculos orae maritimae effoderunt, *non* iratus aliquis deus. C. N. D. 3, 38. Octavium quidem sui Caesarem *salutabant;* Philippus *non*. C. Att. 14, 12. Rem publicam *vigilanti* homini, *non timido; diligenti, non ignavo* commisistis. C. Agr. 2, 37. *Commorandi* natura deversorium nobis, *non habitandi* locum dedit. C. Sen. 23. Officia *meminisse* debet is, in quem collata sunt; *non commemorare*, qui contulit. C. Lael. 20. Veritatem *laborare nimis saepe* aiunt, *exstingui nunquam*. L. 22, 39. Fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum *semper detur facultas;* mihi ad remunerandum, *nihil suppetat*, praeter voluntatem. C. Fam. 15, 13. Etiam sapientissimi *multa* scisse dicuntur, *non omnia*. Columell. 12, 57, 4. Divico respondit, ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides *accipere, non dare* consuerint. Caes. 1, 14.

---

der Particula privativa *in* zusammengesetzten, wie humanitas, inhumanitas, dignitas, indignitas; theils *negantia* (ἀποφατικά), wie sapere, non sapere. 3. *Relata*, die als verschiedne Species desselben Genus sich nicht ohne einander denken lassen, indem sie sich erst durch Vergleichung ergeben, wie duplum, simplum; multa, pauca; longum, breve; maius, minus. Cf. C. Inv. 1, 28, 42. et Mar. Victorin. ad h. l. C. Top. 11. Specieller: *Contraria* hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat. C. Fat. 16. was Neuere Contradictorie opposita nennen.

Dicere fortasse, quae sentias, *non licet:* tacere plane *licet.* C. Fam. 4, 9. Illud absurdum est, quod ii, qui moventur, eam molestiam, quam debent capere, *non capiunt:* eam *capiunt*, qua debent vacare. C. Lael. 24. Trebatio ego *neque* praefecturam, *neque* ullius beneficij certum nomen *peto*, benevolentiam tuam et liberalitatem *peto.* C. Fam. 7, 5. Egone non intelligo, quid sit Latine voluptas? qui fit, ut ego *nesciam; sciant* omnes, quicunque Epicurei esse voluerunt? C. Fin. 2, 4. *Non* iam *metuo*, ne tu illi succenseas: illud *vereor*, ne tibi illum succensere aliquid suspicere. C. Deiot. 13. Insignia virtutis multi etiam *sine virtute* assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi *sola virtus* potest. C. Fam. 3, 13. *Non quaero*, quanta memoria Simonides fuisse dicatur: de communi hominum memoria *loquor.* C. Tusc. 1, 24.

b. oder mehrere.

Ab his me amari putabam, *qui invidebant; eos non sequebar, qui petebant.* C. Fam. 14, 1. Salutaria appetunt parvi, aspernanturque contraria: quod non fieret, nisi *statum* ipsum suum *diligerent, interitum timerent.* C. Fin. 3, 5. Themistoclis consilio triplex Piraeei portus constitutus est, isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem *dignitate aequipararet, utilitate superaret.* N. 2, 6. Quod *multi voluerunt, pauci potuerunt*, ab uno tyranno patriam liberare; Thrasybulo contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. N. 8, 1. *Palatium Romulus, Remus Aventinum* ad inaugurandum templa capiunt. L. 1, 6. In Hyrcania *plebs publicos* alit canes; *optimates domesticos.* C. Tusc. 1, 45. Iudicium hoc omnium mortalium est, *fortunam a deo* petendam, *a se ipso* sumendam esse *sapientiam.* C. N. D. 3, 36. *Mors honesta* saepe vitam quoque turpem *exornat: vita turpis ne* morti *quidem* honestae *locum relinquit.* C. Quint. 15. An *ex hostium urbibus Romam* ad nos transferri sacra *religiosum fuit: hinc sine piaculo in hostium urbem, Veios*, transferemus? L. 5, 52.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, *improbi* saepe *parvo.* C. Mil. 12. Est ridiculum, ad ea, quae habemus, nihil dicere; quaerere, quae habere non possumus; et de *hominum* memoria *tacere, literarum* memoriam *flagitare.* C. Arch. 4. Plato reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos et Academicos, *nominibus differentes, re congruentes.* C. Acad. 2, 5. Superbiam, verborum praesertim, *iracundi oderunt, prudentes irrident.* L. 45, 23. Angusta et lubrica erat oratio sub Tiberio Principe, qui *libertatem metuebat, adulationem oderat.* Tac. 2, 87. Atticus multorum consulum

praetorumque praefecturas delatas sic accepit, ut *neminem* in provinciam *sit secutus*, *honore fuerit contentus*. N. 25, 6. *Opinionum commenta delet* dies, *naturae iudicia confirmat*. C. N. D. 2, 2. Sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, *ceterarum* rerum studia et *doctrina*, et *praeceptis*, et *arte* constare: *poetam natura ipsa* valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari. C. Arch. 8. Etsi nefarie fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, *laudare non possum*, *irasci certe non debeo*. C. Mil. 15. aber auch zürnen darf ich wenigstens nicht.

B. Sind zwei Sätze einander so entgegen gesetzt, daß den ersten negativen der zweite positive widerlegt, so werden sie durch *non — sed*, *verum* nicht — sondern, verbunden.

Otii fructus est *non* contentio animi, *sed* *) relaxatio. C. Or. 2, 5. Est philosophi, de diis immortalibus habere *non* errantem et vagam, *sed* stabilem certamque sententiam. C. N. D. 2, 1. Sunt quidam ita naturae muneribus ornati, ut *non* nati, *sed* ab aliquo deo ficti esse videantur. C. Or. 1, 25. In Scauri oratione naturalis quaedam inerat auctoritas, *non* ut causam, *sed* ut testimonium dicere putares, quum pro reo diceret. C. Brut. 29. *Non* aetate, *verum* **) ingenio adipiscitur sapientia. Plaut. Trin. 2, 2, 88. Xenocrates animi figuram et quasi corpus *negavit* esse, *verum* numerum dixit esse. C. Tusc. 1, 10. cf. C. Or. 2, 87, 356. Impudens est, qui pro beneficio *non* gratiam, *verum* mercedem postulat. C. Inv. 2, 39. sondern, cf. 2, 6, 20. Or. 1, 60, 254. Bonorum verborum usus naturali sensu iudicatur: in quo *non* magna laus est, vitare vitium; *verum tamen* quasi hoc solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum. C. Or. 3, 37. cf. C. Inv. 2, 4, 13.

Hierbei ist zu bemerken:

1. Wenn hier *sed* fehlen soll, so muß das erste Wort des zweiten Satzes einem des vorhergehenden entgegen gesetzt und beide stark accentirt seyn.

---

*) Dichter stellen diese Partikel auch nach dem ersten Worte des Satzes: *Ipsa sed* in somnis inhumati venit imago coniugis. V. Aen. 1, 353. cf. Tibull. 1, 7, 46. Propert. 1, 4, 11.

**) *Sed* stellt das wirkliche Seyn dem Nichtseyn, die Realität der Negation; *verum* das gedachte Seyn dem entgegen gesetzten, oder die Möglichkeit der Unmöglichkeit, die Nothwendigkeit der Nicht-Nothwendigkeit; mithin, da hier nur von Behauptungen die Rede seyn kann, einer unrichtigen Meinung oder Behauptung die entgegen gesetzte wahre entgegen: daher es hier und in dem folgenden Beispiel auch durch aber wohl übersetzt werden kann.

Quae pertinere ad dicendum putamus, ea nos *commodius*, quam ceteros, attendisse, *non* affirmamus; *perquisitius et diligentius* conscripsisse pollicemur. C. Inv. 1, 41. extr. Infestis armis terni iuvenes concurrunt: nec his, nec illis periculum *suum; publicum* imperium servitiumque obversatur animo. L. 1, 25. i. e. *sed* publicum. Cf. L. 2, 64, 4. Non agitur de vectigalibus, non de *sociorum iniuriis; libertas* et anima *nostra* in dubio est. Sall. I. 52, 6. Germanici mors non modo apud illos homines, qui *tum* agebant; *etiam secutis* temporibus vario rumore iactata est. Tac. 3, 19. Scipio Turdetaniam ita bello affixit, ut non modo *nobis*, *ne posteris quidem* timenda nostris esset. L. 28, 39. i. e. non modo *non* nobis —. Cf. Cort. ad Sall. I. 21, 2. 33, 4. Garat. ad C. Phil. 3, 2, 3. 3, 1, 2. pro Domo 22. p. 171. Verr. A. 1, 10, 29. Oud. ad C. Inv. 1, 41. extr. Drak. ad L. 1, 25, 3. 6, 32, 8. Ern. ad Tac. 3, 19. H. 3, 3. sub fin. 4, 23.

2. Durch *non — sed* nicht — sondern, wird das erste Glied ganz verneint und dagegen das Stattfinden des zweiten behauptet; durch *non — sed etiam* nicht etwa — sondern sogar, in so fern als es gegen das zweite, mehr und Größeres bietende, wenig in Betrachtung kommt; durch *non modo, non solum — sed, verum* nur zum Theil, in so fern es neben dem zweiten Gliede, wodurch es überboten wird, bestehen kann, in dem Sinne, daß es nicht allein Statt finde, sondern neben ihm noch etwas Wichtigeres, Vorzüglicheres. In derselben Bedeutung steht *non modo, non solum* (seltner *non tantum*) — *sed, verum etiam*, nicht nur — sondern auch (noch obendrein), sondern sogar; nur wird hier durch *etiam* gegen das erste Oppositum mehr geboten. *Verum, verum etiam* bekräftigt das Mehr sagende und ist folglich stärker, als sed, welches den bloßen Gegensatz zur Negation angibt. *Sed quoque* sondern auch auf gleiche Weise, drückt aus, daß das zweite mehr bietende Oppositum in demselben Sinne, wie das erste, bei dem gemeinschaftlichen Prädicat gedacht werden solle.

a. Quum arma essent in templis, armati in foro, eaque *non* silentio consulum dissimularentur, *sed* et voce et sententia comprobarentur: tamen his tantis malis, tanto bonorum studio, restitissemus. C. Sext. 15. extr. *Non* regnum, *sed* fugam, exsilium, egestatem et omnes has, quae me premunt, aerumnas cum anima simul amisisti. Sall. I. 14, 23. In diesen und ähnlichen Stellen erklärt man *non — sed* durch non modo oder non tam — sed etiam; genau genommen aber wird auch hier das erste Glied in seinem Verhältniß zu dem zweiten mehr bietenden ganz verneint. Hierüber vgl. Cort. ad Sall. l. c. ad C. Fam. 6,

7, 17. Duk. ad Flor. 2, 2, 20. Oudend. ad Suet. Claud. 24. ad Frontin. 2, 13, 5. Döring ad Catull. 44, 20.

b. Quidam mihi videntur *non* vivis, *sed etiam* mortuis invidere. C. Acad. 2, 2. *Nec* vero supra terram, *sed etiam* in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas. C. N. D. 2, 64. extr. cf. Garat. ad C. Agr. 2, 16. p. 152. ad C. Coel. 20. p. 491. ad C. Mil. 4, 11. p. 75. Orell. ad C. Planc. 2. p. 16. sq. Moser ad C. Leg. 3, 7, 16. — Hic mihi primum meum consilium defuit, *sed etiam* obfuit. C. Att. 3, 15.

c. Explicabo, voluptas ipsa quae, qualisque sit. *non* enim hanc *solam* sequimur, quae cum iucunditate quadam percipitur sensibus; *sed* maximam illam voluptatem habemus, quae percipitur, omni dolore detracto. C. Fin. 1, 11. Sulpicius et Cotta tantam iam erant facultatem adepti, ut *non* aequalibus suis *solum* anteponerentur, *sed* cum maioribus natu compararentur. C. Or. 1, 8, 30. Cavebat magis Pompeius, quam timebat: *non* ea *solum*, quae timenda erant, *sed* omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. C. Mil. 24. cf. Gör. ad C. Leg. 3, 11, 25. Drak. ad L. 2, 6, 1. Stroth ad Liv. 22, 9, 5. Sum consecutus, *non modo* ut domus tua tota, *sed* ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret. C. Fam. 5, 8. cf. 15, 4, 28. 7, 1, 10. L. 2, 50, 11. Populi Romani haec est consuetudo, ut socios atque amicos *non modo* sui nihil deperdere, *sed* gratia, dignitate, honore auctiores velit esse. Caes. 1, 43. Quod si Verres *non modo* *) in causa, *verum* in aliquo honesto praesidio spem aliquam collocasset: profecto non haec omnia colligeret atque aucuparetur. C. Verr. A. 1, 3. Tum vero *non* populus *tantum* et imperita plebs in plausus et immodica studia, *sed* Equitum plerique ac Senatorum, posito metu incauti, refractis palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes. Tac. H. 1, 35.

d. Sed, ut illa secunda moderate tulimus, sic hanc *non solum* adversam, *sed* funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc, sic affecti, *non modo* contemnere debeamus, *sed etiam* optare. C. Fam. 5, 21, 18. Peripatetici perturbationes *non modo* naturales esse dicunt, *sed etiam* utiliter a natura datas. C. Tusc. 4, 19. Antistius abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissi-

*) ich will nicht sagen, wie *non modo* — sed, C. Cat. 2, 12. extr. Quint. 24, 77. Manil. 22. extr. Dafür auch: Quid? si haec, *non dico*, maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, *sed* in illo maxima, nulla in hoc: quid vultis amplius? C. Mil. 13.

ma a castris, *non modo* ut non praeesset ulli negotio, *sed etiam* ut ne interesset quidem. C. Fam. 13, 29, 10. Volo, ut in scena, sic etiam in foro, *non* eos *modo* laudari, qui celeri motu et difficili utantur, *sed* eos *etiam*, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. C. Brut. 30. cf. L. 2, 7, 11. 3, 57, 9. Memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset (Orestem), *non solum* divina, *sed etiam* sapientissimae deae sententia liberatum. C. Mil. 3. Tullus Hostilius *non solum* proximo regi dissimilis, *sed* ferocior *etiam* Romulo fuit. L. 1, 22. *Non* paranda nobis *solum* sapientia, *sed* fruenda *etiam*. C. Fin. 1, 1. cf. C. Brut. 30, 113. L. 24, 21, 5. 1, 2, 5. — Si *non modo* omnes, *verum etiam* multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? C. Fam. 15, 6. cf. C. Inv. 2, 18, 55. 2, 54, 165. Or. 3, 33, 133. Fin. 1, 11, 38. *non modo — neque — verum etiam*. C. Inv. 1, 4, 5. Perficiendum est, si quid agere aut perficere vis, ut homines te *non solum* audiant, *verum etiam* libenter studioseque audiant. C. Caecil. 12. *Non solum* verbis arte positis moventur omnes, *verum etiam* numeris ac vocibus. C. Or. 3, 50. extr. Congruere naturae cumque ea convenienter vivere, est in sapientis situm *non* officio *solum*, *verum etiam* potestate. C. Tusc. 5, 28. cf. C. Inv. 2, 18, 56. 2, 56, 169. N. D. 2, 28, 71. Orat. 1, 34, 159. Segetes fecundae et uberes *non solum* fruges, *verum* herbas *etiam* effundunt inimicissimas frugibus. C. Or. 15. — Tarquinius Latinorum sibi maxime gentem conciliabat; *neque* hospitia *modo* cum primoribus eorum, *sed* affinitates *quoque*, iungebat. L. 1, 49. *non — modo — sed — quoque*. L. 2, 34, 3. 41, 22, 5. Signorum annuae commutationes *non modo* quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt; *verum* ad utilitates *quoque* rerum omnium sunt accommodatae. C. Inv. 1, 34. Reliquum est, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque, ut ad omnia, quae tui velint, ita adsim praesto, ut me *non solum* omnia debere tua causa, quae possim, *sed* ea *quoque* etiam, quae non possim, putem. C. Fam. 4, 8. Porsena adeo infestum omnem Romanum agrum reddidit, ut *non* cetera *solum* ex agris, *sed* pecus *quoque* omne in urbem compelleretur. L. 2, 11. cf. 28, 5, 5. *Nec solum* — Fabii *quoque*. Tac. H. 2, 27. Iam *non* motus *tantum* corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, *sed* vulnera *quoque* et sanguis spectaculo erant. L. 1, 25. cf. Phaedr. 1, 20. pr.

3. Wenn bei dieser Construction zwei *Contraria* sich wie

adversa und *disparata* (s. A **)) zu einander verhalten, oder einander so entgegen gesetzt sind, daß bei dem Stattfinden des zweiten das erste nothwendig verneint werden muß, so steht bei *non modo*, *non solum* das erste Contrarium mit seiner besondern Negation; das zweite folgt positiv mit *sed*, überbietend; mit *sed etiam*, mehr bietend; negativ aber mit *sed ne quidem*, *sed neque*, *sed vix*, weniger bietend. Gehören beide zu einem gemeinschaftlichen Prädicate, so ist dieses positiv.

a. Quintus *non modo non* cum magna prece ad me, *sed* acerbissime scripsit. C. Att. 11, 15. Hoc *non modo non* pro me, *sed* contra me est potius. C. Or. 3, 20. *Non modo non* remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: *sed* eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias. C. Fam. 13, 19. cf. C. Verr. 5, 62, 162. Inv. 1, 15, 21. 44, 82. 55, 108. Or. 1, 60, 255. Orat. 66, 221. Illud *non modo non* arrogantis, *sed* potius prudentis, intelligere, se habere sensum et rationem. C. N. D. 3, 10. Callicrates religione *non modo* ab incepto *non* deterritus, *sed* ad maturandum concitatus est. N. 10, 8. cf. L. 3, 37. extr. Pestilentior annus tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit, ut *non modo* praedandi causa *quisquam* ex agro Romano *non* exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi esset; *sed* ultro Fidenates populabundi descenderent in agrum Romanum. L. 4, 21. Mithridates *non modo* adhuc poenam *nullam* suo dignam scelere suscepit, *sed* ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat. C. Manil. 3. cf. C. Verr. 4, 6, 11. 5, 15, 39. *Non modo* in Plancio *nihil* unquam reprehensum, *sed* laudata sunt omnia. C. Planc. 13.

b. Plancius meae salutis *non modo non* oppugnator, *sed etiam* defensor fuit. C. Planc. 31. cf. C. Fam. 15, 4, 32. Saepe disserui, Latinam linguam *non modo non* inopem, *sed* locupletiorem *etiam* esse, quam Graecam. C. Fin. 1, 3. cf. 2, 47, 196. 3, 2, 5. Brut. 13, 52. Qualis habendus est is, qui *non modo non* repellit, *sed etiam* adiuvat iniuriam? C. Off. 3, 18. cf. C. Fin. 2, 17, 55. Or. 1, 26, 122. 51, 219. 2, 6, 25. Brut. 42, 156. Cat. 1, 12, 29. Sull. 2. extr. Pis. 5. extr. Fam. 15, 1, 7. Videtis, ut senectus *non modo* languida atque iners *non* sit, *verum etiam* sit operosa. C. Sen. 8. cf. C. Off. 1, 21, 71. 2, 13, 45. 3, 27, 101. Agr. 2, 29, 81. Flacc. 41, 103. Aspis *non solum* imperio regis *non* parebat, *sed etiam* finitimas regiones vexabat. N. 14, 4. cf. C. Brut. 13, 52. Num pro aliena re publica quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, *non modo nullo* proposito praemio, *sed etiam* interdicto? C. Balb. 10. extr. cf. C. Sext. 14, 33. Sen.

13, 44. Fam. 6, 4, 15. *Non modo nihil* prodest, *sed* obest *etiam* P. Clodii mors Miloni. Mil. 13.

c. En unquam fando auditum est, Numam Pompilium, *non modo non* patricium *), *sed ne* civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi iussu Romae regnasse? L. 4, 3. Ita cedere soleo, ut *non modo non* abiecto, *sed ne* reiecto *quidem* scuto fugere videar. C. Or. 2, 72. Velim existimetis, huius rationis *non modo non* inventorem, *sed ne* probatorem quidem esse me. C. Caecin. 29. cf. C. Top. 12, 51. Regium est ita vivere, ut *non modo* homini *nemini*, *sed ne* cupiditati *quidem ulli* servias. C. Sull. 8. cf. C. Verr. 1, 43, 111. 2, 46, 113. Multis Siculis a Verre *non modo* granum *nullum*, *sed ne* paleae *quidem* ex omni fructu atque ex annuo labore relinquebantur. C. Verr. 3, 48. cf. C. Ligar. 2, 4. Ego *non modo* tibi *non* irascor, *sed ne* reprehendo *quidem* factum tuum. C. Sull. 18. cf. C. Caecil. 4, 16. Verr. 2, 49, 120. 3, 6, 14. *Non solum* ab optimis studiis excellentes viri deterriti *non* sunt, *sed ne* opifices *quidem* se artibus suis removerunt. C. Or. 2. Fabricius *non modo* ad me meos vicinos et amicos *non* adduxit, *sed* ipse iis *neque* defensoribus uti postea, *neque* laudatoribus potuit. C. Cluent. 20. cf. C. Verr. 3, 22, 55. Deli subito tempestates coortae sunt maximae, ut *non modo* proficisci, quum caperet, Dolabella *non* posset, *sed vix* in oppido consisteret. C. Verr. 1, 18. cf. C. Coel. 7, 15. Or. 2, 62, 252.

4. Wenn zwei *Contraria relata* (s. A **)) sich so zu einander verhalten, daß mit dem zweiten das Nicht Stattfinden des ersten vorausgesetzt werden muß, so steht bei *non modo*, *non solum* das erste positiv, daher auch mit positiven Nebenbestimmungen; das zweite folgt dann mit *sed etiam* ebenfalls positiv, wenn bei seinem Stattfinden das erste nicht Statt finden kann; negativ aber mit *sed ne quidem*, *sed neque*, *sed vix*, wenn mit seinem Nicht Stattfinden auch das Stattfinden des erstern nicht bestehen kann. In diesem Fall gibt das negativ gewordene Prädicat des zweiten Gliedes auch dem des ersten Gliedes negativen Sinn; haben beide Glieder ein gemeinschaftliches negatives Verbum finitum, so folgt dieses ohne besondre Negation dem zweiten Gliede,

*) Das Genus von patricius ist gens; von civis, civitas, daher kann hier ne quidem nicht das non bei patricium mit einschließen; *regnasse* aber ist positiv, wie: *Cognoscite* hominis apertam, ac *non modo non* ratione, *sed ne* dissimulatione *quidem* tectam improbitatem et audaciam. C. Verr. 2, 29, 71. In der Stelle: quum filius *non modo non* mortuus, *sed ne* natus *quidem* esset. C. Caecin. 18, 53. verhalten sich die Contraria wie vernichtete Existenz und Nichtexistenz zu einander; zudem steht hier non mortuus als Gegensatz zu dem vorhergehenden mortuo postumo filio.

mit seiner Negation aber hinter dem ersten Gliede. Sind hingegen beide Glieder von einem negativen Worte, z. B. nemo, nihil, ne abhängig, so geht dieses ihnen voran.

a. Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur *non modo* videatur esse reprehendenda *), *sed etiam* cur in usu quodammodo sequenda. Varr. L. L. 8, 2. Mihi ad hoc, de quo disputo, probandum satis est, *non modo* plura **), *sed etiam* pauciora, divine praesensa et praedicta reperiri. C. Div. 1, 55. Nullum tempus dimittam, quin de libertate populi Romani quod agendum sit atque faciendum, id *non modo* recusem, *sed etiam* appetam atque deposcam. C. Phil. 3, 13. Tantus terror pavorque omnes occupavit, ut *non modo* alius *quisquam* arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur; *sed etiam* ipse rex, sicut somno excitus erat, ad flumen navesque perfugerit †). L. 24, 40.

b. Ad Syracusas intoleranda vis aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit. — Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut *non modo* lacrimis iustoque comploratu prosequerentur mortuos, *sed ne* efferrent *quidem*, aut sepelirent. L. 25, 26, 10. cf. Drak. h. l. L. 34, 39, 3. Ea sunt demum non ferenda in mendacio, quae *non solum* facta esse, *sed ne* fieri *quidem* potuisse cernimus. C. Rep. 2, 15. cf. C. Agr. 2, 29. 79. Verr. 1, 35, 90. — Hoc *non modo* recte fieri, *sed* omnino fieri *non* potest. C. Acad. 2, 19. cf. C. Inv. 2, 28, 84. *Non modo* proditori, *sed ne* perfugae *quidem* locus in meis castris *cuiquam* ††) fuit. C. Verr. 1, 38, 98. Dolere *non modo* summum, *sed ne* malum *quidem* esse, philo-

*) Nicht *non* esse reprehendenda, denn sequenda setzt schon das Nicht Tadelnswerthe voraus.

**) Wo das Wenigere nicht ist, kann auch das Mehrere nicht seyn.

†) Durch sed etiam — perfugerit wird das vorhergehende Glied widerlegt, und zugleich perfugerit (wegen etiam) mit auf dasselbe bezogen, woraus folgt, daß caperet und conaretur negativ genommen werden müssen. Hierher gehört auch: Neque in hoc solum inest contumelia, ut *ulla* res parta bello — *non modo* venierit, *verum* locata sit. C. Agr. 2, 20, 54. wo einige verum *etiam* haben, cf. Garat. h. l. p. 175.

††) *Cuiquam*, welches durch die vorhergehende Negation negativen Sinn bekommt; *nemini* würde hier positiv werden; wie: Caedem video, si vicerit (Caesar), et regnum, *non modo* Romano homini, *sed ne* Persae *quidem cuiquam* tolerabile. C. Att. 10, 8. daher auch: Ceteris Leontinis *non modo* Apronius in agris, *sed ne* tempestas *quidem ulla* nocere potuit. C. Verr. 3, 46, 109. cf. L. 9, 19, 14. Pompeius *non modo* ut Phrygi *alicui*, aut Lycaoni, *sed ne* summorum *quidem* hominum sermonibus crederet. C. Fam. 5, 10, 33. *non modo* silvestre *quidquam*, *sed ne* vepribus *quidem* vestitum habebat. L. 22, 26, 5.

sophi affirmant. C. Off. 3, 29. Pisone consule senatui *non solum* iuvare rem publicam, *sed ne* lugere *quidem*, licebat. C. Pis. 10. cf. C. Verr. 1, 6, 15. Anci filii semper pro indignissimo habuerant, regnare Romae advenam, *non modo* vicinae †), *sed ne* Italicae *quidem* stirpis. L. 1, 40. Apronius *non modo* animum integrum, *sed ne* animam *quidem* puram conservare potuit. C. Verr. 3, 58. cf. C. Planc. 18, 45. Praedonum a Chalcide naves *non modo* Sunium superare, *sed neo* extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant. L. 31, 22. cf. §. 188, 9. Not. 2. Me *non modo* rerum gestarum vacatio, *sed neque* honoris, *neque* aetatis excusatio vendicat a labore. C. Sull. 9. cf. Garat. h. l. p. 285. sq. Mucronem aliquem tribunicium quum homines scelerati ac perditi *non modo ulla* in domo, *sed nulla* in gente reperirent, gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putaverunt. C. Leg. 3, 9. cf. C. Verr. 3, 78. fin. Camillorum, Fabriciorum, Curiorum virtutes *non solum* in moribus nostris, *sed vix* iam in libris reperiuntur. C. Coel. 17. cf. L. 3, 6, 8.

c. Epicurus cupiditates quasdam, quod essent plane inanes, *neque* necessitatem *modo*, *sed ne* naturam *quidem* attingerent, funditus eiiciendas putavit. C. Tusc. 5, 33. Multis emanabat indiciis, *neque* fratrem Volscii, ex quo semel fuerit aeger, unquam *non modo* visum in publico, *sed ne* assurrexisse quidem ex morbo, multorumque tabe mensium mortuum: nec his temporibus, in quae testis crimen coniecisset, Kaesonem Romae visum. L. 3, 24. Tale facinus *ne* unquam posthac *non modo* confici, *sed ne* cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. C. Cat. 4, 9. cf. C. Fam. 7, 1, 14. *Nemo* eloquentia, *non modo* sine dicendi doctrina, *sed ne* sine omni *quidem* sapientia, florere unquam et praestare potuit. C. Or. 2, 1. extr. Siculis Verres *nihil non modo* de fructu, *sed ne* de bonis *quidem* suis reliqui fecit. C. Verr. 3, 48. cf. C. Fam. 3, 10, 22. Mihi venire in mentem *nihil* potest, *non modo* quid sperem, *sed vix* iam quid audeam optare. C. Fam. 4, 1.

†) Nicht civicae, wie Drakenborch hat, welches zu Italicae kein Contrarium geben würde. So: Tarquinium, *non* Romanae *modo*, *sed ne* Italicae *quidem* gentis. L. 4, 3. wo stirpis, gentis als gemeinschaftlicher genereller Begriff die Stelle des gemeinschaftlichen Prädicats vertritt, wie Imperatoris *non modo* Romanus, *sed ne* militaris *quidem* cultus iactabatur. L. 29, 19, 11. vgl. C. Brut. 42, 157. Bei starkem Gegensatz fehlt auch hier *sed* (s. oben B, 1.) z. B. ut *non modo* nobis, *ne* posteris *quidem* timenda nostris essent. L. 25, 39, 11.

Not. 1. Das Gegentheil von dem hier Angegebenen findet Statt, wenn solche Sätze Fragform annehmen, oder beide Glieder von einem negativen Satz abhängig sind:

Quid in Italia utensile *non modo non* nascitur, *sed etiam non* egregium fit? Varr. R. R. 1, 2, 6. Dedecus, flagitium, turpitudinem ut effugias, quis est *non modo* recusandus, *sed non* ultro appetendus dolor *)? C. Tusc. 2, 5. — Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego *non modo non* audiam, *sed etiam non* videam planeque sentiam. C. Cat. 1, 3. fin. cf. §. 180. Not. 1.

Not. 2. Steht umgekehrt *ne quidem* oder eine andre Negation vor *non modo*, so bekommt dieses die Bedeutung geschweige denn, viel weniger.

An quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, quum sexaginta confecerit, reliquos dormiat? *ne* sues *quidem* id velint, *non modo* ipse. C. Tusc. 1, 38. Mihi quidquid acciderit in tam ingrata civitate, *ne* recusanti *quidem* evenerit, *non modo* repugnanti. C. Par. 2. Apes *ne* floribus *quidem*, *non modo* corporibus insidunt. P. 11, 8. Apollinis oracula *nunquam ne* mediocri *quidem* cuiquam, *non modo* prudenti, probata sunt. C. Div. 2, 55. Basilum et alios vestri similes clientes *nemo* habere velit, *non modo* illorum cliens esse. C. Phil. 2, 41. fin. *Nihil* habui sane, *non modo* multum, quod putarem novandum in legibus. C. Leg. 3, 5. *Nullum* meum minimum dictum, *non modo* factum, pro Caesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum devinctum mihi putarem. C. Fam. 1, 9, 62. Nihil praetermissum est, quod *non* habeat sapientem excusationem, *non modo* probabilem. C. Att. 8, 12. cf. C. Fam. 12, 16, 2. Ligna quaedam terram defixa *vix* tolerant, *non modo* humorem. P. 17, 20. extr.

C. Ist der zweite adversative Satz nicht unmittelbar der Negation des ersten entgegengesetzt, so wird er mit ihm durch *sed*, *verum*, *vero*, *at*, *atqui*, *autem*, im Deutschen durch aber verbunden.

1. *Sed* aber, widerlegt den vorhergehenden Satz, oder gestattet die Wirklichkeit seines Inhalts nur zum Theil. So nach ille quidem. §. 157, 1, k.

Eum me postea fuisse in maximis imperiis arbitror, ut non ita mihi multum gloriae sit ex quaesturae laude repetendum: *sed* tamen non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quaesturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. C. Planc. 26. Hamilcar primo Poenico bello, *sed* temporibus extremis, in Sicilia praeesse coepit exercitui. N. 22, 1. i. e. non toto, *sed* —. Exsistunt saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida, *sed* malitiosa iuris interpretatione. C. Off. 1, 10. Temere in acie versari et manu cum hoste confligere, immane quiddam et bellua-

---

*) Ohne Frage: Omnis est *non modo* recusandus, *sed etiam* ultro appetendus dolor; s. oben 4, a.

rum simile est: *sed* quum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda. Ib. 1, 23. — Contemno magnitudinem doloris. — *Sed* si est tantus dolor, quantus Philoctetae? — Bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus. C. Tusc. 2, 19. Contra Epicurum satis superque dictum est. *Sed* aveo audire, tu ipse, Cotta, quid sentias? C. N. D. 2, 1. Furor in sapientem cadere potest, non potest insania. *Sed* †) haec alia quaestio est: nos ad propositum revertamur. C. Tusc. 3, 5. — Utile videbatur Ulixi (ut quidem poetae tragici prodiderunt; nam apud Homerum talis de Ulixe nulla suspicio est) *sed* insimulant eum tragoediae, simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. C. Off. 3, 26. ja, cf. C. Off. 1, 30, 105. Heusing. ad 1, 1, 3.

2. *Verum* (verum est das Wahre ist) das berichtigende aber, nur, gestattet die Wahrheit und Gültigkeit einer Meinung oder Behauptung nur zum Theil, oder setzt ihr nur gewisse Einschränkungen entgegen.

Hermagorae peccatum reprehendendum videtur, *verum* brevi. C. Inv. 1, 9. cf. 2, 7, 24. 1, 6, 8. extr. Or. 1, 23. extr. Mil. 24, 66. Quum orationis indicem, vocem habeamus; in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis; utrumque omnino a natura petendum est: *verum* alterum exercitationem augebit, alterum imitatio presse loquentium et leniter. C. Off. 1, 37. Si certum est, facere, facias: *verum*, ne post conferas culpam in me. T. Eun. 2, 3, 96. Amicitia bona spe praelucet in posterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur. *Verum* etiam amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. C. Lael. 7. ja! sogar wer. Leve est totum hoc, risum movere. *Verumtamen* multum in causis persaepe lepore et facetiis profici vidi. C. Or. 2, 54. cf. Inv. 1, 42, 78, 2, 19. extr. Fam. 3, 12, 5.

3. *Vero* das überbietende aber, vollends, erst, jedesmal dem ersten Worte des Satzes, worauf es den Accent legt, nachstehend, setzt dem Vorhergehenden, welches eingeräumt wird, als Zusatz etwas Wichtigeres und Bedeutenderes entgegen. Als Adverbium (der Ablat. von verum in Wahrheit, wahrhaftig,) verliert es nach *et*, *sed*, *at*, und am Anfange eines unverbunde-

---

†) doch. Daher die Formel: *Sed* haec hactenus. C. Lael. 15. extr. auch *verum* quidem haec hactenus. C. Tusc. 5, 34. extr. Or. 1, 32. extr. C. Caecin. 19, 55. *Sed* ad sermonem institutum revertamur. C. Brut. 69, 244. *Verum* ad Crassum revertamur. Ib. 59, 146.

nen Satzes seine adversative Kraft und bedeutet wahrlich, ja! in der That.

Scimus, musicen nostris moribus abesse a principis persona; saltare *vero* etiam in vitiis poni. N. 15, 1. In vita, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, sapiens nemo efficietur unquam, moderatus *vero* multo minus. C. Tusc. 5, 35. Quanti est, animum secum esse, secumque vivere! *si vero* habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otio iucundius. C. Sen. 14. Platonem Dion adeo admiratus est, atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque *vero* *) minus Plato delectatus est Dione. N. 10, 2. Quorum scelere religiones prostratae afflictaeque sunt; partim ex illis distracti ac dissipati iacent: qui *vero* **) ex his horum scelerum principes fuerunt, non solum vita, cruciati dedecore, verum etiam sepultura caruerunt. C. Leg. 2, 17. Quidquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod *vero* approbaris, id gratum acceptumque habendum: ergo etiam dignitas ei tribuenda est. C. Tusc. 5, 15. Mortem me timuisse dicis. — Ego *vero* ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. C. Planc 37. ja! cf. 35, 86. C. Sen. 9, 29. 14, 46. At enim dicit Hortensius, pertinere hoc ad utilitatem eorum, qui iudicent, qui in provinciis cum potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. *Praeclaros vero* existimas iudices nos habere, quos alienis peccatis concessuros putes, quo facilius ipsos peccare liceat. C. Verr. 3, 96. wahrlich! ironisch.

Pictores et ii, qui signa fabricantur, *et vero* etiam poetae, suum quisque opus a vulgo considerari vult. C. Off. 1, 41. cf. C. Brut. 20, 80. 28; 107. 58, 212. Orat. 39, 136. A parvis didicimus multas leges nominare. *sed vero* intelligi sic oportet, talia iussa ac vetita populorum vim non habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi: quae vis senior est, quam aetas populorum et civitatum. C. Leg. 2, 4. Videsne minus quadringentorum annorum esse hanc urbem ut sine regibus sit? — *Vero* minus. C. Rep. 1, 37. cf. §. 174, IV, 2. O fortunata mors, quae naturae debita, pro patria est potissimum reddita! *Vos vero* patriae natos iudico. C. Phil. 14, 12.

---

*) aber auch eben so sehr.

**) So nur bei Unterabtheilungen und bei Assumtionen in Schlüssen, wie in folgendem Beispiel, steht vero nach qui; nicht aber auch in andern Fällen, wo der Deutsche das Relativum mit aber braucht.

cunctatio stetit: *filium namque* *) intra paucos dies amisit. L. 2, 36. Quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quae de Vatinio et de Crasso requiris. *Nam* **) de Appio quod scribis, sicuti de Caesare, te non reprehendere: gaudeo consilium tibi probari meum. C. Fam. 1, 9, 49. Tenenda est oratori omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum ac iuris civilis scientia negligenda est. *Nam* †) quid ego de actione ipsa plura dicam? C. Or. 1, 5. Sed vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et A. Albinus disertus fuit: et tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fulvius, et una Ser. Fabius Pictor, et iuris, et literarum, et antiquitatis bene peritus. Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. *Nam* ††) Q. Metellus is, cuius quatuor filii consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens. C. Brut. 21. At prooemium aliquando et narrationem dicit malus homo, et argumenta sic, ut nihil sit in his requirendum. *Nam* †††) et latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo. Q. 2, 20, 10. Venit Verres in aedem Castoris. Dicit ei quidam ex illis canibus: tu, Verres, hic quod moliare, nihil habes: nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Homo quaerit, quid sit, ad perpendiculum. Dicunt ei, fere nullam esse columnam,

*) So nach dem ersten accentuirten Worte nur *namque*, und nur bei Livius und Spätern gebräuchlich; cf. L. 9, 25, 2. 9, 37, 1. 41, 6, 2. Lapidum natura restat, hoc est, praecipua morum insania. *Omnia namque*, quae usque ad hoc volumen tractavimus, hominum causa genita videri possunt. P. 36, 1. pr. Mehr Stellen gibt Harduin im Index h. v. an.

**) Als Uebergangspartikel, wie denn im Deutschen; oder nun, aber, hingegen, statt: Appium commemorare non opus est; *nam* quod de eo scribis etc. wie C. Off. 2, 13, 47. Cluent. 45, 127. Arch. 10, 23. Brut. 64, 228. Fam. 15, 1, 12. cf. Manut. ad C. Fam. 3, 11, 12. 5, 20, 16. Mit Unrecht hat man mit *nam* in diesem Sinne das Adverbium iam, welches bei Enumerationen etwas Bedeutenderes, die Aufmerksamkeit mehr in Anspruch Nehmendes anführt, vgl. C. Planc. 8. fin. Hotting. ad C. Div. 2, 67. nie aber die Idee eines Grundes einschließt, für gleichbedeutend halten wollen, wie Garat. ad C. Verr. 1, 49, 129. Duk. ad Flor. Praef. 2. Drak. ad Sil. 9, 242. ad L. 5, 51, 6. Hierüber Heind. ad C. N. D. 1, 12, 30. Ellendt ad C. Brut. 43, 159. — Hierher gehört auch: Literas tuas diligentissime Philogenes, libertus tuus, curavit perlonga et non satis tuta via perferendas. *Nam* quas Lenii pueris scribis datas, non acceperam. C. Att. 5, 20. a med. für sed, denn, freilich, statt: ad ceteras nihil possum rescribere; *nam* —. Cf. Heusing. ad C. Off. 3, 21, 15.

†) i. e. Cetera non commemoro; nam quid —.

††) i. e. praeterea, statt: Accedit Q. Metellus; *nam* in primis cet.

†††) i. e. esto, s. nec mirum; nam —.

quae ad perpendiculum esse possit. *Nam* *) mehercule, inquit, sic agamus: columnae ad perpendiculum exigantur. C. Verr. 1, 51. Tutor, cunctatione crescere rem Romanam, affirmabat. Transvectam e Britannia legionem: accitas ex Hispania: adventare ex Italia: nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. *Nam* **) Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ad libidinem agere. Tac. H. 4, 76. Neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum. Liberior est oratio, et plane, ut dicitur, sic est vere soluta, non ut fugiat tamen, aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. *Namque* ***) ego illud assentior Theophrasto, quod putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. C. Or. 3, 48.

Eadem constituendarum legum fuit causa, quae regum. Ius *enim* semper est quaesitum aequabile: neque *enim* aliter esset ius. C. Off. 2, 12. Principia dicendi semper accurata esse debent. Prima est *enim* †) quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quae continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. C. Or. 2, 78. Ius et omne honestum sua sponte est expetendum. *Etenim* omnes viri boni ipsam aequitatem et ius ipsum amant, nec est viri boni, errare et diligere, quod per se non sit diligendum. C. Leg. 1, 18. cf. C. Verr. 4, 7, 15. — Vatinius pedibus aeger quum vellet videri commodioris valetudinis factus et diceret, se iam bina millia passuum ambulare; Cicero, Dies *enim* ††), inquit, longiores sunt. Q.

*) i. e. atqui, statt: recte monetis; *nam* —; cf. C. Or. 1, 22, 101. Garat. ad C. Verr. 3, 85, 196. Ernesti Clav. h. v. So namque, C. Or. 1, 16, 71.

**) Diese Vortheile hätten sie, Classicus und Tutor nicht; denn die Germanen ließen sich Nichts befehlen u. s. w.

***) i. e. idque meo iure dico; *nam* —.

†) prima est gehört hier zusammen und darf nicht durch enim getrennt werden, wie nihil est. C. Tusc. 5, 16. pr. Or. 1, 41, 186. 2, 24, 104. hic est, ib. 3, 15. pr. quid est, ib. 5, 36. extr. ea sunt enim. C. Rep. 2, 15. non ad unam enim rem aliquam. Or. 61, 206. cf. Heind. ad C. N. D. 1, 4, 9. Gernhard ad C. Sen. 6, 27. Beier ad C. Off. T. 2. p. 152. Schäfer Praef. ad P. Epist. p. XI. sqq.

††) i. e. facile credo: dies *enim*. Wird bei solchen Uebergängen das Vorhergehende durch den mit enim angeführten Grund gebilligt, so läßt sich immer recte mones, neque id mirum est, esto, oder etwas Aehnliches suppliren, ohne dieses aber enim durch ei! ih! freilich übersetzen; cf. C. Leg. 1, 5, 17. Or. 2, 6, 24. 3, 14, 52. Verr. 5, 45, 120. Graev. pro Scauro 24. Tusc. 1, 6, 11. Div. 1, 54, 123. Held ad Caes. C. 2, 32. med. Iuvenal. 7, 125.

6, *3*, *77*. At commode dixit Afranius: Dummodo doleat aliquid, doleat quidlubet. Dixit *enim* [1]) de adolescente perdito ac dissoluto: nos autem de constanti viro ac sapienti quaerimus. C. Tusc. 4, 25. Num tum ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? imperantem *enim* *) patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Ib. 2, 24. Ph. Qui parasitus sum? Se. Ego *enim* **) dicam: cibo perduci poteris quovis. Plaut. Most. 4, 2, 7. P. Audi, quod dicam. D. At *enim* ***) taedet iam eadem audire millies. T. Phorm. 3, 5, 2. Q. Unum illud videris mihi imitari orationis genus. M. Vellem fortasse. quis *enim* †) id potest, aut unquam poterit imitari? C. Leg. 2, 7. Quum, laeta civitate, dictator unus nihil nec famae, nec literis crederet: tum M. Metilius, tribunus plebis, id *enim* ††) ferendum esse negat. L. 22, 25. Salvus est (Phaedria), ut opinor: verum *enim* †††) metuo malum. T. Phorm. 3, 3, 28. — Hostes occursant portis, ingerunt probra. *Enimvero* [2]) non ultra contumeliam pati Romanus posse: totis castris undique ad consules curritur. L. 2, 45. Postridie a Verre postulo, ut Syracusanis liceret senatus consultum, quod pridie fecissent, mihi

---

1) i. e. non hoc quaerimus; dixit enim; freilich, wenn der Antwortende eine Einwendung zwar zugibt, aber zugleich bemerken will, daß sie nicht zur Sache gehöre.

*) i. e. minime vero; imperantem enim; nein! denn! Wird das Vorhergehende gemißbilligt, so läßt sich enim nur durch einen negativen Satz erklären, wie nihil, ne quaeras, ne mirum sit, non concedo etc. cf. C. Tusc. 3, 19. extr. Verr. 1, 9, 25. Off. 3, 14, 60.

**) i. e. noli quaerere; ego enim; ih, das will ich dir sagen.

***) i. e. at non audiam; taedet enim; ih, ich bins überdrüssig. Dagegen *at enim*, für at hoc nego; ne iratus enim quidem. C. Off. 3, 29, 105. cf. C. Acad. 2, 17, 52. 53.

†) i. e. sed non possum; quis enim, wer kann aber, wenn enim einen mit dem Vorhergehenden in einem adversativen Verhältniß stehenden Satz (mit sed, at, autem) voraussetzt, wie N. 25, 11, 3. C. Tusc. 4, 17, 40. 5, 16, 48. Verr. 4, 11, 25. extr. Caes. 5, 7. extr. Ueber *enim* für autem cf. Görenz ad C. Leg. 1, 16, 45. Gar. ad C. Mil. 31, 85. p. 206. Caecil. 21. pr. p 72.

††) i. e. iam vero diutius se tenere posse negat; id enim; das sey in der That nicht länger auszuhalten.

†††) i. e. verum sollicitus sum de eo; metuo enim — aber ich fürchte dennoch etwas Schlimmes.

2) i. e. hoc animos Romanorum irritaverat; enim vero — da konnte nun freilich. Vero verstärkt hier die Affirmation, wie L. 27, 30, 13. C. Or. 1, 36. pr. Verr. 1, 26, 66. 3, 60, 139. Ruhnk. ad T. Andr. 1, 1, 64. 1, 3, 1. Drak. ad L. 1, 51, 8. 2, 22, 6. 27, 30, 13.

reddere. Ille *enimvero* *) negat. C. Verr. 4, 66. Abs quovis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas: *verum enim vero* **) id demum iuvat, si, quem aequum est facere, is bene facit. T. Ad. 2, 3, 1.

2. Durch *quum* da, wird ein Grund zu einer Folge als unbezweifeltes Factum vorausgesetzt, §. 183. Not. 2. *Quod* weil, gibt umschreibend §. 178. die Ursache zu einer Wirkung, oder den nähern, eine Folge unmittelbar herbeiführenden Grund an, *quia* (vom alten Plur. ques, Neutr. quia) den entfernter liegenden, durch welchen die Folge möglich wird; *quoniam* (quom - iam) einen Grund, der von Umständen der Gegenwart; *quando* wann einmal, weil einmal, und, mit bestimmterer Beziehung auf das Vorliegende, *quando quidem* weil nun einmal, einen, der von Umständen einer unbestimmten Zeit hergenommen ist.

Quod reliquum est, a te peto, *quum* apud gratos beneficium ponis, ut eo libentius his commodes, operamque des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis (Marcilii) rea ne fiat. C. Fam. 13, 54. Non *ea res* me deterruit, quo minus literas ad te mitterem, *quod* tu nullas ad me miseras: sed *quia* nihil, quod scriberem, in tantis malis reperiebam. C. Fam. 6, 22. Memoriae felicioris est ad posteros nomen Appii, *quod* viam munivit et aquam in urbem duxit, eaque *unus* perfecit, *quia* †) collega magistratu se abdicaverat. L. 9, 29. *Quia* natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. C. Lael. 9. cf. C. Planc. 2, 4. Manus data elephantis, *quia* propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. C. N. D. 2, 47. Patres nonnihil etiam ob hoc, *quia* ††) parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. L. 30, 30.

Vos, Quirites, *quoniam* iam nox est, in vestra tecta discedite. C. Cat. 3, 12. Me vixisse non poenitet, *quoniam* ita vixi, ut non frustra me natum existimem. C. Sen. 23. Plures tulit haec una civitas, si minus sapientes, at certe summa laude dignos, *quoniam* sapientium praecepta et inventa coluerunt.

---

*) i. e. sed illum non commoveo; negat enim — aber.

**) i. e. verum hoc gaudium non dico (non curo); enim vero — aber freilich, aber in der That, cf. Sall. C. 2. extr. Cort. h. l. C. Or. 3, 14, 54. L. 24, 5. pr.

†) cf. L. 29, 37, 9. C. Off. 3, 30. pr. C. Rab. 9. pr. Fam. 9, 16, 12. Or. 1, 6, 22. 1, 48. pr. 2, 80, 329. 2, 84, 341. Brut. 14, 55. Drak. ad L. 2, 8, 5.

††) So *eo*, quia. L. 25, 12, 8. *ex eo*, quia. C. Tusc. 1, 18, 42. *eo errore*, quia. C. N. D. 2, 29, 73.

C. Rep. 3, 4. cf. Caes. 7, 50. Principes Treverorum ad Caesarem venerunt, et de suis privatim rebus ab eo petere coeperunt, *quoniam* civitati consulere non *possent* †). Caes. 5, 3. — *Quando* non potest id fieri, quod vis, id velis, quod possit. T. Andr. 2, 1, 5. cf. L. 2, 15, 5. A culpa *quando* tantum absumus, ut etiam optime senserimus, et *quando* praestitimus, quod debuimus; moderate, quod evenit, feramus. C. Fam. 6, 4. cf. 13, 61. Philippus rex, appropinquans Athenis vi aperta propalam erat usurus, *quando* parum dolus profuerat. L. 31, 24. cf. Tac. H. 4, 65. *quando* — *descivissent.* Ib. 3, 78. Erant, quibus appetentior famae videretur Helvidius Priscus, *quando* etiam sapientibus cupido gloriae novissima exuitur, Tac. H. 4, 6. Oratori, quae sunt in hominum vita, *quandoquidem* in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta materies, omnia quaesita, audita, lecta, tractata esse debent. C. Or. 3, 14. cf. C. Or. 31, 112. L. 2, 12, 15. 2, 56, 9. 2, 59, 6. 1, 54, 5.

Not. 1. *Nam* einem Fragwort zur Verstärkung angehängt, alterthümlich ihm vorgesetzt oder auch von ihm getrennt, dringt auf bestimmtere Auskunft und Erklärung über den gefragten Gegenstand, wie das Deutsche denn, doch; vgl. Voß zu Virg. Georg. 4, 445. S. 880.

Ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae mihique obiectent lenocinium facere. *nam quid* eo est opus? Plaut. Merc. 2, 3, 75. Perdidisti omnem operam. — *Nam qui* perdidi? Id. 1, 2, 29. *Nam quae* haec anus est, exanimata a fratre quae egressa est meo? T. Phorm. 5, 1, 5. — Hem, *numnam* periimus? T. Andr. 3, 4, 12. cf. T. Ad. 5, 4, 42. und öfter, sonst nur noch bei Plaut. Cist. 4, 1, 6. Truc. 2, 4, 1. 2, 7, 42. *Quando* istaec (vomica) innata est *nam* tibi? Plaut. Pers. 2, 5, 13. Aemilius Rhodios percunctatus est, *utrumnam* Pataris universa classis in portu stare posset? L. 37, 17. extr. cf. Drak. h. l. die einzige sichere Stelle. — Gebräuchlicher sind dagegen *quisnam*, *quinam*, *ubinam*, *ecquisnam*, *numquisnam*, z. B. Illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, *ecquaenam* fieri possit accessio. C. Fin. 4, 24. *Numquisnam*, §. 147, I, 2.

Not. 2. *Enim* ist das durch è verstärkte nam, wie *equidem*, *ecastor*, und wurde alterthümlich ebenfalls dem Satz vorangesetzt. Da es seinen Accent dem Hauptworte des Satzes, so wie der Verbindungspartikel *et*, mittheilt, so steht es nach dem gewöhnlichen Gebrauch diesen nach.

Quid metuis? — *Enim* ne nosmet perdiderimus uspiam. Plaut. Mil. 2, 5, 19. cf. 4, 2, 27. Pers. 4, 4, 60. Trin. 5, 2, 10. Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua iactabatis. *Enim* minor est res. Hic experiri vim virtutemque volo. L. 23, 45, 10. cf. Drak. h. l. et ad 34, 32, 13. ironisch: freilich ist das auch nur eine Kleinigkeit! wie T. Hec. 2, 1, 41.

---

†) cf. Caes. 1, 35. 36. 42. Bremi ad Nep. 1, 7, 5. non *quia* — sed *quoniam*. Phaedr. 1, 2, 7.

Görenz ad C. Acad. 2, 13, 41. Iuvenal. 7, 125. Hierher gehört auch der veraltete ironiſche Gebrauch des *enim* bei Plautus, z. B. Quid tu per barbaricas urbes iuras? — Quia *enim* item asperae sunt, ut tuum victum autumabas esse. Plaut Capt. 4, 2, 104. ih, weil ſie — cf. Mil. 3, 2, 22. Trin. 1, 2, 23. Lindemann hh. ll.

V. Concluſivpartikeln bezeichnen den Inhalt eines Sazzes theils als Folge eines in einem andern angegebenen Grundes, theils als einen aus der Vergleichung des Inhalts mehrerer vorhergehenden Sätze ſich ergebenden Schluß. 192

1. Bei demonſtrativen Folgeſätzen zeigt *eo*, *ea re*, gewöhnlicher *ideo* (id eo dies dadurch), deswegen, daher, auf die Urſachen und Gründe als ſolche; *idcirco* (circa id) darum, auf Umſtände; *propterea* (propter ea) deswegen, auf einen Beweggrund; *proinde* daher, auf die Angemeſſenheit der Folge zu ihrem Grunde.

Nihil laboras; *ideo*, quum opus est, nihil habes. Phaedr. 4, 23, 16. cf. C. Or. 2, 74, 302. Coel. 9, 21. Re ipsa *ideo* mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum consequi possum. C. Fam. 1, 8. Scripta tua, ut mulieres, *ideo* bene olere, quia nihil olebant, videbantur. C. Att. 2, 1. init. Ego omnes meas vindemiolas *eo* reservo, ut illud subsidium senectuti parem. C. Att. 1, 10. Nunc spes reliqua est in novis tribunis plebis et in primis quidem diebus. *Ea re* ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuo initia rerum et rationem totius negotii posses scribere. C. Fam. 14, 3. cf. C. Verr. 1, 9, 25. auch *hac re*, Phaedr. 4, 10, 4. Non *idcirco* amicorum usum dimiseram, quod iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat. C. Fam. 9, 1. Ne aegri quidem quia non omnes convalescunt, *idcirco* ars nulla medicina est. C. N. D. 2, 4. cf. C. Brut. 57. extr. Or. 2, 12, 49. Non si Opimium defendisti, Carbo, *idcirco* te isti bonum civem putabunt. C. Or. 2, 40. cf. C. Top. 3, 16. Mil. 2, 6. Egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum *propterea*, quod nullam rem gravius iam diu tuli, quam incommodum tuum. C. Fam. 15, 18. Mulae partus prolatus est a te. Res mirabilis *propterea*, quia non saepe fit. C. Div. 2, 22. Hostis hostem occidere volui. Nec unus in te ego hos animos gessi; longus post me ordo est idem petentium decus. *Proinde* in hoc discrimen, si iuvat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo. L. 2, 12. cf. 1, 16, 7.

2. Relative Folgeſätze, die ſich auf einen vorhergehenden, der den Grund angibt, zurück beziehen, werden durch *quare* (qua re), *quamobrem*, *quapropter*, *quocirca* weswegen, warum, daher, verbunden.

Alcibiades et potentior et maior, quam privatus, existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi suos reddiderat. *Quare* fiebat, ut omnium oculos, quotiescunque in publicum prodisset, ad se converteret. N. 7, 3. cf. C. Mil. 13, 33. Caes. 1, 13. extr. *Quapropter*. C. Cat. 4, 11, 24. Probe definitur a Stoicis fortitudo, quum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate. *Quocirca* nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitia, laudem est adeptus. C. Off. 1, 19.

3. Folgerungs- und Schlußsätze, die aus vorhergehenden Urtheilen hergeleitet werden, verbinden nur demonstrative Partikeln, nämlich *itaque*, *igitur*, *ergo* daher, also, nun. *Itaque* (ita-que und so; und so kommt es, daß) zeigt die Folge schlechthin; *igitur* bezeichnet sie als nothwendige Folge; *ergo* §. 106. Not. 3. nöthigt zur Ueberzeugung von ihrer Richtigkeit. Diese Wörter stehen im Satze zuerst, wenn auf ihnen selbst; nach einem oder mehtern Wörtern aber, wenn auf diesen das Hauptmoment der Folgerung beruht, wie es auch nach Parenthesen der Fall ist, der einzige, wo *itaque* die zweite Stelle einnimmt.

In Phocione tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire. *Itaque* a servis sepultus est. N. 19, 4. Quis unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? At laudatus est ab omnibus. Fateor: sed ita, ut rerum explicator prudens, severus, gravis; non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. *Itaque* *) nunquam est numeratus orator. C. Or. 9. *Cicero Pater*. Sed multa sunt suavitatis praecepta, quae orationem aut magis obscuram, aut minus probabilem faciunt. Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis, quid causa postulet, iudicandum. *Cicero Filius*. Reliquum est igitur, ut dicas de conversa oratione atque mutata. C. P. Est *itaque* id genus totum situm in commutatione verborum. C. Or. Part. 6. fin. 7. pr. — *Igitur* **) in eo colle,

*) Die Wiederholung eines Gedankens mit andern Worten; eine Art von Exergasie, wie C. Fam. 10, 18, 5. N. 19, 1, 2. vgl. Weiske zu C. Fam. 5, 8 (103), 5. Ueber *itaque* nach Digressionen, wie C. Leg. 2, 1, 2. N. D. 1, 20, 54. Acad. 2, 31, 99. und nach Parenthesen, wie L. 2, 12, 3. (wie inquam) vgl. Görenz ad C. Acad. 1, 12, 45. Davis. ad C. Fin. 1, 6, 19.

**) *Igitur* an der ersten Stelle zur Wiederaufnehmung eines unterbrochenen Gedankens, wie hier vgl. c. 48, 3. 4. und so c. 64, 1. in Beziehung auf c. 63, 1. cf. Cort. ad Sall. C. 54, 1. auch L. 5, 8, 9. Drak. ad L. 2, 48, 1. und als Folgerungssatz Sall. I. 55, 8. wo sie auch Cicero an der ersten Stelle braucht; sonst nicht,

quem transverso itinere porrectum docuimus, Iugurtha, extenuata suorum acie consedit. Sall. I. 49. pr. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater. Ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus. Is *igitur* †) iudex pronuntiavit, emtori damnum praestari oportere. C. Off. 3, 16. Tullus Hostilius non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit; tum aetas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere *igitur* ††) civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quaerebat. L. 1, 22. Sed inventus profecto est ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius. Quis est *igitur* is? Complector brevi. Is est enim eloquens, qui et humilia subtiliter, et alta graviter, et mediocria temperate potest dicere. C. Or. 29. Si omnia, e quibus, quae sunt, cuncta constant, mutabilia sunt, nullum corpus potest esse non mutabile: mutabilia autem sunt illa, ex quibus omnia constant: omne *igitur* corpus mutabile est. C. N. D. 3, 12. cf. C. Inv. 1, 37, 66. Off. 3, 6, 27. E Lacedaemoniis unus, quum Perses hostis in colloquio dixisset glorians, solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis; in umbra *igitur* *), inquit, pugnabimus. C. Tusc. 1, 42. — Omne animal appetit quaedam et fugit a quibusdam; quod autem refugit, id contra naturam est, et quod est contra naturam, id habet vim interimendi: omne *ergo* animal intereat necesse est. C. N. D. 3, 13. Neque maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest, quum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. *Ergo* una est salus,

---

vgl. C. Fam. 4, 9, 9. Tusc. 1, 6, 11. Görenz ad C. Fin. 1, 18, 61. Spalding ad Q. 1, 5, 39. In der Stelle: *Igitur* a quo vivo nec praesens, nec absens Rex Deiotarus quidquam aequi boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus. C. Phil. 2, 37, 94, wobei Heusinger zu vergleichen ist, steht igitur nicht sicher. — An der vierten Stelle steht es: Ille mihi videtur *igitur* vere augurari. C. Div. 1, 15, 27.

†) also. So nach Digressionen. C. Off. 1, 2, 5—3. Tusc. 1, 15, 38. Or. 2, 25, 105. 2, 84, 342. ergo, C. Tusc. 5, 26, 73. und Parenthesen, C. Off. 1, 33, 121. Tusc. 2, 22, pr. ergo, C. Fam. 15, 10, pr. cf. Heusing. ad C. Off. 1, 1, 3. Görenz ad C. Fin. 3, 24, 72. Ellendt ad C. Brut. 48, 177.

††) nun, also, beim Uebergang zu dem Hauptgegenstand der Rede.

*) nun so werden wir. Eine Folgerung, von dem förmlichen Vernunftschluß dadurch verschieden, daß der Untersatz oder Mittelbegriff versteckt liegt, hier: si autem solem non videbimus, umbra erit. Cf. Off. 1, 33. extr.

erumpere hinc atque abire. L. 7, 35. *Ergo* *) haec veteranus miles facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit? ille vero melius, ac non paulo quidem. C. Tusc. 2, 17.

193 Aus Vorder- und Nachsatz bestehen diejenigen Verbindungen, bei welchen der eine Satz eine Voraussetzung, der andre eine dieser entsprechende Folge angibt. Hierher gehören die Conditional- und Concessivsätze.

VI. Bei den Conditionalsätzen gibt der Vordersatz die Bedingung, das ist, das als Voraussetzung angenommene Daseyn eines Zustandes, als Grund zu der im Nachsatz enthaltenen Folge an. Der Bedingungssatz wird mit *si* wenn, *sin* wenn aber, *nisi* wenn nicht, seltner ohne diese Partikeln; der Folgesatz aber, der hier als Hauptsatz zu betrachten ist, nach Beschaffenheit der Umstände bald in gleicher grammatischer Form, bald in verschiedener ausgedrückt. Da nun bei diesem Verhältniß zweier Zustände zu einander die Art und Weise ihrer Existenz, die wirklich, nothwendig, oder möglich seyn kann, und die ihrer Zeit, wonach sie in einer unbestimmten, in einer bestimmten, oder auch zu aller Zeit Statt finden können, in Betrachtung kommt **); so ergeben sich hieraus folgende neun Fälle:

---

*) So bei Fragen der Ungeduld, des Unwillens, die dem Ausdruck das Gepräge des Dringenden, Nöthigenden geben. H. Serm. 2, 3, 156. Görenz ad C. Fin. 5, 53. extr. Hierbei wird immer vom Kleinern auf das Größere geschlossen.

**) An sich kann ein Zustand einfach, in der Mehrzahl (frequentativ), und ohne alle Ausnahme vorkommen, und in Hinsicht der Zeit neben einem andern als jetzt, als ehemals, als künftig vorhanden, da gewesen, oder erst zu erwartend gedacht werden. Dieses wird auch in diesen Sätzen, in so fern sie als einzeln da stehen, unterschieden; hat aber auf die Bestimmung ihres Verhältnisses zu einander keinen Einfluß. Da nämlich hier zwei Zustände einander gegen über gestellt, und von der vorausgesetzten Existenz des einen die des andern als Folge abhängig gemacht wird; so kommt es theils auf die Art und Weise ihrer Existenz an, die nach §. 165. 166. als wirklich, als nothwendig, und als möglich gedacht werden kann; theils auf die Art und Weise ihres Vorhandenseyns in der Zeit, ob sie in einer unbestimmten Gegenwart, Vergangenheit oder Zukunft vorkommen; ob es in einem bestimmten Punkt der Gegenwart, Vergangenheit oder Zukunft fällt; oder ob es zu aller Zeit Statt findet. Der Redende aber kann diese Bestimmungen nur von dem Punkte der Gegenwart aus, in welchem er entweder selbst wirklich vorhanden ist, oder in welchem er sich in der Vergangenheit und in der Zukunft als vorhanden denkt, als der Basis des ihm vorwärts oder rückwärts liegend Gedachten, beurtheilen. Daher kann es für Conditionalsätze nicht mehr Fälle, als die hier aufgestellten, geben.

A. Stehen beide Zustände in gleichem Verhältniß der Art und Weise ihrer Existenz, und sind

1. als wirklich, und in unbestimmter, bestimmter, oder auch zu aller Zeit Statt findend gesetzt, so stehen Vorder- und Nachsatz gleichzeitig und ungleichzeitig, im Indicativo.

a. Perturbationibus contentione animi resistendum est. Ira *exardescit*, libido *concitatur* †): in eandem arcem *confugiendum est*. C. Tusc. 2, 24. Quibus tibi videbitur velim des literas meo nomine. nosti meos familiares. signum *requirent*, aut manum; *dices*, me propter custodias ea vitasse. C. Att. 11, 2.

Vitanda est suspicio avaritiae, *si quando* aliqua res maior atque utilior populari largitione *acquiritur*. C. Off. 3, 17. Non *erunt* homines deliciis diffluentes *audiendi*, *si quando* de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitam, *disputabunt*. C. Lael. 15. pr. cf C Sen. 11., 35. Lael. 7, 24. Off. 3, 4, 19. Simul atque Verres in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia. *Si* quod *erat* *) grande vas, laeti afferebant: *si* minus eiusmodi quippiam venari *potuerant*, illa quidem certe pro lepusculis *capiebantur*, patellae, paterae, turibula. C. Verr. 4, 21. Antiqui rationem sententiae suae non fere *reddebant*, *nisi* quid *erat* numeris aut descriptionibus *explicandum*. C. Tusc. 1, 17. — Qui *possum* putare me restitutum esse, *si distrahor* ab iis, per quos restitutus sum? C. Mil. 37. extr. Haec consuetudo, *si* usus magister *est* optimus, mihi *debet* esse notissima. C. Rab. Post. 4. Quod *si* tu per eos dies operam *dedisti* Protogeni tuo, dummodo is tibi quidvis

---

†) Wie im Deutschen: Entbrennt einmal —, so —; von unbestimmter Zeit, wie H. Serm. 1, 3, 63—66. 2, 2, 16. 2, 6, 50. Iuvenal. 3, 195. 6, 329. 8, 25. Stehen solche Vordersätze vor einem ein Factum bezeichnenden Nachsatz, so werden sie als Fragen ausgesprochen, wie: *Negat quis? nego; ait?* aio. T. Eun. 2, 2, 21. C. Parad. 6, 1. V. Georg. 2, 519. H. Ep. 1, 1, 33. sqq. Sie können nur im Präsens und Futurum als gleichzeitig vorkommen.

*) Hier, wo von einem oftmaligen Vorkommen desselben Falls, oder von frequentativer Bedeutung die Rede ist, ist von *si* wenn, die Zeitpartikel *quum* wann, so oft als, zu unterscheiden, z. B. *Quum* certi propter divitias aut genus aut aliquas opes rem publicam *tenent*, *est* factio; sed vocantur illi optimates. *Si* vero populus plurimum *potest*, omniaque eius arbitrio *reguntur*, *dicitur* illa libertas, est vero factio. Sed *quum* alius alium *timet*, et homo hominem, et ordo ordinem, tum, quia sibi nemo confidit, quasi pactio *fit* inter populum et potentes. C. Rep. 3, 14. cf. §. 185, I, 3.

potius, quam orationes meas legerit: nae tu haud paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis *habuisti.* C. Fam. 7, 1, 6. cf. C. Div. 1, 6, 10. Drak. ad L. 3, 17, 3. *Si* Athenienses quibusdam temporibus, sublato Areopago, nihil nisi populi scitis ac decretis *agebant;* quoniam distinctos dignitatis gradus non habebant, non *tenebat* ornatum suum civitas. C. Rep. 1, 27. *Si* defensionis meae fundamenta *erunt posita et constituta*, nullam accusationis partem *pertimescam.* C. Scaur. Fr. §. 22. — Poma ex arboribus, *si* cruda *sunt*, vi *avelluntur; si* matura et cocta, *decidunt* †). C. Sen. 19. *Si* fato omnia *fiunt*, nihil nos admonere *potest*, ut cautiores simus. C. Div. 2, 8. Nulla alia in civitate, *nisi* in qua populi potestas summa *est*, ullum domicilium libertas *habet*: quae *si* aequa non *est*, ne libertas quidem *est.* C. Rep. 1, 31.

b. Consulem Romanum miles semel in acie *fefellit:* deos nunquam *fallet.* L. 2, 45. cf. Tac. Agr. 31. sub fin.

Dies *affert*, vel hora potius, *nisi provisum est*, magnas saepe clades. C. Phil. 3, 1. Tum (apud maiores nostros) magistratum non *gerebat* is, qui ceperat, *si* Patres auctores non *erant facti.* C. Planc. 3. Deiotarus, proelio Pharsalico facto, a Pompeio discessit; vel officio, *si* quid *debuerat*, vel errori, *si* quid *nescierat*, *satis factum esse duxit.* C. Deiot. 5. *Si* quis oriente Canicula *natus est*, in mari non *morietur.* C. Fat. 6. Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt: ego, *ni restituitur* pugna, fortunam cum omnibus, infamiam solus *sentiam.* L. 6, 24. *Si* homines rationem bono consilio a diis immortalibus datam in fraudem malitiamque *convertunt:* non dari illam, quam dari humano generi melius *fuit.* C. N. D. 3, 31. cf. §. 165. Not. 1.

2. Sind beide Zustände als nothwendig, das ist, als in der Gegenwart bevorstehend *), und in eine unbestimmte Zeit

†) Das zu aller Zeit Statt findende kann nur von der wirklichen Gegenwart aus beurtheilt, und daher nur im Indicativo Praesentis hier im Vorder- und Nachsatz ausgedrückt werden.

*) Die Gegenwart selbst als solche kann nie als möglich oder als nothwendig, sondern nur als wirklich gedacht werden. Das vor, und hinter ihr Liegende aber denkt man sich theils als wirklich, in so fern es in der Reihe der Dinge vor oder hinter dem Punkte der Gegenwart in der That eine Stelle einnimmt; dann steht der Indicativus Futuri oder Perfecti; theils als Gegentheil des Wirklichen und nur denkbar; dann wird es von dem Punkte der Gegenwart entweder als bevorstehend gedacht, und in unbestimmter Zeit, weil es keinem Facto entgegen gesetzt werden kann; oder als hinter demselben liegend und in eine bestimmte Zeit fallend, weil es hier nur einem Facto gegen über steht. Ersteres ist

fallend gedacht, so stehen Vorder- und Nachsatz gleichzeitig im Coniunctivo Praesentis, Imperfecti oder im Futuro exacto als Modo Potentiali; ungleichzeitig im Coni. Perfecti oder Futuro exacto und im Coniunctivo Praesentis.

a. *Roges* me, qualem deorum naturam esse dicam: nihil fortasse *respondeam; quaeras,* putemne talem esse, qualis modo a te sit exposita: nihil *dicam* mihi videri minus. C. N. D. 1, 21. *Sim* impudens, *si* plus *postulem*, quam homini a rerum natura tribui potest. C. Fam. 11; 21. cf. 5, 2, 6. N. 25, 9, 1. C. Or. 1, 59. 251. 3, 18, 66. Thucydidis orationes ego laudare soleo; imitari neque *possim*, *si velim*, nec *velim* fortasse, *si possim*. C. Brut. 83. cf. C. Or. 1, 9, 38. Dies *deficiat* *) *si velim* paupertatis causam defendere; quotidie enim nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. C. Tusc. 5, 35. Feras bestias, caeco impetu ac rabie concitatas, *si* ad cubilia et catulos earum ire *pergas*, ad opem suis ferendam *avertas:* Romanus Roma circumsessa, coniuges, liberi, deum delubra, sepulcra maiorum temerata ac violata, a Capua non averterunt. L. 26, 13. *Si* iniuriae non *sint*, haud saepe auxilii *egeas*. Sall. I. 31, 29. cf. C. Sull. 2, 6. *Si exsistat* hodie ab inferis Lycurgus, *gaudeat* murorum Spartae ruinis, et nunc se patriam et Spartam antiquam agnoscere *dicat*. L. 39, 37. cf. C. S. Rosc. 20, 56. Cat. 1, 8, 19. Planc. 5, 12. Fin. 4, 12, 31. O mihi tum quam molliter ossa *quiescant*, vestra meos olim *si* fistula *dicat* **) amores! V. Ecl. 10, 33.

---

contenti esse possimus. C. Manil. 6. Quem voles eorum testium, quos produxero, qui ex Sicilia testes sint, sive *togatum* velis, sive Siculum, rogato. C. Verr. 2, 62. cf. Garat. h. l. Cort. ad Sall. I. 21, 2.

b. *Tria* f. pauci; *sexcenti*, *mille* f. multi, und so bei Zahladverbien. B, e.

Charmides. Te *tribus* verbis volo. *Sycophanta*. Vel *trecentis*. Plaut. Trin. 4, 2, 121. Venio ad epistolas tuas, quas ego *sexcentas* 9) uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem. C. Att. 7, 2. *Mille* pro uno Kaesones exstitisse, plebs querebatur. L. 3, 14. cf. 34, 42, 8. — Aiax, quo animo traditur, *millies* *) oppetere mortem, quam contumelias perpeti maluisset. C. Off. 1, 31. Equidem *decies* dixi: domi ego sum, inquam. Plaut. Amph. 2, 1, 27.

3. *Verba*,

a. gewähltere für gemeinere. Hierher gehören eine große Zahl, die als lebhafter bezeichnende bald wegen ihrer figürlichen (besonders metaphorischen), bald wegen ihrer Nebenbedeutung gewöhnlichern vorzuziehen sind, z. B. *cupio*, *volo tibi*, *tua causa* metonymisch für faveo §. 124.; *video* f. curo; *bene*, *male audire* f. perhiberi; *sequi* f. petere; *natum esse*, *reperiri*, *inveniri*, *accidere*, *facere* (bei Dichtern auch *remanere*, *stare*, *sedere*, *incedere*, *venire*, Iuvenal. 7, 29.) für esse; *versari* f. esse in aliquo loco und occupari; *intercedere* f. esse inter; *inferiorem*, *superiorem discedere* für inf. sup. esse; *advolare* f. accurrere; *iacēre* f. abiectum, contemtum esse; *polluere* f. violare; *sceleribus coopertus* f. plenus; *dare*, *habere*, *accipere*, L. 1, 38. pr. Iuvenal. 7, 36. synecdochisch für docere und discere, audire. Doch ist hierbei jedesmal die eigentliche Bedeutung wohl zu berücksichtigen.

Valebis, meaque negotia *videbis*. C. Fam. 7, 20. *Dolabellae*, suadeo, *videas*, tanquam si tua res agatur. Ib. 2, 16. Est hominis ingenui et liberaliter educati, velle *bene audire* **) a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris. C. Fin. 3, 17. Formias nunc *sequimur*. C. Att. 10, 18. Civis Romanus *natus sum*. C. Fam. 10, 32. Alcibiades simulac se remiserat,

---

millia legionariorum militum, D equites transportare possent. Caes. C. 3, 2. cf. Caes. 6, 35. Manut. ad C. Fam. 1, 7, 7. §. 109. Not. 1, c.

9) Cf. Donat. ad T. Phorm. 4, 3, 65. C. Verr. 1, 47, 125. 2, 48, 119.

*) cf. T. Andr. 5, 4, 43. C. Att. 2, 19. 7, 11. 14, 9.

**) Gutes von sich zu hören, d. i. gelobt zu werden; male audire in schlechtem Rufe stehen. C. Or. 2, 75, 306.

luxuriosus *reperiebatur*. N. 7, 1. Mihi vero locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis. Quid enim *sedere* †) totos dies in villa ista? C. Att. 12, 44. Modo vos in A. Gabinium iudices *sedistis*. C. Rab. Post. 5. cf. Drak. ad L. 3, 46, 9. Schwarz ad P. Pan. 80, 1. Quae de hominum erga te studiis scribis ad me, minime mihi miranda et maxime iucunda acciderunt. C. Fam. 3, 10, 12. Non ignoro, quam *impudenter faciam* ††), qui tibi tantum oneris imponam. Ib. 5, 12, 8. Caesar docebat, quam iustae causae necessitudinis ipsis (Romanis) cum Aeduis *intercederent*. Caes. 1, 43. Hoc scito, tuos hostes vehementer tuis literis perculsos atque ex magna spe deturbatos *iacere*. C. Fam. 5, 7. *Iacent* ea semper, quae apud quosque improbantur. C. Tusc. 1, 2. Causam probabilem tu quidem affers. Sed *da* mihi nunc, satisne probes? C. Acad. 1, 3. *Sic habeto*, me de Pompeii ad te sententia atque auctoritate scribere. C. Fam. 1, 7, 8. cf. 3, 12, 9; 9, 16, 2. Mucii omnis oratio *versata est* in eo, ut scriptum plurimum valere oportere *defenderet* *). C. Or. 1, 57.

b. *Facio*, *fio* stehen als allgemeine Bezeichnung für Verba, die eine specielle Thätigkeit bedeuten, wenn diese wiederholt werden sollten. B, b.

Omnino serius misi literas, quam vellem; in quo quum difficultas navigandi fuisset odiosa, in ipsum discessum senatus incidisse credo literas meas. Sed *id feci* **) adductus auctoritate et consilio tuo. C. Fam. 3, 9. Accepta oratione legatorum, Caesar obsides imperat, eosque ad certam diem adduci iubet: nisi *ita fecerint*, sese bello civitatem persecuturum demonstrat. Caes. 5, 1. Incredibile est, quanti faciamus et ego et frater meus M. Laenium: *id fit* cum plurimis eius officiis, tum summa probitate et singulari modestia. C. Fam. 13, 63.

B. Amplification des Ausdrucks.

204 Durch Amplification werden Hauptbegriffe ausführlicher dargestellt und ihre Beziehungen verdeutlicht. Dieses geschieht

1. durch Synonyma, wenn statt eines Hauptbegriffs zwei sinnverwandte Wörter, durch eine Copulativpartikel verbunden, so neben einander gestellt werden, daß der Begriff des erstern durch

---

†) cf. Drak. ad Sil. 12, 64. Victor. V. L. XVI, 20.

††) nicht impudens sim, weil hier nicht Persönlichkeit, sondern nur Handlung gemeint ist.

*) s. diceret beschäftigte sich mit der Behauptung, die Schrift müsse vor allem gelten.

**) st. sed literas serius misi.

das letztere entweder genauer bestimmt, oder verdeutlicht, oder verstärkt wird.

a. *Substantiva.*

Id mihi amplum et praeclarum existimavi, eos velle meae fidei diligentiaeque periculum facere, qui *innocentiae abstinentiaeque* [1]) fecissent. C. Verr. A. 1, 12. Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo *dono atque munere* [2]) commendati nobis esse videantur. C. Arch. 8. Si *fructibus et emolumentis et utilitatibus* *) amicitias colemus: dubium est, quin fundos et insulas amicis anteponamus? C. Fin. 2, 26. Non quaero, quid dicat Epicurus, sed quid convenienter possit *rationi et sententiae suae* **) dicere. Ibid. In Gallia factionum principes sunt, qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum *ad arbitrium iudiciumque* ***) summa omnium rerum consiliorumque redeat. Caes. 6, 11. — *Portum* paratum nobis *et perfugium* putemus. C. Tusc. 1, 49. Socratem opinor in *ironia dissimulantiaque* longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. C. Or. 2, 67. Habeo certam *viam atque rationem*, qua omnes adversariorum conatus inve-

1) So morbus pestilentiaque. L. 41, 21, 11. cf. §. 188, B, 2. Urbem totam omnesque Italiae partes Graecorum *donis ac monumentis* exornatas videmus. C. Verr. 1, 21. i. e. donis ad monumenta destinatis. Non temperaturos ab *iniuria et maleficio*. Caes. 1, 7. *in servitute et catenis* tenere. Id. 5, 27. Verschieden hiervon ist: Ita nationes multae atque magnae novo quodam *terrore ac metu* concitabantur. C. Manil. 9, 23. wo terror den Schrecken über die Erscheinung des röm. Heeres bezeichnet; metus die Furcht vor der Zukunft. Furore et scelere inflammatus. C. Cat. 3, 2, 4. infl. scelere et furore. C. Verr. 5, 62, 161.

2) Cf. C. Cluent. 66. fin. tantum donis, datis, muneribusque perfecerat. Ib. 24, 66. Lex Cincia de donis et muneribus. C. Or. 2, 71, 286. cf. Ern. Clav. v. *Datum*. Garat. ad C. Cluent. 66. fin. Donum (von dare) ist das Geschenk als Gabe betrachtet; munus (woher communis) das Geschenk, in so fern es zu Etwas bestimmt ist, z. B. zu einer Feierlichkeit, zur Ergötzlichkeit des Publicums u. dgl. Umgekehrt wird munus durch donum bestimmt: Archytas Tarentinus dicebat, quum homini Deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino *muneri ac dono* nihil esse tam inimicum, quam voluptatem. C. Sen. 12, 40.

*) Fructus der Ertrag, emolumentum (von molior) der durch Mühe und Anstrengung erworbene Gewinn, utilitas jeder Vortheil oder Nutzen im Allgemeinen.

**) Rationi seinem philosophischen System im Allgemeinen; sententiae seiner besondern Meinung von der Freundschaft gemäß.

***) Arbitrium das (unpartelische) Gutachten; iudicium die richterliche Entscheidung.

stigare et consequi possim. C. Verr. A. 1, 16. Qualis est omnis haec, quam dico, *conspiratio consensusque* †) virtutum, tale est illud ipsum honestum. C. Fin. 5, 23. Equitum Gallorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se *ambactos clientesque* habent. Caes. 6, 15. *Diem tempusque* forsitan ipsum leniturum iras. L. 2, 45. — Reperiebantur nonnulli, qui, quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, *ieiunitatem et famem* se malle, quam *ubertatem et copiam* dicerent. C. Tusc. 2, 1. Ratio Homerum impulit, ut principibus heroum, Ulixi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos deos *discriminum et periculorum* comites adiungeret. C. N. D. 2, 66. Ut re confecta, omnes *curam et diligentiam* remittunt. Caes. C. 2, 13. Tertia pars vacabat, *ad incursum atque impetum* militum relicta. Ib. 1, 82: *aditus atque incursus*. Ib. 1, 25. Parum parti utrique domi *armorum bellique* est visum. L. 4, 9.

*) Läßt sich bei diesen Verbindungen das eine Substantivum in einen bestimmenden Genitivus oder in ein Adjectivum verwandeln, so nennt man diese Verbindungsweise eine Hendiadys (ἓν διὰ δυοῖν); ein mehr zufälliges Zusammentreffen, wobei die Verwandlung nicht einmal immer ohne Nachtheil des Sinnes geschehen kann.

Est tarda illa quidem doloris medicina, sed tamen magna, quam affert *longinquitas et dies* ††). C. Tusc. 3, 16. Philodamus postquam ius suum obtinere non potuit, ut *humanitatem consuetudinemque suam* †††) retineret, laborabat. C. Verr. 1, 26. In XII tabulis et verborum prisca vetustas cognoscitur, et actionum genera quaedam maiorum *consuetudinem vitamque* *) declarant. C. Or. 1, 43. Non illa parva vis *naturae est rationisque* **), quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit, quod deceat in factis dictisque. C. Off. 1, 4. Obsecrat P. Quintius, ut *vestrae naturae bonitatique* obsequa-

†) So: mundi convenientiam consensumque. C. N. D. 3, 7, 18. ratio ordoque agminis. Caes. 2, 19. Fortuna *in contentione et certamine* utrumque versavit. Id. 5, 44. involucra atque integumenta. C. Or. 1, 35, 161.

††) nicht für longinquitas temporis, denn longinquitas ist mehr auf dolor zu beziehen.

†††) und seine gewohnte Weise; nicht st. humanitatem consuetam.

*) So consuetudo religioque. C. Verr. 2, 66. pr. Sint haec evulsa ex omni *memoria vitaque* nostra. C. Fam. 5, 8, 7.

**) deutlicher äußert sich der vernünftige Charakter des Menschen dadurch, daß er unter allen belebten Wesen das einzige ist, welches Gefühl für Ordnung und Schicklichkeit hat. So im Deutschen. Cicero aber bezeichnet mit natura die ganze Einrichtung des Menschen, und mit ratio dasjenige Vermögen, auf welches das Folgende zu beziehen ist.

mini. C. Quint. 3. Greges hominum perditorum *metum* nobis *seditionesque* *) afferebant. C. Sull. 23. Fit saepe *vocum gravitate et cantibus*, ut pellantur animi vehementius. C. Div. 1, 36. Divitiacus Ariovistum ait in obsides omnia *exempla cruciatusque* †) edere. Caes. 1, 31. Quomodo *lucem diemque* omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Tac. H. 4, 64. nicht st. lucem diurnam.

b. *Adiectiva.*

Ea, quae tractantur ab oratoribus, *dubia* sunt *et incerta*. C. Or. 1, 20. Clodius reliquit annum suum, seseque in annum proximum transtulit, ut haberet ad praeturam gerendam *plenum* annum *atque integrum*. C. Mil. 9. Pericles exercitationem mentis a *reconditis abstrusisque* rebus ad causas *forenses popularesque* traduxerat. C. Brut. 11. Eloquentia in omni libero populo, maximeque *in pacatis tranquillisque* civitatibus floruit. C. Or. 1, 8. animi *quietus et placatus* status. C. Tusc. 5, 6. Caesar loco pro castris, ad aciem instruendam natura *opportuno atque idoneo* fossam obduxit. Caes. 2, 8. Decurritur ad illud *extremum atque ultimum* Senatus consultum, quo, nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis, latorum audacia nunquam ante discessum est. Caes. C. 1, 5. — Intelligo, quam *scopuloso difficilique* in loco verser. C. Caecil. 11. Occurrebat Clodio, *mancam ac debilem* praeturam suam futuram, consule Milone. C. Mil. 9. cf. C. C. Rab. 7, 21. Insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, hoc ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum *insitum atque innatum* esse videatur. C. Verr. 4, 48. Dicendi facultas non debet esse *ieiuna atque nuda*, sed *aspersa atque distincta* multarum rerum iucunda quadam varietate. C. Or. 1, 50. — Opinio fuit, M. Antonium omnino omnis eruditionis *expertem atque ignarum* fuisse. C. Or. 2, 1. Cur hoc tam est *obscurum atque caecum?* C. Agr. 2, 14. Istam *oscitantem et dormitantem* sapientiam beatorum otio concedamus. C. Or. 2, 33. Fieri non potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut pertimescat aliquid, nisi omnes ii motus in ipso oratore *impressi* esse *atque inusti* videbuntur. Ib. 2, 45. Tantum excellit illud, quod honestum appellamus, ut omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, *perexigua et perminuta* videantur. C. Tusc. 2, 13. Von zwei solchen Synonymis wird auch das letztere, stärkere, negativ ausgedrückt: Quid esse potest

---

*) metum Furcht vor der Zukunft; seditiones, man sah schon Unruhen voraus; also nicht f. metum seditionum.

†) exempla ist der allgemeine Begriff, cruciatus der speciellere.

in otio iucundius, quam sermo *facetus ac nulla in re rudis*? C. Or. 1, 8. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro *non semel arato, sed novato et iterato*, quo meliores fetus possit, et grandiores edere. Ib. 2, 30.

c. *Verba.*

Graeci mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnes *perpetior et perfero* *). C. Or. 2, 19. Orator etiam, quum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur, neque redundet, *partietur ac dividet* **). C. Orat. 33. Nescio quomodo iam usu *obduruerat et percalluerat* ***) civitatis incredibilis patientia. C. Mil. 28. Antonius videtur posse se facile armis prudentiae *tueri atque defendere*. C. Or. 1, 38. Verres certe *statuerat ac deliberaverat* non adesse. C. Verr. 1, 1. Omnes *trahimur et ducimur* †) ad cognitionis et scientiae cupiditatem. C. Off. 1, 6. — Drusi tribunatus *infringi* iam *debilitarique* videbatur. C. Or. 1, 7. Volucres videmus, procreationis atque utilitatis suae causa, *fingere et construere* nidos. Ib. 2, 6, 23. Ita taetra sunt quaedam, ut ea *fugiat et reformidet* ††) oratio. C. Tusc. 1, 45. — Vos, qui in consilio adestis, Quintius *orat atque obsecrat* [1]), ut multis iniuriis *iactatam atque agitatam* aequitatem in hoc tandem loco *consistere et confirmari* patiamini. C. Quint. 2. Etiam atque etiam *insto atque urgeo*, insector, *posco atque* adeo *flagito* crimen. C. Planc. 19. Genus est belli eiusmodi, quod maxime vestros animos *excitare atque inflammare*

*) ich habe mit ihnen Nachsicht, selbst wenn sie lästig werden; cf. Oud. ad Caes. 7, 30. fin. auch ferre et perpeti. C. Phil. 3, 11, 29. perferre et pati. T. Andr. 1, 1, 35. Hor. Ep. 1, 15, 17. 1, 16, 74. C. Cat. 1, 5, 10. So fruimur atque utimur. C. N. D. 2, 60, 152. attigit atque inchoavit. C. Arch. 11. discerpi et lacerari. C. N. D. 1, 11, 27. fluerent atque manarent. Ib. 1, 15, 39.

**) Partiri Theile machen, dividere vertheilen — er wird sie nach einer gewissen Ordnung und in dem gehörigen Verhältniß eintheilen.

***) So: sin autem (mors) perimit ac delet omnino. C. Tusc. 1, 49, 117.

†) wir werden hingezogen und gern, cf. Heusing. h. l. So: Si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum *torqueret et flecteret*, quocunque coepisset; sui nemo ipse tam similis esset, quam omnes essent omnium. C. Leg. 1, 10. cf. C. Coel. 6, 13. deposci atque expeti. C. Manil. 2, 5. imitari atque adumbrare. C. Or. 2, 58, 234.

††) wie C. Caecin. 29, 84. Peripatetici *horrent* dolorem *et reformidant*. C. Tusc. 5, 30, 85.

1) rogat oratque. C. S. Rosc. 49, 144. oro et obtestor. C. Planc. 42, 102. precor quaesoque. L. 9, 8, 8.

ad studium persequendi debeat. C. Manil. 2. Stipites in scrobes demittebantur: simul, *confirmandi et stabiliendi* causa, singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur. Caes. 7, 73. Trinobantes petunt a Caesare, ut Mandubratium in civitatem mittat, qui *praesit imperiumque obtineat*. Ib. 5, 20.

2, Hauptbegriffe werden mit sinnlichern in Casusverhältnisse gebracht.

Dii ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos paene *oculis videre* **) possemus. C. Cat. 3, 8. Sumatur nobis quidam praestans vir optimis artibus, isque *animo* parumper *et cogitatione fingatur* ***). C. Tusc. 5, 24. Quidam fortasse suspicati sunt, *animorum contentione*, non *opinionum dissensione* me ab Appio discrepare. C. Fam. 2, 13. Si ipsi literarum studia neque attingere, neque *sensu nostro gustare* possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus. C. Arch. 7. Vix annus intercesserat ab hoc *sermone cohortationis meae* †), quum Sulpicius accusavit C. Norbanum, defendente me. C. Or. 2, 21. M. Brutus fuit accusator vehemens, ut facile cerneres, naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse *vitio depravatae voluntatis* ††). C. Brut. 34. Dum sumus in his inclusi *compagibus corporis* †††), munere quodam necessitatis perfungimur. C. Sen. 21. Video hoc in numero neminem, cui non sim obstrictus *memoria beneficii sempiterna* 8). C. Planc. 1. Nunquam sententias *de manibus iudicum* 9) vi quadam orationis extorsimus. C. Or. 2, 18. Colles mediocri interiecto spatio, pari *altitudinis fastigio*, oppidum cingebant. Caes. 7, 69. Porsenam moverat *primi periculi casus*, quo nihil se praeter errorem insidiatoris texisset. L. 2, 13. Mos usque ad nostram aetatem manet bona Porsenae regis vendendi. *Cuius originem moris*, necesse est, inter

---

**) wie C. Cat. 3, 2, 4. oculis cernere. C. Tusc. 1, 20, 46. Fam. 6, 3, 3. 10, 19, 2. cf. Garat. ad Cic. Mil. 29. p. 194. Cupiditatis oculos ad omnia adiicere. C. Agr. 2, 10, 25. wo Garatoni mehr ähnliche Ausdrücke angeführt hat.

***) So recordari cum animo. C. Cluent. 25, 70. habuisti statutum cum animo ac deliberatum. C. Verr. 3, 41. animo meditari. N. 17, 4.

†) seit dieser meiner Aufforderung.

††) nicht depravata voluntate.

†††) st. in hoc corpore.

8) st. beneficio in perpetuum. So maximis beneficii vinculis obstrictus. C. Planc. 30. maximis vinculis propinquitatis coniunctus. Ib. 11.

9) st. iudicibus. So: *Rabirii manu* L. Saturninum esse interfectum, occisum. C. C. Rabir. 6, 18. 19.

bellum *natam* esse, neque *omissam* in pace. L. 2, 14. st. quem morem. Istum locum fugis et reformidas, et me ex hoc, ut ita dicam, *campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes literarum angulos revocas.* C. Caecin. 29. cf. C. Planc. 6, 15.

3. Bei Hauptbegriffen, die hervorgehoben werden sollen, wird dieses durch *qui* mit einem passenden Verbo bewirkt.

Quum plebes prope ripam Anienis consedisset, *eumque montem, qui Sacer appellatus est* *), occupavisset, M. Valerius dictator dicendo sedavit discordias. C. Brut. 14. Quis musicis, quis *huic* studio *literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur*, penitus se dedidit, quin omnem illatum artium paene infinitam vim et materiam scientia et cognitione comprehenderit? C. Or. 1, 3. Si cedo Plancii ornamentis, *quae multa et magna sunt*, non solum huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis suscipienda suspicio est. C. Planc. 2. Omne illud tempus, *quod fuit*, antequam iste (Verres) ad magistratus remque publicam accessit, habeat per me solutum ac liberum. C. Verr. 1, 12. Cn. Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quam *quanta in eo facultas erat.* C. Brut. 66. Nam *quod ad populum pertinet*, semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut invidet, aut favet. C. Planc. 3.

4. Beziehungen der Hauptbegriffe werden durch Pronomina demonstrativa und davon abstammende Adverbia verdeutlicht;

a. Beziehungen auf vorhergegangene Begriffe, besonders nach Zwischensätzen. Auch gehört hierher die Formel: Si quisquam est, *is* ego sum.

Siculi in haud magna oppida, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest) *eo* et commeatus e civitatibus suis comportabant, et auxilia arcessebant. L. 25, 27. cf. §. 157, 1, b. Certos habere oportet locos, qui, ut literae ad verbum scribendum, sic *illi* ad causam explicandam, statim occurrant. C. Or. 2, 30. Terra si tibi parva, ut est, *ita* videtur, coelestia semper spectato, humana contemnito. C. Somn. 6. Nimia vetustas vini nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem, nec est iam sane tolerabilis. num igitur, qui hoc sentiat, si *is* potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? minime. C. Brut. 83. Si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, *is* ego sum. C. Fam. 6, 14. cf. 15, 4, 30. Si est

*) deutlicher und zugleich an den Ursprung dieser Benennung erinnernd, st. montemque sacrum.

quisquam, qui acute in causis videre soleat, quae res agatur, *is* es profecto tu. C. Fin. 5, 26. — Mearum rerum quod consilium capiam, non reperio. *quod* *) non dubito, quin te quoque haec deliberatio sit perturbatura. C. Fam. 8, 14.

b. Auf einen folgenden Satz wird durch *id quod*; auf abhängige Sätze und im Acc. c. Inf. ausgedrückte durch *hoc*, *id*, *illud*, *ita*, *sic* hingedeutet.

Arātus Sicyonius, *id quod* fuit sapientis et praestantis viri, omnibus consulendum putavit. C. Off. 2, 23. cf. §. 158, 1. — Inter omnes *hoc* **) constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium et magnanimorum, toleranter dolorem pati. C. Tusc. 2, 18. *Illud* timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod Catilinam emiserim potius, quam quod eiecerim. C. Cat. 2, 7. Vehementissime laetatus sum, me tam diligentem in Lysone commendando fuisse. *Ita* enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse. C. Fam. 13, 24. cf. C. Verr. A. 1, 2, 4. *Sic* velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intellexero, per te Anneium negotium ex sententia confecisse. C. Fam. 13, 57. cf. 15, 4. extr. C. Caecil. 19, 61.

5. Bestimmte Subjecte werden durch die Ankündigungsformel: *is est qui*, §. 177, 3., unbestimmte durch *est*, *sunt qui*, *quis est qui*, *quid est quod*, *quid est cur*, *si quis est qui*, *nemo est qui* §. 177, 1. deutlicher bezeichnet, als durch ihre bloße Benennung, und eben so schärft die Formel *quid censes?* mit folgendem Acc. c. Inf. §. 174, I. Not. 6. die Frage mehr, als das bloße Fragwort.

Quis est istorum Graecorum, *qui* ***) quemquam nostrum quidquam intelligere arbitretur? C. Or. 2, 19. Munerum amplissimorum neque facultatem quisquam admiratur, neque *quisquam est*, *quin* satietate iam defessus sit. C. Fam. 2, 3. cf. Caes. 7, 28. — Gloria detracta, *quid est*, *quod* †) in hoc tam exiguo vitae curriculo, et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? C. Arch. 11. Mihi quidem saepenumero quaerendum esse visum est, *quid esset*, *cur* ††) plures in omnibus rebus, quam in dicendo admirabiles exstitissent. C. Or. 1, 2. *Quid est causae*, si tanta virtus in oratore Galba fuit, *cur* ea

---

*) in dieser Hinsicht, daher, cf. §. 195, 1, c.

**) Cf. C. Verr. A. 1, 3, 8. Or. 2, 87, 357. Fam. 5, 12, 20. So *id:* Caes. 1, 7. cf. Ellendt ad C. Brut. 19, 74.

***) st. quis istorum Graecorum arbitretur.

†) st. quam ob rem, cf. C. Or. 3, 39, 159. Caecil. 3. pr. Verr. A. 1, 13, 38. — *Si quis erit*, *qui* hoc dicat. C. Or. 1, 12, 53.

††) st. cur allein, cf. C. Or. 1, 16, 69. 1, 27, 122.

nulla in orationibus eius appareat? C. Brut. 23. cf. C. Or. 3, 25, 98. 3, 48, 185. Fam. 2, 13, 3. — *Si quis est, qui* neminem bona fide in gratiam putet redire posse; non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam. C. Fam. 3, 8. *Si quis est, qui*, quod e re publica sit, suadere se confidat; ne deneget operam rei publicae. L. 44, 22.

6. *Possum*, *volo*, *coepi*, *videor*, *puto*, *existimo* mit dem Infinitivo werden im veredelten Ausdruck oft da gebraucht, wo der gemeinere sie wegläßt; *existimare*, *putare*, *dicere*, *pati* zur Verdeutlichung eines als Meinung, Rede, Vorhaben bereits angekündigten Satzes. §. 186, 5.

*) Maiores voluerunt, qui testimonium diceret, ut *arbitrari se* diceret, etiam quod ipse vidisset: quaeque iurati iudices cognovissent, ea, non ut, *esse facta*, sed ut, *videri*, pronuntiarent. C. Acad. 2, 47.

Nulla salus rei publicae maior reperiri potest, quam populum Romanum intelligere, socios, leges, rem publicam senatorio consilio maxime *posse defendi* *). C. Verr. 1, 2. Philippus rex fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an *reverti* in Thessaliam *posset*. L. 32, 13. Tuorum fortunas non debes *velle conturbare*. C. Fam. 8, 16. cf. 15, 2, 12. Nolite, iudices, Coelium iam natura ipsa occidentem, *velle* maturius *exstingui* vulnere vestro, quam suo fato. C. Coel. 32. *Coepi velle*, ea Trebatium exspectare a te, quae sperasset a me. C. Fam. 7, 5. Dumnŏrix cum equitibus Aeduorum a castris, insciente Caesare, domum *discedere coepit* **). Caes. 5, 7. Ex omnibus saeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere *sperare videor* ***), Scipionis et Laelii amicitiam notam posteritati fore. C. Lael. 4. Me ratio ipsa *in hanc* potissimum *sententiam ducit, ut existimem*, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam. C. Inv. 1, 1. cf. C. Fam. 1, 1, 8. *Hac spe* decedebam (de provincia), *ut* mihi populum Romanum ultro omnia delaturum *putarem*. C. Planc. 26. Senex ex socero meo *audivi, quum is diceret*, socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari. C. Or. 2, 6. Alcibiades aspergebatur *infamia*, *quod* in domo sua facere mysteria *dicebatur*.

*) feiner als defendi allein. Posse deutet darauf hin, was man von der Macht des Senats erwarte.

**) genauer als discessit; denn er wurde unterwegs wieder eingeholt.

***) st. spero. So oft mihi videre videor. C. Fam. 4, 4. 9, 15. 14, 3. extr. Caecil. 14, 45.

N. 7, 3. Quaeso a vobis, ut mihi detis *hanc veniam*, *ut* me pro summo poeta *patiamini* *) de studiis humanitatis ac literarum paulo loqui liberius. C. Arch. 2.

7. *Facio*, *committo*, *accidit*, *contingit*, *evenit*, *fit*, *factum est*, *fore*, *futurum est*, *restat*, *sequitur ut* werden als allgemeine Begriffe gebraucht, um auf Handlungen, Begebenheiten, Zufälle, Folgen, die angegeben werden sollen, aufmerksam zu machen. Dahin gehören auch die Formeln faciendum putavi, censui, welche die Vorsicht und Behutsamkeit bemerklich machen, mit welcher man zu Werke gegangen ist, §. 169, Not. 2. und fac mit folgendem Coniunctivo. §. 167. Not. 1.

Invitus quidem *feci*, *ut* L. Flaminium e senatu *eiicerem*. C. Sen. 12. st. eieci. Noli putare, pigritia me *facere*, quod non mea manu *scribam* **). C. Att. 16, 15. Non est meum, qui in scribendo tantum industriae ponam, *committere*, *ut* in scribendo negligens fuisse *videar* ***). C. Fam. 3, 9. *Quid arrogantius aut loquacius fieri potuit*, quam Hannibali Graecum hominem, qui nunquam castra vidisset, praecepta de re militari dare †)? C. Or. 2, 18. Verebar, ne *ita caderet*, *ne* ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia *decederem*. C. Fam. 2, 19. cf. Cort. h. l. Priusquam classis exiret, *accidit*, *ut* una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, *deiicerentur* ††). N. 7, 3. *Factum est* opportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum, *ut* ne unum quidem nostrorum impetum *ferrent* ac statim terga verterent. Caes. 3, 19. cf. 7, 29. C. Caecil. 1, 2. Quando

---

*) Auf eine ähnliche Weise steht inquit: Hannibal tempore dato adiit ad regem, eique quum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset, *hoc adiunxit*: Pater, *inquit*, meus Hamilcar, puerulo me, in Hispaniam imperator proficiscens Karthagine, Iovi optimo maximo hostias immolavit. N. 23, 2. Ferner: Nobis autem nostra Academia *magnam licentiam dat*, ut, quodcunque maxime probabile occurrat, id nostro iure *liceat defendere*. C. Off. 3, 4. fin. st. defendamus; cf. Heus. h. l. et ad 1, 3, 5.

**) st. propter pigritiam me non mea manu scripsisse; cf. C. Verr. A. 1, 9, 25. Vatin. 9, 21. Fam. 15, 5. pr. Verr. 2, 4, 10. 1, 1, 2. Mil. 23, 63. Caes. 1, 31. sub fin.

***) es zu Schulden kommen zu lassen, daß, statt: im Schreiben nachlässig zu seyn. Cf. C. Planc. 33, 81.

†) Wie konnte ein Grieche, der — gesehen hatte, so anmaßend und schwatzhaft seyn, dem Hannibal —. So: *Quid a me fieri potuit aut elegantius aut iustius*, quam ut sumtus egentissimarum civitatum minuerem? C. Fam. 3, 8.

††) st. deiectae sunt; cf. C. Fam. 5, 8, 8.

fuit, *ut*, quod licet, non *liceret* †††)? C. Coel. 20. *Restat*, *ut* de imperatore ad id bellum deligendo dicendum esse *videatur*. C. Manil. 10. cf. §. 179, 3.

C. Kürze.

205 Kurz und präcis ist der lateinische Ausdruck, wenn darin ohne Nachtheil der Deutlichkeit und Klarheit alles beseitigt ist, was ihn matt und langweilig machen würde. Hiernach fehlen darin

1. *Substantiva* und *Pronomina*, die in demselben Satze, oder auch in zwei verbundnen accentlos wiederkehren würden, zumal wenn sie aus einem andern dazu gehörenden Worte leicht verständlich sind.

Is *) denique *honos* mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et datur. C. Fam. 10, 10. Quantum labore contendere potes (*si discendi* **) *labor* est potius, quam voluptas,) ne committas, ut tute tibi defuisse videare. C. Off. 3, 2. Non habeo, ad vulgi opinionem, quae maior *utilitas*, quam *regnandi* esse possit. Ib. 3, 21. Thales sapientissimus in *septem* fuit. C. Leg. 2, 11. sc. sapientibus. Flebat uterque, pater de filii *morte*, de *patris* ***), filius. C. Verr. 1, 30. Forum medium ferme specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur; neque eam voraginem coniectu *terrae*, quum pro se quisque *gereret*, expleri potuisse. L. 7, 6. sc. terram. Solitudinem in civitate aegra experti consules sunt, quum, in legationes non plus *singulis senatoribus* invenientes, coacti sunt binos equites

†††) f. quando non licuit, quod licet? Ueber *fore* vgl. §. 168. Not. 5.

*) sc. honos. Dagegen: Oratoris *peccatum*, si quod est animadversum, stultitiae *peccatum* videtur. C. Or. 1, 27, 124.

**) f. si discendi labor omnino labor est.

***) So: Imago *animi* vultus est, *indices* oculi. C. Or. 3, 59, 221. Verbi translatio instituta est inopiae *causa*, frequentata *delectationis*. C. Or. 3, 38. Caesar armati *stilum* persequitur: *victi et nondum restituti* quid faciet? C. Fam. 6, 7. med. sc. stilo. Cloeliae *statua* est equestris. Hanc primam cum *Coclitis* publice dicatam crediderim. P. 34, 6, 13. Quae ego in beneficii *loco* non pono, sed in *veri testimonii atque iudicii*. C. Fam. 15, 4, 28. Inter *conformationem* verborum et sententiarum hoc interest, quod *verborum* tollitur, si verba mutaris; *sententiarum* permanet, quibuscunque verbis uti velis. C. Or. 3, 52. Torquatus est quidem cum illo (Plancio) maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis coniunctus: sed *ita magnis amoris*, ut illae necessitudinis causae leves esse videantur. C. Planc. 11. Cf. §. 107, 3, b.

adiicere †). L. 4, 52. Caesar circiter DC eius *generis*, *cuius* ††) supra demonstravimus, naves invenit instructas. Caes. 5, 2.

Dii *inter se diligunt* †††) et hominibus consulunt. C. N. D. 1, 44. Non est alienum, ut animantibus, sic vitibus et apta quaedam *ad naturam* putare, et *aliena* *). C. Fin. 5, 14. Caesar centuriones vehementer incusavit: *suam* innocentiam perpetua vita, *felicitatem* **) Helvetiorum bello esse perspectam. Caes. 1, 40. Complexus inde Coriolanus *suos dimittit* ***): ipse retro ab urbe castra movit. L. 2, 40. Videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam *quid* quisque sentiat, atque etiam, qua de causa *quisque* [1]) sentiat. C. Off. 1, 41. — Epicurus gloriatus est, se magistrum habuisse nullum. Quod etiam non *praedicanti* tamen facile equidem crederem. C. N. D. 1, 26. sc. ei. Carneades fuit nullius philosophiae partis ignarus, ut cognovi ex Epicureo Zenone, qui quum ab *eo* plurimum dissentiret, *unum* [2]) tamen praeter ceteros mirabatur. C. Acad. 1, 12. Res elata defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae, timore perterritae, conveniunt, *cuius* [3]) de periculo timebant. N. 10, 8. Hannibal tertia vigilia, crebris ignibus tabernaculisque, *quae pars castrorum* [4]) in hostes vergebat, relictis, profectus Apuliam petere intendit. L. 27, 42. Ultimum orationis Valerii fuit: se arma capere, vocare omnes Quirites ad arma. *Si quis* impediat, quisquis ille sit, *pro hoste* [5]) habiturum. L. 3, 17. *Civis Romanus* si sit ex plebe, *praecisa* consulatus spes erit? L. 4, 3. sc. ei. Caesar, rursus ad vexandos hostes pro-

---

†) sc. singulis illis senatoribus.

††) sc. generis naves.

†††) sc. se. So: sic furtim *inter se aspiciebant*. C. Cat. 3, 5, 13.

*) st. ab ea aliena. So: si modo erunt ad *eum* delata et (ei) tradita. C. Or. 1, 15, 69. Haec eo spectant, ut *te* horter et (tibi) suadeam. C. Fam. 13, 4, 6.

**) f. suam felicitatem.

***) sc. eos, von suos.

1) st. quid quisque, cf. Sall. C. 47. pr.

2) st. unum tamen eum.

3) st. conveniunt eum, sc. Dionem, cuius. So: Quae primum navigandi nobis facultas data erit, (ea) utemur. C. Fam. 3, 3. fin. miseranda vita (eorum), *qui* se metui, quam amari malunt. N. 10, 9, 5. Cum magno equitum numero, et (iis) *quos* ex Aquitania conduxerat, ad eum pervenit. Caes. 7, 31. cf. Held ad Caes. C. 3, 28. extr. Gron. ad L. 6, 4, 5. Cort. ad Sall. C. 13, 2. Wopkens Lect. Tull. II, 10. p. 181. — §. 158, 4, c.

4) st. in ea parte castrorum, quae.

5) st. eum pro hoste. cf. §. 159, 2. Not. 2.

fectus, magno coacto *numero* ex finitimis civitatibus, in omnes partes *dimittit*. Caes. 6, 43. sc. eum. Scipio, percunctatus patriam parentesque virginis, inter cetera accepit, desponsam eam principi Celtiberorum *adolescenti: Allucio* [6]) nomen erat. L. 26, 50.

2. Nicht nur allgemeine Subjectsbezeichnungen fehlen, wie bei dicunt, sunt qui; so wie speciellere, wenn sie mit dem Prädicat gegeben sind, und Eigennamen bei Anführung schnell wechselnder Reden und Handlungen; sondern auch Objectsbezeichnungen mit *is*, *id*, *aliquis*, *aliquid*, *nonnulli*, wenn sie accentlos und mit dem folgenden qui und dessen Verbo umschrieben sind. §. 177, 1. 2. §. 182, 1, b.

Tullum regem *tradunt* [7]) fulmine ictum cum domo conflagrasse. L. 1, 31. Mucius ante tribunal regis destitutus, Romanus sum, inquit, civis. Caium Mucium *vocant* [8]). L. 2, 12. Camillus fuit dignus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanae *ferrent*. L. 7, 1. sc. posteri. — Caesar Liscum retinet: quaerit ex solo ea, quae in conventu dixerat. *Dicit* liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis *quaerit* [9]); reperit esse vera. Caes. 1, 18. — Non omnibus Sullae causa grata. *Declarat* multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximae calamitates. C. Phil. 5, 16. sc. id; cf. Garat. ad C. Mil. 5, 12. p. 78. *Scio*, *qui* postquam consules facti sunt, acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere *coeperint*. Sall. I. 85. sc. nonnullos.

3. *Verba* fehlen

a. wenn sie accentlos in derselben oder in verschiedner Form wiederkehren würden, z. B. in Gegensätzen, in Comparativsätzen, besonders im Infinitivo nach Hülfsverbis.

Ut cupiditatibus principum et vitiis infici *solet* tota civitas; sic emendari et *corrigi* *) continentia. C. Leg. 3, 13. Sapienter haec *reliquisti*, si *consilio*; *feliciter*, si *casu*. C. Fam. 7, 28. Magis ea *percipimus*, quae nobis ipsis aut prospera aut adversa *eveniunt*, quam illa, quae *ceteris*. C. Off. 1, 9. Domus *celebratur* ita, *ut quum maxime*. C. Q. Fr. 2, 6. cf. §. 155, 5. Istae quidem artes, si modo *aliquid*, *valent*, ut paulum acuant et tamquam irritent ingenia puerorum, quo facilius

6) sc. ei Allucio.
7) sc. rerum scriptores. Cicero sagt dafür traditur.
8) sc. populares s. cives.
9) *dicit* sc. Liscus; *quaerit* sc. Caesar.
*) sc. solet. So: Melodunum est oppidum Senonum, *in insula Sequanae positum*, ut paulo ante *Lutetiam diximus*. Caes. 7, 58. sc. in insula Sequanae positam esse. cf. c. 57.

possint maiora discere. C. Rep. 1, 18. sc. valent. Aperte *gloriari* nescio an *sit* magis *tolerabile* vel ipsa vitii huius simplicitate, *quam* **) illa iactatione perversa, si abundans opibus pauperem se, nobilis obscurum et potens infirmum vocet. Q. 11, 1, 21. Ut olim *arbitrabar esse meum* libere loqui, cuius opera esset in civitate libertas: sic, ea nunc amissa, *nihil loqui* ***), quod offendat alicuius voluntatem. C. Fam. 9, 16. Plus tibi virtus tua dedit, *quam* fortuna abstulit: propterea quod *adeptus es*, quod non multi homines *novi*; *amisisti*, quae plurimi homines *nobilissimi* †). Ib. 5, 18. Ut arbitror, prius hic te *nos* ††), quam istic tu nos *videbis*. Ib. 6, 18. Me ipsum, consolatorem tuum, non tantum *literae*, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis *mitigavit*. Ib. 6, 4. Graeci, ut augerent pietatem in deos, easdem illos, quas *nos* †††), urbes *incolere* voluerunt. C. Leg. 2, 11. M. Habetis explicatum omnem, ut arbitror, religionum locum. Q. *Nos vero* [1]), frater, et copiose quidem. Ib. 2, 27. Quod dicis, senectutem a solitudine *vindicari* iuris civilis scientia: fortasse etiam pecuniae magnitudine [2]). C. Or. 1, 60. Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus [3]), quamquam incuriosa suorum aetas *omisit*. Tac. Agr. 1.

Pergratum mihi *feceris*, spero item *Scaevolae*, si, quemadmodum *soles* [4]) de ceteris rebus, quum ex te quaeruntur, sic de amicitia *disputaris*, quid sentias. C. Lael. 4. Opus est, te animo *valere*, ut corpore *possis*. C. Fam. 16, 14. In domo

---

**) sc. gloriari tolerabile sit. So: Quod vero te, L. Domiti, *huic quaestioni praeesse* maxime voluit (Pompeius): nihil quaesivit aliud, nisi iustitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. Tulit, *ut consularem necesse esset*. C. Mil. 8, 22. sc. huic quaestioni praeesse.

***) sc. meum esse arbitror.

†) *novi* sc. adepti sunt; *nobilissimi* sc. amiserunt.

††) sc. videbimus. So: Caesari quum *imperium*, eodem tempore etiam spem nominis eius *deferebamus*. C. Phil. 14, 10, 28. cf. Garat. h. l. et ad C. Mil. 37. init. p. 236. C. Brut. 92, 318. fin. Ut tu nunc *de Coriolano* (finxisti), sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle *finxit*. C. Brut. 11, 42. Ut, qui audient, quid efficiatur (intelligant), ego, etiam cur id efficiatur, *intelligam*. Ib. 50, 187. Repente aperuit lecticam, et paene *ille timore*, ego risu *corrui*. C. Q. Fr. 2, 10.

†††) sc. incolimus.

1) sc. habemus. Cf. C. Brut. 52, 122.

2) sc. vindicatur.

3) sc. omissum.

4) *Scaevolae* sc. gratum facturum; *soles* sc. disputare.

sua Atticus nihil *mutavit*, nisi si quid vetustate *coactus est*. N. 25, 13. Non intemperanter *concupiscere*, quod a pluri-mis *videas* ††), continentis debet duci. Ibid.

Not. Ein solches Verbum aus dem nebenstehenden Satze verlangt das vergleichende *ut* mit einem Substantivo oder mit *qui*: nach Maßgabe, in Vergleichung mit, wie es zu erwarten ist, wie es seyn kann oder zu seyn pflegt; so auch das vergleichende *quam* mit *qui*. §. 154, B. Not. 2. Epaminondas *fuit eruditus* sic, *ut* nemo Thebanus *magis* †††). N. 15, 2. Clitomachus fuit homo et acutus, *ut Poenus* *), et valde studiosus ac diligens. C. Acad. 2, 31. Nil aequale homini fuit illi. Saepe, *velut qui*, *currebat*, *fugiens hostem* **). H. Serm. 1, 3, 9. Multae erant in Q. Fabio, *ut in homine Romano* ***), literae. C. Sen. 4. Philippus erat inprimis, *ut temporibus illis*, Graecis doctrinis institutus. C. Brut. 47. cf. ib. 7, 27. 26, 102. 28, 107. 85, 294. Ita sunt res nostrae: *ut in secundis*, fluxae; *ut in adversis*, bonae. C. Att. 4, 1. sub fin. cf. C. Fam. 4, 9, 11. 15, 3, 3. Drak. ad L. 1, 57, 1. Pisistratum proximo saeculo Themistocles insecutus est, *ut apud nos*, perantiquus; *ut apud Athenienses*, non ita sane vetus. C. Brut. 10. cf. C. Fam. 3, 13. fin. Tac. H. 1, 4. Ad nutum omnia, *ut ex ante praeparato*, fiunt. L. 10, 41. —, Sex. Digitius praetor in Hispania citeriore vix dimidium militum, *quam quod acceperat* 1), successori tradidit. L. 35, 1. Quid minus conveniret, quam eos, qui pro libertate Graeciae adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? et tyranno *quam*, *qui umquam* 2), saevissimo et violentissimo in suos? L. 34, 32.

---

††) sc. concupisci.

†††) sc. eruditus fuit, wie C. Fin. 1, 4, 11. H. Serm. 1, 5, 33.

*) Tu mihi videris Epicharmi, acuti, nec insulsi hominis, *ut Siculi*, sententiam sequi. C. Tusc. 1, 8, 15. cf. C. Brut. 28, 108. Wird hingegen die Eigenschaft als wirklich bestehend und auf das Vorliegende Einfluß habend dargestellt, so steht esse dabei: Dices enim, *ut es* homo factus ad persuadendum. C. Pis. 25, 59. Aiunt hominem, *ut erat* furiosus, respondisse. C. S. Rosc. 12, 33. cf. C. Verr. 1, 26, 65. Atque ille (Catilina), *ut semper fuit* apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit. C. Mur. 25, 51. cf. Drak. ad L. 1, 18, 1. §. 158, 6. Not. 1. Hierher gehört auch: Horum auctoritate finitumi adducti, *ut sunt* Gallorum subita et repentina consilia, Trebium retinent. C. 3, 8. cf. 5, 43. 6, 7. C. 3, 49. 53. At hi quidem, *ut* populi Romani aetas *est*, senes: *ut* Atheniensium saecula *numerantur*, adolescentes debent videri. C. Brut. 10, 39. Sic valeas, inquit, *ut*, farina *es*, quae iaces. Phaedr. 4, 1, 19.

**) sc. currit, s. currere solet. So ut qui iocularia, sc. percurrit s. narrat. H. Serm. 1, 1, 23.

***) sc. esse s. exspectari poterat. cf. C. Or. 3, 18, 66. Sen. 4, 12. N. 15, 5, 2. Flor. 3, 17, 9. H. Serm. 1, 6, 79.

1) st. quam illud erat, quod acceperat.

2) st. qui umquam fuit oder omnium, qui umquam fuerant.

b. wenn sie mit den übrigen Theilen des Satzes schon gegeben sind, wie

Esse mit einem Prädicatsnomen, z. B. Adiectivo, Participio oder Gerundio, vorzüglich in allgemeinen Sätzen, Sprüchwörtern und beim Infinitiv. §. 102, 3. Not. 3. §. 168. Not. 10. Et *est*, et *erat*, et *fuit* plerumque absunt cum elegantia, sine detrimento sententiae. Gell. 5, 8. — Quot *homines*, tot sententiae; suus cuique *mos*. T. Phorm. 2, 4, 14. Nemo malus *felix*. Iuvenal. 4, 8. Hostes deligunt locum flumine et silvis clausum, arta intus planitie et humida. Nihil ex his Caesari *incognitum*. Tac. 2, 20. *Habenda* ratio valetudinis: *utendum* exercitationibus modicis. C. Sen. 11. Carbonem in summis oratoribus *habitum* scio. C. Brut. 86. Gravius malum civitatem invasit: fames, qualis clausis *solet*. L. 2, 34.

Dico, inquit, respondeo und ähnliche bei Anführung der Rede eines Andern. §. 186, 4. und *puto, existimo*, bei Anführung der Meinung eines Andern. *Capius olim* †††): Non omnibus dormio. C. Fam. 7, 24. Onomarchus, quid? tu, inquit, animo si isto eras, cur non in proelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires? *Huic Eumenes* *): Utinam quidem istud evenisset! sed eo non accidit, quod numquam cum fortiore sum congressus. N. 18, 11. Atilius Regulus in senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit: quamdiu iureiurando hostium teneretur, *non esse se senatorem* **). C. Off. 3, 27. Te adeunt fere omnes, si *quid velis* ***). C. Fam. 3, 9. Claudio consuli prorogatum in annum imperium et Gallia provincia: *et* †), ne Istri quoque idem, quod et Ligures, facerent, socios nominis Latini in Istriam mitteret, quos triumphi causa de provincia deduxisset. L. 41, 14. — Non deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet, spreto hoste: *quem* †††) temere *collectum*, haud ita loco *iuvari*, ut non plus suis in virtute foret. Tac. H. 4, 71.

Ago, facio und *fio* als allgemeinere Begriffe bei Hülfsverbis, nach nihil aliud, nihil amplius, quid aliud, mit quam und in andern Verbindungen.

Qua aetate, qui exercentur, laude affici solent, ut *Demo-*

†††) sc. dixit.
*) sc. respondit.
**) sc. dixit.
***) f. interrogantes, s. visuri, *si quid v.*
†) sc. mandatum.
††) sc. putabat.

athenem †††) accepimus, ea aetate Crassus ostendit, id se in foro optime iam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. C. Off 2, 13. Nos in senatu dignitatem nostram, ut *potest* in tanta hominum iniquitate, retinebimus. C. Fam. 1, 2. sc. fieri. Parva, ut plerumque *solet*, rem ingentem intervenit. L. 6, 34. Poterat utrumque *praeclare*, si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus. C. Fam. 1, 7, 18. In pactione summa fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes *nihil aliud* *), *quam* bellum comparavit. N. 17, 2. *Quid aliud*, *quam* tollit ex civitate auspicia, qui plebeios consules creando, a Patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? L. 6, 41. cf. Tac. H. 4, 74. Hannibal auxiliares ante Karthaginiensium aciem instruxerat, ne liberum receptum fugae haberent, ac, *si nihil aliud* **), vulneribus suis ferrum hostile hebetarent. L. 30, 35. Domitianus quotidie secretum sibi horarum sumere solebat: *nec quidquam amplius*, *quam* muscas captare ac stilo praeacuto configere. Suet. Domit. 3. Scipio Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret, *nihil minus*, *quam* vereri, ne quid obstaret gloriae suae. L. 26, 20. M. Ea, quae vis, ut potero, explicabo. A. *Tu* ***), ut videtur, nos ad audiendum parati sumus. C. Tusc. 1, 9. Adhuc ulta suas iniurias est res publica per vos interitu tyranni: *nihil amplius* †). C. Fam. 12, 1. Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt. *Melius hi* ††), quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus. C. Off. 3, 11. Tum demum Titurius trepidare, concursare, cohortesque disponere; haec tamen ipsa *timide* [1]). Caes. 5, 33. Haud scio, an satis sit, eum, qui lacessierit, iniuriae suae poenitere: ut et ipse ne quid tale *posthac* [2]), et ceteri sint ad iniuriam tardiores. C. Off. 1, 11. Quae quum dixisset, *fi-*

†††) sc. fecisse; cf. C. Off. 1, 6, 19.
*) sc. egit. cf. N. 23, 10, 1. Drak. ad L. 31, 24, 3. 4, 5, 3. 34, 2, 12. Cort. ad C. Fam. 12, 22, 4. ad P. Ep. 1, 5, 5. So οὐδὲν ἄλλο, τί ἄλλο, ἤ. Thucyd. 2, 16. 3, 39. 58. Haacke ad Thuc. 3, 85.
**) sc. facerent.
***) sc. fac.
†) sc. fecit res publica.
††) sc. fecerunt. C. Off. 3, 11. pr. C. N. D. 1, 36, 101. Lael. 6, 20.
1) sc. faciebat. So: sed hoc quidem ignoratione. C. Brut. 49. pr. sc. facio s. fit; sive ille irridens. C. Or. 1, 20, 91. sc. faciebat. Nihil *per vim* unquam Clodius, omnia *per vim* Milo. C. Mil. 14. pr.
2) sc. faciat s. committat. So: ut non hostiliter statim (agens), — ita. L. 23, 11, 6.

nem illo. C. Fin. 4, 1. pr. cf. C. N. D. 3, 40. pr. Patres conscripti mihi, *quod ante me nemini* **), pecunia publica aedificandam domum censuerunt. C. Pis. 22. cf. 5, 6.

Scito oder *sic habeto:* Quod te a Scaevola petiisse dicis, ut, dum abesses, ante adventum meum provinciae praeesset: *eum* ***) ego Ephĕsi vidi, nec ex eo quidquam audivi, quod sibi a te mandatum diceret. C. Fam. 3, 5. Quandoquidem est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti; *trecenti* coniuravimus principes iuventutis Romanae, ut in te hac via grassaremur. L. 2, 12. — Ariovistus respondit: Quod sibi Caesar denuntiaret, se Aeduorum iniurias non neglecturum; *neminem* secum sine sua pernicie contendisse. Caes. 1, 36. i. e. sciret, neminem —.

Proficisci bei cogito: *In Pompeianum* statim *cogito*. C. Fam. 7, 4. Caesar *in Campaniam*. Tac. 4, 57. wo *proficiscitur* im Zusammenhange liegt.

c. wenn sie in den Begriff eines vorhergehenden, vorzüglich als Opposita, mit eingeschlossen sind. So fehlt nach *veto*, *iubeo*, *praecipio*, *mando*, *scribo*, *polliceor*, *confiteor* bei dem folgenden Satze das Verbum dico; nach *nego*, *nolo*, *nequeo*, *nescio* die Opposita *volo*, *queo*, *scio*.

Lex *vetat* ex agro culto partem sumi sepulcro: *sed* †) quae natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur. C. Leg. 2, 27. Illa vero deridenda arrogantia est, in minoribus navigiis rudem esse se *confiteri*, *quinqueremes* ††), aut etiam maiores, gubernare didicisse. C. Or. 1, 38. — Stoici *negant* bonum quidquam esse, nisi honestum: virtutem *autem* †††) nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem. C.

**) sc. fecerunt, s. factum est. Cf. Heindorf ad C. N. D. 3, 2. pr. Härtere Kürzen kommen bei Tacitus vor, z. B. Ex pauperibus divites (facti). Tac. 1, 74. palam (facta) laudares, secreta male audiebant. H. 1, 10.

***) s. scito, *eum;* cf. C. N. D. 1, 7. 17. cf. 5, 12. 30. 14, 5, 6. 15, 5, 4. Or. 2, 46, 191. So suppl. *scitote*. T. Ad. prol. 15. L. 2, 29, 1.

†) suppl. praecipit. So: Quum duae regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, eam, quae in propinquo erat, subinde ab levi armatura *infestari* (iussit Sertorius), ulteriorem autem *vetuit* ab ullo armato adiri. Frontin. Strateg. 2, 5, 31. cf. Burm. ad Phaedr. 4, 17, 31.

††) st. dicere *quinqueremes*.

†††) suppl. dicunt, cf. C. Fin. 2, 21, 68. Fam. 8. 10. 11. Orat. 1, 51, 220. N. D. 1, 25, 71. L. 8, 48. pr. 5, 55, 8. Suet. Claud. 15.

Fin. 1, 18. *Nolo existimes*, me adiutorem huic venisse, *sed* *) auditorem et quidem aequum. C. N. D. 1, 7. *Noli* impudens esse, *nec* mihi molestiam exhibere, et a me literas crebriores, quum tu mihi raro mittas, flagitare. C. Fam. 12, 30. sc. velis. Nostri Graece fere *nesciunt*, *nec Graeci Latine* **). C. Tusc. 5, 40.

Not. Eben so fehlen nach *nemo*, *ne*, *quo minus* die Opposita *quisque*, *ut*, oder es folgt ein positiver Satz; auch nach *quo* die Partikel *ut*.

Qui fit, Maecenas, ut *nemo*, quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa contentus vivat, *laudet* ***) diversa sequentes. H. Serm. 1, 1. Tribuni plebei creati duo, C. Licinius et L. Albinus. hi tres collegas sibi creaverunt. in his Sicinium *fuisse* †), seditionis auctorem; de duobus, qui fuerint, *minus convenit*. L. 2, 33. Antonio denuntiatum est, *ne* Brutum obsideret, *a Mutina* ††) *discederet*. C. Phil. 12, 5. In senatu non ultra deliberatum, *quo minus* non quidem extrema decernerent, *sed* †††), paratos ad ultionem, vi Principis impediri testarentur. Tac. 5, 5. Pompeius a castris munitionem ad flumen perduxerat, *quo* liberius *ac sine periculo* milites aquarentur. Caes. C. 3, 66. f. atque *ut* sine —; cf. 1, 9. fin.

4. Der Römer verbindet mit dem Hauptverbo eines Satzes ein Beschaffenheitwort, Adjectivum oder auch Pronomen Appositionsweise oder characteristisch, welches der Deutsche in einem besondern Satz mit seyn oder thun ausdrückt. Vgl. §. 94.

